Hec dicit dñs. Populus gentium qui ambulabat in tenebris: vidit lucem magnā. Habitantibꝫ in regione vmbre mortis: lux orta est eis. Paruulus enī natus est nobis: ⁊ filius datus est nobis. Et factus est principatus super humerū eius: et vocabitur nomen eius admirabilis. cōsiliarius deus fortis. pater futuri seculi: princeps pacis. Multiplicabitur eius imperiū: et pacis eius non erit finis. Sup soliū dauid ⁊ sup regnū eius sedebit. vt confirmet illud et corroboret ī iudicio ⁊ iusticia Amodo ⁊ vsqꝫ ī sempiternū. Ad titū. ii

Carissime. Apparuit gratia dei saluatoris nostri iesu cristi omībꝫ hominibꝫ erudiens nos: vt abnegantes impietatem. et secularia desideria: sobrie. et iuste. et pie. viuamus in hoc seculo. Expectantes beatā spem: et aduentum glorie magni dei. et saluatoris nrī iesu cristi. Qui dedit semetipsum pro nobis. vt nos redimeret ab oī iniquitate: et mundaret sibi populum acceptabilem. sectatorem bonorū operū. Hec loquere: et exhortare. Jn cristo iesu: dño nostro.

R. Tecum principium in die virtutis tue in splendoribꝫ sanctorū ex vtero ante luciferū genui te. V. Dixit dñs dño meo sede a dextris meis donec ponam inimicos tuos scabellū pedum tuoꝝ. Allelupa Dñs dixit ad me filius meus es tu ego hodie genui te. Prosa.

Nato canunt oĩa dño pie agmina. Sillabatim neumata perstrīgendo organica. Hac die sacrata in qua noua sunt gaudia mundo plene edita. Hac nocte ꝑcelsa intonuit et gloria in voce angelica. Fulserunt et īmania nocte media pastoribꝫ lumina. Dum fouent sua pecora subito diua percipiunt monita. Natus alma virgine qui extat ante secula. Est īmensa ī celo gloria pax ꝛ in terra. Nūc ergo celi caterua altissimo iubila. Et tanto canore cremat alta poli machina. Sonet et per oĩa hac in die gloria voce clara reddita. Humana concrepent cuncta deū natū in terra. Confracta sunt imperia hostis crudelissima. Pax ī terra reddita nunc letentur oĩa nati per exordia. Solus qui tuetur omĩa. Solus qui condidit omĩa. Ipse sua pietate soluat oĩa pctā nostra. Amen.

In illo tp̄e: Scd̄m lucam. ii Exiit edictum a cesare augusto: vt describeretur vniuersus orbis. Hec descriptio prima facta est: a preside syrie cyrino. Et ibant omnes: vt profiterentur singuli in suā ciuitatem. Ascendit autem et ioseph. a galilea de ciuitate nazareth in iudeam ciuitatem dauid. q̄ vocatur bethleem: eo ꝙ esset de domo et familia dauid: vt ꝓfiteretur cum maria desponsata sibi vxore pregnāte. Factum est autem cum essent ibi: impleti sūt dies vt pareret. Et peperit filium suum: primogenitū. Et pānis eum inuoluit: ꝛ reclinauit in presepio. quia non erat ei locus in diuersorio. Et pastores erant in regione eadem: vigilātes et custodientes vigilias noctis: supra gregem suū. Et ecce angelus dñi stetit iuxta illos: et claritas dei circūfulsit illos. et timuerūt timore magno. Et dixit illis angelus. Nolite timere. Ecce enim euangelizo vobis gaudiū magnum quod erit omī poplo: qꝛ natus est vobis hodie saluator. qui est xp̄us dñs in ciuitate dauid. Et hoc vobis signū Inuenietis infantem pānis inuolutum: et positum in presepio. Et subito facta est cum angelo multitudo militie celestis: laudantiū deū et dicentiū. Gloria in altissimis deo: et in terra pax hominibꝫ: bone voluntatis. Offꝫ. Letentur celi et exultet terra ante faciem dñi qm̄ venit. Secret.

Accepta tibi sit dñe q̄s hodierne festiuitatis oblatio: vt tua gratia largiente. per hec sacrosancta cōmercia in illius inueniamur forma ī quo tecum est nostra substātia. Qui tecū. Prefacio. Quia per incarnati. Coīcantes et noctē. Cōm. In splendoribꝫ sanctoꝝ ex vtero ante luciferum genui te. Postcōm.

Da nobis quesumus dñe deus noster: vt qui natiuitatē dñi nostri iesu xpi nos frequētare gaudemus. dignis cōuersationibus ad eius mereamur ptingere cōsortiū. Per eund. Missa in aurora diei.

Lux fulgebit hodie sup nos qr natus est nobis dñs et vocabit admirabilis de⁹ princeps pacis pater futuri seculi cuius regni non erit finis. ps. Dñs regnauit decorem indutus est: indutus est dñs fortitudinē ⁊ pcinxit se. Orō

Da q̄s omps deus. vt qui noua icarnatione verbi tui luce pfundimur: hoc in nrō splendeat opere qd per fidem fulget in mēte Per: Cōmeō. beate anastasie. Oratio.

Da q̄s omps deus. vt qui beate anastasie martiris tue solēnia colimus: eius apud te patrocinia sentiam⁹. P Lcō ysaie pphē. lxi.

Hec dicit dñs deus. Spūs dñi sup me eo q vnxerit me. ad ānūciandū māsuetis misit me. Vt mederer contritos corde: et predicarem captiuis indulgentiam. ⁊ clausis apertionē. Vt predicarem ānū placabilem dño: et diē vltionis deo nostro. Vt consolarer oms lugētes et ponerem fortitudinem lugentib; syon. Et darem eis coronā pro cinere: oleū gaudii pro luctu. palliū laudis pro spū meroris. Et vocabūtur in ea fortes iusticie: plātatio dñi ad glorificandū. Ecce dñs auditū fecit: in extremis terre. Dicite filie syon. Ecce saluator tuus veit ecce merces eius cū eo: ⁊ opus illius coram illo. Et vocabūt eos populus sctūs: redempti a dño deo suo.

Carissime: Apparuit benignitas et humanitas: saluatoris nrī dei. Ad titū. iii. Non ex operib; iusticie que fecimus nos: sed secundū suā miam saluos nos fecit. Per lauachrū regenerationis ⁊ renouationis spūs sancti: quem effudit ī nos abunde: per ihm̄ xpm saluatorem nostrū. Vt iustificati gr̄a ipsius: heredes simus scdm̄ spem vite eterne. In xpo iesu: dño nostro. ℞. Benedictus qui venit in nomine dñi deus dñs ⁊ illuxit nobis. ℣. A dño factum est istud et est mirabile in oculis nostris. Allelupa. ℣. Dñs regnauit decorē induit induit dñs fortitudinē ⁊ pcinxit se virtute

Celeste organū hodie sonuit ī terra. Prosa: Ad partū virginis cecinit caterua. Quid facis hūana turbat non gaudes cū supera. Vigilat pastoꝝ cura vox audit angelica. Cantabāt inclita carmina plena pace et glia. Ad xpm referūt ppria nobis canūt ex gr̄a. Nec cūctoꝝ sūt hec dona sed mēs quoꝝ erit bona. Non sunt absolute data differenter sunt prolata Affectus deferant vicia ⁊ sit nobis pax est illa qr bonis est pmissa. Iūguntur superis ṫrea ob hoc quidē laus est iūcta sed decēter fit diuisa. Gaude homo cū ppendis talia. Gaude caro facta verbi socia. Nūciāt eius ortū sydera lucis p indicia. Subeūt duces gregū agmia bethleē vsq; puia

Inuenitur rex celoꝝ iter aīalia. Ar to iacet in presepe rex qui facit oīa Stella maris quem tu paris colit hec ecclesia. Ipi nrā per te pia placeant seruitia. Resonēt cūcta. Amen redempta. Scdm lucam ii.

In illo tpe: Pastores loquebātur adiuicem. Trāseamus usqꝫ bethleē: et videamus hoc verbū qd factū est qd dñs ondit nobis Et venerūt festinantes: et inuenerunt mariam et ioseph: et infantē positū in presepio. Videntes aūt cognouerūt de verbo: qd dictū erat illis de puero hoc. Et oēs qui audierūt mirati sunt: et de his que dicta erant a pastoribꝫ ad ipsos. Maria autem conseruabat oīa verba hec: cōferens in corde suo. Et reuersi sūt pastores: glificantes ꝛ laudātes deū in oībꝫ q̄ audierāt et viderāt: sicut dictū est ad illos. Offꝫ. Deus enī firmauit orbem terre qui non cōmouebitur pata sedes tua deus ex tūc a seculo tu es.

Munera q̄s dñe natiuitatis hodierne misteriis apta pueniāt: vt sicut homo vnigenitus idem refulsit deus: sic nobis hec terrena substātia conferat qd diuinū est. Per eund. Sec. Alia secreta.

Accipe q̄s dñe munera dignāter oblata. ꝛ beate anastasie suffragantibꝫ meritis ad nr̄e salutis auxiliū puenire concede. Per. Prefatio. Quia p incarnati. Cōicantes. Cō. Exulta filia syon lauda filia ierusalem ecce rex tuus venit sanctus ꝛ saluator mundi Postcōm.

Huius nos q̄s dñe sacramenti semp nouitas natalis instauret cuius natiuitas singularis humanā repputit vetustatē. Per eūd.

Saciasti dñe familiam Alia. tuā muneribꝫ sacris eius q̄s semp interuentione nos refoue cuius solēnia celebramus. Per dñm.



Ad magnam missam Introitus.

Puer natus est nobis et filius datus ē nobis cuius īperiū super humerū eius et vocabit nomē eius magni cōsilii angelus. ps. Cantate dño canticum nouum: q2 mirabilia fecit. Glia patri. Oratio

Concede q̄s oṗs deus: vt nos vnigeniti tui noua per carnē natiuitas liberet: quos sub peccati iugo vetusta seruitus tenet. Per eund. Lcō ysaie prophete

Hec dicit dñs. Propter hoc sciet populus meus nomen meū

in die illa: qr ego ipſe qui loquebar ecce aſſum. Quã pulchri ſupra mõtes pedes annũciantis ⁊ pdicantis pacem: annũciãtis bonũ. predicantis ſalutẽ dicẽtis ſyon regnabit deus tuus. Vox ſpeculatoꝝ tuoꝝ leuauerunt vocem: ſimul laudabũt qr oculo ad oculum videbũt cum conuerterit dñs ſyon. Gaudete et laudate ſimul deſerta ieruſalem: quia conſolatus eſt dñs populũ ſuum. redemit ierl'm. Parauit dominus brachiũ ſanctum ſuum ĩ oculis oĩm gentium: et videbunt oĩs fines terre: ſalutare dei noſtri.

Fratres: Multipharie multiſq; modis olĩ deus loquens patrib; in prophetis: nouiſſime dieb; iſtis locutus eſt nobis in filio: quem conſtituit heredẽ vniuerſoꝝ per quem fecit ⁊ ſecula. Qui cũ ſit ſplendoꝛ glorie et figura ſubſtantie eius: portanſq; omĩa verbo vtutis ſue purgationem peccatoꝝ faciens: ſedet ad dexterã maieſtatis in excelſis. Tanto melior angelis effectus. quãto differẽtius pre illis nomẽ hereditauit. Cui enĩ dixit aliquando angeloꝝ filius meus es tu: ego hodie genui te. Et rurſum. Ego ero illi in patrem: ⁊ ipſe erit michi in filiũ. Et cũ iterum ĩtroduxit primogenitũ in oꝛbẽ terre dicit. Et adoꝛent eũ: oẽs angeli dei. Et ad angelos quidẽ dixit. Qui facit ãgelos ſuos ſps: ⁊ miſtros ſuos flammã ignis. Ad filiũ aũt. Thronus tuus deus ĩ ſeculũ ſeculi: vga equitatis ſ virga regni tui. Dilexiſti iuſticiã et odiſti iniquitatẽ: propterea vnxit te deus deus tu⁹ oleo exultationis pre participibus tuis. Et tu in principio dñe terrã fũdaſti: et opera manuũ tuarũ ſunt celi. Ipſi peribũt tu autem permanebis: et oĩs vt veſtimentũ veteraſcẽt. Et velut amictũ mutabis eos: et mutabũtur. Tu aũt idem ipſe es: et anni tui nõ deficient.

Ad hebreos. i.

℟. Viderunt oẽs fines terre ſalutare dei nr̃i iubilate deo oĩs terra. ℣. Notũ fecit dñs ſalutare ſuũ ante conſpectũ gentiũ reuelauit iuſticiã ſuã. Allã. ℣. Multipharie olim deus loquens patrib; in pphetis nouiſſime diebus iſtis locutus eſt nobis in filio ſuo.

Proſa

Chriſti hodierna pangimini omnes vna. Celica reſonẽt clare camenas agmina. Sui regis celebrando gratulãt nuptias. Lux noua iam terras illuſtrat veteres pellens tenebras. Reſerat ſupna grã diu clauſa palacia. Felix mater et ſola intacta puerpera. Jã nato ſtans grauida cu viri ſis cubilis neſcia. Dis caterua nrã te rogat dña. Soluaſq; nr̃a cuncta peccaminũ vincula virgo ſempiterne beata. Digna fuiſti ſola tollẽtẽ crimina. Intra vteri clauſtra poꝛtare qui gubernat omĩa ſupera et infima. Nunc ſua laudent facta gaudendo bona qua viuunt ſup eſſencia. Nos humilima turba damus debita poſcentes eius clemẽtiã. Vt noſtra preſtans tempoꝛa nũc quieta det placida. Frui vita vtilia do

nando famulis munera. Hic inter nos discrimina sceua solues post funera derelictam sedē ducat mortis ac maloꝝ ignaram. Ubi ad dexteram patris almam sedet atqꝫ cum eo simul regnat. Potenter cūcta disponendo cum eo et paraclito sancto secula. Beata iustis donat oībus premia. Preclara qua lux vere micat que est salus eterna ꝛ nrā gloria. Amen. Iniciū scti euāgelii scđm iohēm.

In principio erat verbum. Et verbū erat apud deū: et deus erat verbū. Hoc erat in principio: apud deum. Oia per ipsum facta sūt: et sine ipso factū est nichil. Quod factū est in ipo vita erat: et vita erat lux hoim. Et lux in tenebris lucet et tenebre eā non comprehenderūt Fuit homo missus a deo: cui nomē erat iohānes. Hic venit in testimonium: vt testimoniū perhiberet de de lumine. vt oēs crederent per illū Non erat ille lux: sed vt testimonium perhiberet de lumīe. Erat lux vera: que illuminat oēm hoiem venientem in hūc mundū. In mundo erat. et mundus per ipsum factus est: et mundus eū nō cognouit. In propria venit: et sui eū non receperunt Quotquot autē receperūt eū: dedit eis potestatem filios dei fieri. his qui credunt in noīe eius. Qui non ex sanguinibꝫ neqꝫ ex voluntate carnis: neqꝫ ex voluntate viri sed ex deo nati sūt. Et verbum caro factum est: et habitauit ī nobis. Et vidimus gloriam eius: gloriam quasi vnigeniti a patre. Plenum gratie: et veritatis. Offꝫ. Tui sunt celi et tua est terra orbem terrarum ꝛ plenitudinem eius tu fundasti iusticia et iudicium preparatio sedis tue. Secreta

Oblata qs dñe munera noua vnigeniti tui natiuitate sāctifica: nosqꝫ per hec a pctōꝝ nrorū maculis emunda. Per eund. Prefacio. Quia per incarnati. Coīcantes Cō. Viderunt omnes fines terre salutare dei nri. Postcō.

Presta qs omps deus. vt natus hodie saluator mundi sicut diuine nobis generationis est auctorita et imortalitatis sit ipse largitor. Qui tecum. Memo. btē marie

Deus qui salutis eterne beate marie vginitate fecūda hūano generi pmia prestitisti: tribue qs: vt ipsam p nobis intercedere sentiam⁹ p quā meruim⁹ auctorē vite suscipere. Dñz nrm ihm xpm filiū. Secreta.

Muneribꝫ nostris qs dñe precibusqꝫ susceptis: et celestibus nos munda misteriis et clementer exaudi. Per dñm. Postcōm

Hec nos cōmunio dñe purget a crimine. et intercedente beata maria semp vgine: celestis remedii faciat esse consortes. P eund

Dñica prima post natiuitatem dñi.

Dum mediū silentiū tenerent oīa ꝛ nox in suo cursu mediū iter haberet oīpotēs sermo tu⁹ dñe de celis a regalibꝫ sedibꝫ venit. ꝑ. Dñs regnauit deco

rem indutus est: indutus est dñs fortitudi nem et precinxit se. Oratio

Omnipotens sempiterne deus dirige actus nros ī beneplacito tuo vt in nomie dilecti filii tui mereamur bonis operib3 abundare Qui tecū viuit. Ad galathas. iiii

Hres: Quanto tpe heres paruulus est: nichil differt a seruo cū sit dñs oim. Sed sub tutoribus et auctorib3 est: vsq3 ad prefinitū tempus a patre. Ita et nos cum essemus paruuli: sub elemētis mūdi huius eramus seruiētes. At vbi venit plenitudo temporis: misit deus filiū suū natum ex muliere: factum sub lege. Vt eos qui sub lege erant redimeret: et adoptionem filiorum reciperemus. Qm autem estis filii dei: misit deus spm̄ filii sui in corda vrā clamantem abba pater Itaq3 iam nō est seruus. sed filius. Qd si filius: et heres per deum. R. Speciosus forma pre filiis hoim diffusa est gratia in labiis tuis. V. Eructauit cor meū verbū bonū dico ego opera mea regi. Alleluya. V. Dñs regnauit decorem induit induit dñs fortitudinem et precinxit se virtute. Scdm lucā. ii.

In illo tpe: Erant ioseph et maria mater iesu: mirātes sup his que dicebantur de illo. Et benedixit illis symeon: et dixit ad mariā matrem eius. Ecce positus est hic ī ruinā et in resurrectionem multorum in isrl: et in signū cui contradicet. Et tuā inquit ipsius aiam ptransibit gladius: vt reuelentur in multis cordibus cogitationes. Et erat anna prophetissa filia phanuel de tribu azer Hec pcesserat in dieb3 multis: et vixerat cū viro suo annis septē a virginitate sua. Et hec vidua erat vsq3 ad annos octogitaquatuor: que non discedebat de tēplo. ieiuniis et obsecrationibus seruiens nocte ac die. Et hec ipsa hora superueniens confitebatur dño: et loquebatur de illo oib3 q̄ expectabant redēptionē ierl'm. Et vt perfecerunt oia scdm legem dñi: reuersi sunt in galileam in ciuitatem suam nazareth. Puer autem crescebat et confortabatur: plenus sapientia. Et gra dei: erat in illo. Offr. Deus eni firmauit orbem terre qui non cōmouebitur parata sedes tua deus ex tūc a seculo tu es. Secreta

Concede q̄s oipotens deus: vt oculis tue maiestatis mun9 oblatū nobis pie deuotionis obtineat. et effectum beate perennitatis acquirat. Per do. cō. Tolle puerū et matrē eius et vade in terram iuda defuncti sunt eni qui querebāt aiam pueri.

Per huius dñe operationē misterii. et vicia nostra purgentur. et iusta desideria compleantur Per dñm. In circuncisione dñi officiū. Puer natus. vt supra. Oratio.

Deus qui nobis nati saluatoris diem celebrare concedis octauū: fac nos q̄s eius ppetua diuinitate muniri: cuius sumus carnali cōmercio reparati. iesu xpi dñi nri. Qui tecū. Eplā. Apparuit gra. R. Viderūt oms. V. Notū. Allā. V. Dies.

vtsupra in die nati. dñi. Prosa.

Letabūdus exultet fidelis chorus allā. Regē regū intacte pfudit thorus res miranda. Angelus consilii natus est de virgine sol de stella Sol occasum nesciens stella semp rutilās semp clara. Sicut sydus radiū pfert vgo filiū pari forma. Neqꝫ sydus radio neqꝫ mater filio fit corrupta. Cedrus alta libani conformat ysopo valle nr̄a Verbū ens altissimi corporali passum est carne sūpta. ysaias cecinit synagoga meminit nūq̄ tamen desinit esse ceca. Si non suis vatibus credat vel gentilibus sibilinis versib; hec predicta. Infelix ppera crede vel vetera cur damnaberis gēs misera. Quem docet littera vatū considera ipsum genuit puerpera. Amen Scd̄m lucam. ii.

In illo tpe: Postq̄ consūmati sunt dies octo vt circuncideretur puer: vocatū est nomen eius iesus. Quod vocatū est ab angelo: priusq̄ in vtero conciperetur. Offr. Tui sunt celi. vtsupra. Secreta.

Presta q̄s dn̄e vt p hec munera que dn̄i nostri iesu xp̄i archane natiuitatis misterio gerim⁹ purificate mentis intelligentia cōsequamur. Per. Prefatio. Qr p incarnati. Cōicantes. Cō. Viderūt. Postcō.

Hec nos cōmunio dn̄e purget a crimine: et celestis remedii faciat esse consortes. P In vigilia ephie. officiū. Lux fulgebit. vtsupra in natiuitate dn̄i. Oratio.

Corda nostra q̄s dn̄e venture festiuitatis splendor illustret quo mūdi hui⁹ tenebris carere valeamus. et perueniam⁹ ad patriā claritatis eterne. P. Eplā. Apparuit benignitas. R. Benedictus. Allā. v. Dies sanctificatus. Scd̄m matheum. ii.

In illo tempore: Defuncto herode: ecce apparuit angelus dn̄i in sōnis ioseph: in egipto dicēs. Surge accipe puerū ⁊ matrē eius: et vade in terrā isrl̄. Defuncti sūt enī: qui querebāt aīam pueri. Qui consurgens accepit puerū ⁊ matrē eius: et venit in terrā isrl̄. Audiens aūt q̄ archelaus regnaret in iudea pro herode patre suo: timuit illo ire Et āmonitus ī sōnis: secessit ī partes galilee. Et veniēs habitauit in ciuitate que vocat̄ nazareth: vt adimpleret̄ q̄d dictū est p pphās: qm̄ nazarenus vocabit̄. Offr. Deus enī firmauit orbē terre qui nō cōmouebit̄ parata sedes tua deus ex tūc a seculo tu es.

Tribue q̄s dn̄e vt eū Secreta pn̄tib; immolemus sacrificiis et sumamus quē venture solemnitatis pia munera preloquūt̄. P. Cō. Exulta filia syon lauda filia ierl̄m ecce rex tuus venit sctūs ⁊ saluator mūdi.

Illumina q̄s dn̄e ppl̄m Postcō. tuū et splendore gr̄e tue cor eius semp accēde: vt saluatorē suū incessanter agnoscat. et veraciter apprehendat. Per. Dn̄s vobiscum Inicium sancti euāgelii scd̄m lucā. Glia.

Factū est autem cū baptizaretur omnis pplus et iesu

baptizato et orante aptũ est celum Et descendit spũs sctũs corporali specie sicut colũba in ipsum. et vox de celo fctã est. Tu es filius meus dilectus in te cõplacuit michi. Et ipse ihũs erat incipiẽs quasi ãnorꝝ triginta: vt putabaẽ filius ioseph. Qui fuit hely: qui fuit mathat. q̇ fuit leui. Qui fuit melchi. q̇ fuit iã ne. qui fuit ioseph. Qui fuit mathathie. q̇ fuit amos. q̇ fuit naum. Qui fuit hesly: q̇ fuit nage Qui fuit mathat. Qui fuit mathathie. q̇ fuit semei. q̇ fuit ioseph. Qui fuit iuda. q̇ fuit iohãna. qui f. resa. Qui. f. zorobabel. q̇ fuit salathiel. qui fuit neri Qui fuit melchi. qui fuit addi. qui fuit cosam. Qui fuit helmoda qui fuit her. q̇ fuit iesu. Qui fuit helyezer. qui fuit iorim qui fuit mathat Qui f. leui qui fuit symeon q̇ f. iuda. Qui f. ioseph q̇ fuit iona qui. f. helyachim. Qui f. melcha. qui f. mena q̇ fuit mathatha qui f. mathan Qui f. dauid. qui f. iesse qui f. obeth Qui f. booz. Qui f. salmon q̇ fuit naason. Qui f. aminadab q̇ f. arã qui fuit esrom. Qui f. phares q̇ fuit iude q̇ f. iacob. Qui f. ysaac q̇ f. abrahe q̇ f. thare. Q. f. nachor q̇ f. seruth. Q. f. ragau q̇. f. phaleth. Q. f. heber. qui. f. salec q̇. f. caynã Q. f. arphazat Q. f. sem q̇. f. noe. Q. f. lameth qui. f. mathuzale q̇. l. enoc. Q. f. iareth q̇. f. malaleel: q̇ fuit caynã. Q. fu. enos qui. f. seth. Qui fuit adam. qui fuit dei. Ihũs aũt plenus spũ sancto regressus est a iordane. In die ephie.



Ecce aduenit dñator dñs et regnũ in manu eius et potestas et iperiũ. ꝑ. Deus iudiciũ tuũ regi da: et iusticiam tuam filio regis. Oratio.

Deus q̇ hodierna die vnigenitũ tuũ gẽtibꝫ stella duce reuelasti: concede propicius: vt qui iam te ex fide cognouimus. vsqꝫ ad contẽplandã speciẽ tue celsitudinis ꝑducamur. ꝑ eũd. Lcõ ysaie ꝓphete. lx.

Surge illũiare ierlm qꝛ veñt lumẽ tuũ: et glĩa dñi sup te orta est. Qꝛ ecce tenebre operiẽt terrã: et caligo ppl'os. Sup te aũt orieẽ dñs et gloria eius in te videbitur. Et ambulabunt gentes in luĩe tuo: et reges in splendore ortus tui Leua in circuitu oculos tuos et vide: omnes isti congregati sunt venerunt tibi filii tui delonge veniẽt et filie tue de latere surgent. Tũc videbis et afflues et mirabiẽ ꝛ dilatabiẽ cor

tuũ quãdo cõuersa fuerit ad te mł titudo maris: fortitudo gentiũ venerit tibi Jnundatio camelorꝝ operiet te dromedarii madiam et effa Oms de sabba veniẽt: aurũ ⁊ thus deferẽtes: et laudẽ dño annunciantes. ℟ Omnes de sabba venient aurũ ⁊ thus deferentes et laudẽ dño annũciãtes ℣ Surge illuminare ierłm q: glia dñi super te orta est. Allá. ℣. Vidimus stellam eius in oriente et venimus cũ muneribus adorare dominum Prosa.

Ephiam dño canamus gliosã Qua prolem dei vere magi adorant Jmmẽsã caldei cuius psentiã venerãt potentiã. Quẽ cũcti prophete cecinere vẽturꝝ gentes ad saluãdas Cuius maiestas ita ẽ inclinata vt assumeret serui formã Ante secula q̃ deus ⁊ tpa homo factus est i maria Balaam de quo vaticinãs exibit iacob rutilãs inquit stella Et cõfriget ducũ agmia regionis moab maxia potẽtia Huic magi munera deferũt pclara aurũ simul thus ⁊ mirrã Thure deũ pdicãt auro regẽ magnũ hoiem mortalẽ mirra Jn sõnis hos monet angelus ne redeãt ad regẽ cõmotũ ꝑpter regna Pauebat et eũ nimiũ regẽ natũ verens amittere regni iura. Magi stella sibi micante pũia. Pergunt alacres itinera patriam que eos ducebat ad propriã linquẽtes herodis mandata. Qui perculsus corde nimiũ pre ira. Extemplo mandat eludia magica. Non liquit taliter ĩpunita sꝫ mox priuari eos vita. Ois nũc caterna tinnulũ iugat laudibꝫ organis neuma Misti te offerens regi regũ xpo munera preciosa. Poscens vt per orbem regna oĩa ꝑtegat in secula sempiterna. Amen. Scdm matheũ. ii

Cum natus esset iesus in bethleẽ iude in diebꝫ herodis regis ecce magi ab oriẽte venerũt ierosolimã dicẽtes. Vbi est qui natus est rex iudeorꝝ: Vidimus eni stellã eiꝰ in oriente: et venimus cũ muneribꝫ adorare eũ. Audiẽs aũt herodes rex turbatus est: et oĩs ierosolima cũ illo. Et congregans oẽs principes sacerdotũ ⁊ scribas ppli: sciscitabatur ab eis vbi xpũs nasceretur: At illi dixerunt ei. Jn bethleẽ iude. Sic enĩ scriptum est: per prophetã. Et tu bethleem terra iuda: nequaq̃ minima es in pricipibꝫ iuda Ex te enĩ exiet dux: qui regat pplm meum isrł. Tunc herodes clam vocatis magis: diligenter didicit ab eis tempus stelle. que apparuit eis Et mittens eos in bethleem: dixit. Ite et ĩterrogate diligẽter de puero. Et cũ ĩueneritis renũciate michi: vt et ego veniẽs adorẽ eum. Qui cũ audissent regem. abierũt. Et ecce stella quã viderãt in oriente antecedebat eos: vsqꝫ dũ veniẽs staret supra vbi erat puer. Videntes aũt stellã: gauisi st gaudio magno valde Et ĩtrãtes domũ: ĩuenerũt puerũ cũ maria mr̃e eiꝰ. Et ꝓcidẽtes: adorauerũt eũ. Et aptis thesauris suis: obtulerũt ei mũera. Aurũ. thus. ⁊ mirram

Et responso accepto in somnis ne
redirent ad herodē: p aliā viā reuer
si sūt: in regionē suā. Offr. Reges thar
sis et insule munera offerēt reges arabū
et sabba dona adducent et adorabunt eū
omnes reges terre omēs gentes seruient
ei. Secreta

Ecclie tue q̄s dn̄e
dona propicius intuere quibꝫ
nō iam aurū thus & mirra profert
sed qd̄ eisdē muneribꝫ declarat: im
molat et sumitur ih̄us xp̄s dn̄s no
ster. Qui cū patre. Prefacio. Qr cū
vnigenitus. Cōmunicātes. Cōm.
Vidimus stellā eius in oriente & venimus
cū muneribus adorare dn̄m. Postcōm.

Presta q̄s omp̄s deus vt que so
lemni celebramus officio: pu
rificate mentis intelligētia ꝯsequa
mur. Per eundē. In oct. ephie. introi
tus. Ecce aduenit. vt in die ephie.

Deus cuius vnige- Or̄o.
nitus i substantia nostre car-
nis apparuit p̄tā q̄s: vt p eū quē si
milē nobiscū agnouim9 itus re
formari mereamur. Per eundem.

Lectio ysaie prophete. xii.

Dn̄e de9 me9 honorificabo te laudē
tribuā noī tuo: qui facis mirabiles
res: cōsiliū tuū antiquū verū fiat.
Dn̄e excelsū est brachiū tuū: deus
sabbaoth corona spei q̄ ornata est
glia. Exultet desertū: & exultēt soli
tudines iordanis: & pplūs meus vi-
debit altitudinē dn̄i: et maiestatem
dei: Et erit cōgregatus & redēptus
per deū Et veniet i syon cū laude
et leticia sempiterna: super caput
eius laus & exultatio Et aperiam
i mōtibus ei9 flumina: & in mediis
campis fontes disrūpam: & terram
sitientem sine aqua infundā. Ec
ce puer meus exaltabit et eleuabit
et sublimis erit valde. Haurietis
aquas in gaudio de fontibꝫ salua
toris: & dicetis in illa die: cōfitemini
dn̄o & inuocate nomē eius. Notas
facite in populis virtutes eius: can
tate dn̄o. qr mirabilia fecit Annūci
ate hec i vniuersa terra. Dicit dn̄s
omp̄s. R. Omnes de sabba. Alleluya. V.
Vidimus. Secundum iohannem. i.

In illo tp̄e: vidit iohānes ie
sum venientē ad se: et ait.
Ecce agnus dei: ecce qui tollit pec
cata mundi. hic est de quo dixi Post
me venit vir qui āte me factus ē:
quia prior me erat: et ego nesciebā
eum. Sed vt manifestaretur i isrl:
propterea veni ego i aqua bapti-
zans Et testimoniū phibuit iohā-
nes dicens Quia vidi spiritū descē
dentē de celo quasi colūbā. et man
sit super eū Et ego nesciebā eum.
Sed q̄ misit me baptizare i aqua.
ille michi dixit Super quē videris
spiritū descendentē et manētē sup
eum. hic est qui baptizat in sp̄u sā
cto Et ego vidi et testimonium p
hibui. quia hic est filius dei. Offr.

Hostias tibi Reges Secreta
dn̄e p nati filii tui apparitio
ne deferimus suppliciter exorantes
vt sicut ipse nr̄oꝝ est auctor mune
rū. ita ipe sit misericors & susceptor
iesus cristus dominus noster. Qui
tecū. Cō. Vidimus stellam. Postcō.

Celesti munere q̄s dn̄e semp et vbiq; nos p̄ueni: vt misteriū cuius nos participes esse voluisti et puro cernamus ītuitu et digno pcipiam⁹ effectu. P. Dn̄ica.i.p⁹ ephiam

In excelso throno vidi sedere virū quē adorat multitudo angelorū psallentes inunum ecce cuius īperiū pmanet ineternū. p̄. Jubilate deo oīs t̄ra: seruite dn̄o ī leticia. Orō

Vota q̄s dn̄e ppl̄i supplicātis celesti pietate ꝓsequere: vt et que agenda sunt videāt ꝛ adimplenda que viderint cōualescāt. Per. Ad romanos. xii.

Fres: Obsecro vos per miām dei: vt exhibeatis corpa vr̄a hostiā viuentem. scām deo placentem: rōnabile obsequiū vestrū. Et nolite conformari huic seculo: s; reformamini in nouitate sensus vr̄i vt probetis que sit voluntas dei bona: et beneplacens et ꝑfecta. Dico enim per grām que data est michi omib; qui sunt inter vos. nō plus sapere ꝙ̄ oportet sapere: sed sapere ad sobrietatem. Et vnicuiq; sicut deus diuisit mēsurā fidei Sicut eī in vno corpe multa mēbra hēmus oīa aūt mēbra nō eundē actū hn̄t: ita multi vnū corpus sumus ī xp̄o Singuli aūt: alter alterius mēbra Jn xp̄o ih̄ū: dn̄o nr̄o. R. Benedictus dn̄s deus isrl̄ qui facis mirabilia magna solus a seculo. v. Suscipiant montes pacem pp̄lo ꝛ colles iusticiā. Allā. v. Jubilate deo oīs terra seruite dn̄o in leticia

In illo tp̄e: Cum S. lucam. ii factus esset iesus annorum duodecim: ascendentibus parentib; eius therosolimā scd̄m consuetudinem diei festi: cōsummatisq; dieb; cū redirēt: remansit puer iesus in ierl̄m et non cognouerūt parentes eius. Existimantes autem illū esse ī comitatu: venerūt iter diei et requirebant eū īter cognatos ꝛ notos. Et non inuenientes: regressi sūt in ierusalem: requirentes eū. Et factū est post triduū: inuenerūt illū in tēplo sedentem in medio doctorum: audientem illos et interrogantem Stupebant aūt oēs qui eū audiebant: sup prudētia ꝛ responsis eius Et videntes admirati sunt. Et dixit mater eius ad illū. Fili quid fecisti nobis sic: ecce pater tuus ꝛ ego dolentes querebamus te. Et ait ad illos. Quid est ꝙ me querebatis? Nesciebatis qr in his q̄ patris mei sunt oportet me esse? Et ipsi nō intellexerūt verbū qd̄ locutus est ad illos. Et descendit cum eis. ꝛ venit nazareth: et erat subditus illis. Et mater eius conseruabat oīa verba hec. conferens in corde suo. Et ih̄s ꝓficiebat sapientia etate ꝛ gratia: apud deū et hoīes. Off. Jubilate deo omnis terra iubilate deo oīs terra seruite dn̄o in leticia intrate in conspectu eius in exultatione qr dn̄s ipse est deus. Secret

Oblatū tibi dn̄e sacrificiū viuificet nos semp ꝛ muniat. P. Cōm. Fili quid fecisti nobis sic ego et pater tuus dolentes querebamus te et quid est ꝙ me querebatis nesciebatis quia in

his que patris mei sunt oportet me esse.

S upplices te roga- Postcōm mus oīpotēs deus: vt quos tuis reficis sacramētis: tibi etiam placitis moribꝫ digna̅ter deserui re concedas. Per do. Ad romaōs. iii

f Ratres: Scimus qm̄ quecū qꝫ lex loquitur: his qui in le ge sūt loquitur. Vt om̄e os obstru- atur: et subditus fiat omnis mun dus deo. Quia ex operibꝫ legis: nō viuificabitur omnis caro corā illo Per legem enim: cognitio est pcti. Nūc aūt sine lege: iusticia dei mai festata ē: testificata a lege ꝛ pphis. Justicia autem dei per fidem iesu cristi: super omnes qui credūt. Nō enim est distinctio. Omnes enim peccauerūt: et egent gloria dei. Ju stificati gratis per gratiā ipsius: p redemptionem que est in cristo ihū Quem proposuit deus ppiciatio- nem per fidem in sanguine ipsius ad ostensionem iusticie sue propter remissionē pcedentiū delictoꝝ i su- stentationē dei ad oñsionē iusticie eius i hoc tpe. Vt sit ipe iustus ꝛ iu- stificans eū: qui ex fide est: iesu xpi dñi nostri. Scdm mathewm iiii

i N illo tpe: Cum audisset ie- sus quia iohannes traditus esset: secessit i galileam. Et relicta ciuitate nazareth: venit et habita- uit i capharnaū maritimā in fini bus zabulon: et terre neptalim. vt adimpleret qd dictū est. per ysaiā prophetam. Terra zabulon et tra neptalim: via maris transiordanē galilee: pplus gentium qui ambu- labat in tenebris. vidit lucem ma- gnā. Et sedentibꝫ in regione vm- bre mortis: lux orta est eis. Exinde cepit iesus predicare et dicere: peni tentiam agite. appropinquabit eni regnū celoꝝ. Feria vi. Ad romaōs.

f Ratres: Nos sumus circūci- si qui ipū deo seruimus: et gloriamur in cristo iesu. et non in carne fiduciā habentes: ꝙꝙ ego habeam confidentiam i carne. Si quis alius videtur confidere in car ne: ego magis circuncisus octaua die ex genere israel de tribu benia- mim. Hebreus ex hebreis scdm le- gem: phariseus scdm emulationē p sequens ecclesiam dei. Scdm iusti ciam que in lege est conuersans si ne querela: sed que michi fuerāt ar bitratus sum ppter ipsum detrimē ta. ppter eminentē scientiam iesu cristi dñi nostri. Euāgelium. Cū au- disset iesus. vt supra feria. iiii. pcedente.

Dñica secunda post ephiām.

o O mnis terra adoret te deus et psallat tibi psalmū di- cat noī tuo altissime. ps. Ju bilate deo oīs terra: psalmū dicite nomini eius date gloriam laudi eius Oratio

o O mps sempiṫne deus qui cele stia simul ꝛ terrena modera ris. supplicationē ppli tui clemēter exaudi: et pacē tuam nrīs concede temporibꝫ. Per. Ad romanos. xii

f Rēs: Hn̄tes donationes scdꝫ grām q̄ data est nobis diffe rentes Siue pphetiā: scdm rōnem

fidei. Siue ministerium: in mini-
strando. Siue qui docet: in doctri-
na. Qui exhortatur: in exhortando
Qui tribuit in simplicitate. Qui
preest ĩ solitudine. Qui miseretur:
in hylaritate. Dilectio sine simula
tione. Odientes malũ: adherentes
bono. Caritatẽ fraťnitatis inuicẽ
diligentes: honore ĩuicẽ preuenien-
tes. Solicitudine non pigri. Spũ
feruẽtes: dño seruiẽtes. Spe gaudẽ
tes. in ťbulatione patientes Oroni
instãtes: necessitatibꝫ sctõꝝ cõmu-
nicantes. Hospitalitatẽ sectantes.
Benedicite psequẽtibꝫ vos: bñdici
te ⁊ nolite maledicere. Gaudere cũ
gaudẽtibꝫ: flere cũ flentibꝫ. Idipm
inuicem sentientes. Non alta sapi
entes: sed hũilibꝫ consentientes. ℞.
Misit dñs vbũ suũ et sanauit eos et eri
puit eos de interitu eoꝝ. ℣. Confiteantur
dño mie eius et mirabilia eiꝰ filiis hoim
Allã. ℣. Laudate deũ oms angeli eius lau
date eũ oẽs virtutes eius. Scđꝫ iohẽm. ii
In illo tpe: Nuptie facte sunt
in chana galilee: et erat ma-
ter iesu ibi. Uocatus est aũt iesus ⁊
discipuli eius: ad nuptias. Et defi-
ciente vino: dixit mater iesu ad eũ
Uinum non habent Dixit ei ihũs
Quid michi et tibi est mulier: Nõ
dum venit hora mea Dixit mater
eius ministris. Qđcũqꝫ dixerit vo-
bis: facite. Erant autẽ ibi. lapidee
ydrie sex posite scđm purificationẽ
iudeoꝝ: capientes singule metretas
binas vel ternas. Dixit eis iesus.
Implete ydrias aqua. Et ipleuerũt
eas vsqꝫ ad summũ. Et dixit eis ie
sus. Haurite nunc: et ferte architri
clino. Et tulerũt. Ut aũt gustauit
architriclinus aquã vinũ factũ: et
non sciebat vnde esset: ministri au-
tem sciebãt qui hauserãt aquã: vo
cat sponsũ architriclinus. ⁊ dixit ei
Oĩs homo primũ bonũ vinũ ponit
et cũ ĩebriati fuerĩt: tũc id qđ deteri
us est. Tu aũt seruasti bonũ vinũ
vsqꝫ adhuc Hoc fecit iniciũ signoꝝ
ihũs ĩ chana galilee: ⁊ manifestauit
gliam suã. Et crediderũt in eũ: di-
scipuli eius. Offꝝ. Jubilate deo vniuer
sa ťra iubilate deo vniuersa ťra psalmũ
dicite noi eius venite et audite ⁊ narrabo
vobis oẽs qui timetis deũ quãta fecit do
minus anime mee allelupa. Secreta
Oblata dñe munera sãctifica
nosqꝫ a pctõꝝ nroꝝ maculis
emunda. P đ. Cõ. Dicit dñs iplete ydri
as aqua ⁊ ferte architriclino dũ gustasset
architriclinus aqua vinũ factũ dicit spon
so seruasti vinũ bonum vsqꝫ adhuc hoc si
gnũ fecit iesus primũ corã discipulis suis
Augeatur in nobis Postcõ.
dñe q̃s tue ṽtutis opatio. vt
diuinis vegetati sacramtis. ad eoꝝ
pmissa capienda: tuo munere p̃pa
remur. P. Feria iiii. Ad collocẽses. i.
Fratres: Audistis dispensationem
meã q̃ data est michi ĩ vobis:
vt ĩpleam verbũ dei misteriũ qđ ab
sconditũ fuit a seculis ⁊ generatio
nibꝫ. Nũc autem manifestatũ est
sanctis eius: quibꝫ voluit deus no
tas facere diuitias glie sacramẽti
huius in gentibꝫ: quod est cristus in

nobis spes glie quã nos annũciamus corripiẽtes oẽm hoiem ꝛ docẽtes oẽm hoiem in omi sapiẽtia: vt exhibeamus oẽm hoiem pfectũ. In xpo iesu: dño nrõ. Scdm lucam. iiii

In illo tpe: Regressus est iesus in vtute spũs in galileã: ꝛ fama exiit per oẽm regionem de illo Et ipe docebat in synagogis eoꝝ. Et magnificabaẗ ab oĩbꝫ. Et venit nazareth vbi erat nutritus: et intrauit scdm consuetudinẽ suam die sabbati ĩ synagogã. et surrexit legere: et traditus est illi liber ysaie pphete. Et vt reuoluit librũ: inuenit locũ vbi scriptũ erat. Sp̃s dñi sup me. pter qd vnxit me: euãgelizare pauperibꝫ misit me. Saluare cõtritos corde: predicare captiuis remissionẽ. ꝛ cecis visũ. Dimittere confractos in remissionẽ. predicare annũ dñi acceptum: et diẽ retributionis. Et cũ plicuisset librũ: reddidit ministro. et sedit. Et oĩm in synagoga oculi erãt intendentes in eũ. Cepit aũt dicere ad illos: q2 hodie impleta est hec scriptura in auribꝫ vrĩs. Et oẽs testimoniũ ei dabant et mirabãẗ in vbis grẽ: q̃ pcedebãt de ore ipius. Feria. vi. Ad hebreos. iii

Fratres: Considerate aplm ꝛ pontificem confessionis nr̃e ihm: qui fidelis est ei q̃ fecit illũ: sicut et moyses in oĩ domo illius. Amplioris eni glie iste pre moyse dign9 habitus est: quãto ãpliorem honorem habet dom9 qui fabricauit illã. Dis nãqꝫ dom9: fabricaẗ ab aliquo Qui aũt oĩa creauit: deus ẽ. Et moyses quidem fidelis erat: in tota domo ipsius tãq̃ famulus: in testimoniũ eoꝝ q̃ dicenda erant: xp̃s vero tãq̃ filius ĩ domo sua. Que domus sumus nos: si fiduciam ꝛ gliam spei: vsqꝫ ad finẽ firmam retineamus.

In illo t: Egressus S. marc vi iesus abiit in patriã suã: ꝛ sequabãẗ illũ discipuli sui. Et facto sabbato: cepit in synagoga docere. Et multi audientes: admirabanẗ in doctrina eius. dicẽtes. Vnde huic hec oĩa Et q̃ est sapiẽtia que data est illi: ꝛ vtutes tales q̃ per manus eius efficiũtur? Nõne hic est fabri filius ꝛ marie: frater iacobi ꝛ ioseph et iude et symonis? Nõne sorores eius: hic nobiscũ sunt? Et scandalizabãtur ĩ illo. Et dicebat eis ihũs Q2 nõ est pphã sine honore. nisi ĩ patria sua: et ĩ cognatione sua. et ĩ domo sua. Et nõ poterat ibi vtutem ullã facere: nisi q2 paucos ĩfirmos ĩpositis maĩbꝫ curauit Et mirabatur ppter ĩcredulitatem illoꝝ

Adorate deũ oẽs Dñica ťcia. angeli eius audiuit ꝛ letata est syõ ꝛ exultauerũt filie iude. ps. Dñs regnauit exultet ťra: leteẗ in

Omps sempiťne sule mlte. Orõ deus ĩfirmitatẽ nrãm ppicius respice: atꝫ ad ptegendũ nos dexteram tue maiestatis extende. P.

Fratres: Nolite Ad romanos. xii. esse prudentes apud vosmet ipsos: nulli malũ pro malo reddentes. Prouidentes bona: nõ tm̃ corã

deo: sed etiã coram omnibus hoïb;. Si fieri potest qđ ex vobis est: cum oïb; hoïb; pacē habentes. Non vos metipsos defendentes carissimi: sed date locū ire. Scriptū est enī. Michi vindictā: et ego retribuam. dicit dñs. Sed si esurierit inimicus tuus ciba illū. Si sitit: potū da illi. Hoc enī faciens: carbones ignis congeres sup caput eius. Noli vici a malo: sed vince in bono malū. ℟. Timebūt gentes nomen tuum dñe et oms reges terre gliam tuā. ℣. Qm edificauit dñs syon et videbitur in maiestate sua. Allā. ℣. Dñs regnauit exultet terra letentur insule multe. Scdm matheū. viii

In illo tpe: Cū descendisset iesus de mōte: secute sunt eum turbe multe. Et ecce leprosus veniens: adorabat eū dicēs. Dñe: si vis potes me mundare. Et extendens iesus manū: tetigit eū dicens. Volo mundare. Et confestim: mundata est lepra eius. Et ait illi iesus Vide nemini dixeris: sed vade et ostende te sacerdoti: et offer munus quod precepit moyses ī testimoniū illis. Cū autem introisset capharnaū: accessit ad eum centurio rogans eum et dicens. Domine: puer meus iacet in domo paraliticus: et male torquetur. Et ait illi iesus. Ego veniam et curabo eum. Et respondens cēturio ait. Dñe. nō sum dignus vt intres sub tectum meū: s; tantum dic verbo. et sanabitur puer meus Nam et ego homo sum sub potestate constitutus: hñs sub me milites



Et dico huic vade: et vadit. Et alio veni: et venit. Et seruo meo. fac hoc et facit. Audiēs autem iesus: miratus est: et sequentib; se. dixit. Amen dico vobis: nō inueni tantā fidem in israel. Dico aūt vobis: q multi ab oriente et occidente veniēt: et recūbent cū abraham. ysaac. et iacob: in regno celoꝝ. Filii aūt regni huius: eiicientur in tenebras exteriores. Ibi erit fletus: et stridor dentiū. Et dixit iesus centurioni. Vade: et sicut credidisti. fiat tibi. Et sanatus est puer: ex illa hora. Offr. Dextera dñi fecit virtutem dextera dñi exaltauit me non moriar sed viuā et narrabo opera dñi. Secreta.

Hec hostia dñe q̄s emundet nostra delicta: et ad sacrificium celebrandū subditorū tibi corpora mentesq; sanctificet. Per dñm. Cō. Mirabantur oēs de his que procedebant de ore dei. Postcō.

Quos tantis dñe largiris vti misteriis. q̄s vt effectib; eoꝝ nos veraciter aptare digneris. Per dñm. Feria. iiii.

Carissime: Ad timotheū. i. ii. Fidelis sermo et oī acceptione dignus: q2 iesus xpūs venit in hūc mundum peccatores saluos facere: quoꝝ primus ego sū. Sed ideo miam consecutus sum: vt ī me primus oñderet iesus xps omēm patientiam ad informationē eoꝝ qui credituri sūt illi in vitā eternā. Regi aūt seculoꝝ īmortali īuisibili soli deo nrō: honor et glia. in secula seculoꝝ amen. Scdm iohānem. i

In illo tpe: Egressus iesus venit in galileā: et invenit philippū. & dixit ei. Sequere me. Erat autem philippus a bethsaida civitate andree & petri. Invenit philippus nathanael: & dixit ei. Quē scripsit moyses in lege et prophete: invenimus ihm filiū ioseph a nazareth. Et dixit ei nathanael. A nazareth potest aliquid boni esse. Dixit ei philippus. Veni et vide. Vidit iesus nathanael venientē ad se: et dixit de eo. Ecce vere israelita: in quo non est dolus. Dixit ei nathanael. Unde me nosti: Rñdit iesus: & dixit ei. Priusq̄ te philippus vocaret. cū esses sub ficu: vidi te: Respōdit ei nathanael: & ait. Rabbi. tu es filius dei: tu es rex israel. Respōdit iesus: et dixit ei. Quia dixi tibi vidi te sub ficu credis: maius his videbis. Et dixit eis. Amen amen dico vobis: videbitis celū apertū. et angelos dei ascendentes et descendentes: supra filiū hominis Feria vi.

Carissime: Noli Ad timotheū. i erubescere testamētum dñi nostri iesu xpi: neq3 me victū eius: sed conlabora in euangelio secundū virtutem dei. qui nos liberavit et vocavit vocatione sua sancta. Non scdm opera nostra. sed scdm propositum suū: & gratiam suā que data est nobis in xpo iesu: ante tēpora secularia. Manifestata est autem nūc per illuminationē iesu cristi salvatoris nostri: q̄ destruxit quidem mortem: illuīavit autē vitam et incorruptionem per euangeliū. in quo positus sum. ego predicator et apostolus et magister gentium. Ob quā causā etiā hec patior: sed non confundor. Scio enī cui credidi et certus sum: q2 potens est depositum meum servare in illū diem. Formā habes sanoꝝ verborū: que a me audisti: in fide & dilectione. In xpo iesu: dño nrō. Scdꝫ matheū. iiii

In illo tpe: Circuibat iesus totam galileam: docēs in synagogis iudeoꝝ. et predicans euāgelium regni. & sanans omēm languorē & omēm infirmitatem in populo. Et abiit opinio eius: in totam syriam. Et obtulerunt ei oēs male habentes variis languoribꝫ et tormentis apprehensos: et qui demonia habebant. et lunaticos & paraliticos: et curavit eos. Et secute sunt eū: turbe multe. Dñica. iiii.

Adorate deum oēs angeli eius audivit et letata est syon & exultaverunt filie iude. ps. Dñs regnavit exultet terra: letē insule multe. Oratio.

Deus qui nos in tantis periculis constitutos pro humana scis fragilitate nō posse subsistere. da nobis salutem mentis et corporis: ut ea que pro peccatis nris patimur. te adiuvante vincamus. Per dñm. Ad romanos xiii.

Fratres: Nemini quicq̄ debeatis: nisi ut invicem diligatis Qui enī diligit proximum: legem impleuit. Nam non adulterabis.

non occides. non furaberis. non falsum testimonium dices: non concupisces rem proximi tui. Et si quod est aliud mandatũ: in hoc verbo restauratur. Diliges proximum tuum: sicut teipsum. Dilectio proximi: malũ non operatur. Plenitudo ergo legis: est dilectio. ℟. Timebunt gentes nomen tuũ dñe et oẽs reges terre gloriam tuã. ℣. Qm̃ edificauit dñs syõ et videbitur in maiestate sua. Allã. ℣. Dominus regnauit exultet terra letentur insule multe. Scd̃m matheum. viii.

In illo tp̃e: Ascendẽte iesu in nauiculam: secuti sũt eum discipuli eius. Et ecce motus magnus factus est in mari: ita vt nauicula operiretur fluctibus. Erat aũt illis ventus cõtrarius. Ipse vero dormiebat. Et accesserũt ad eũ discipuli eius: et suscitauerunt eũ. dicentes. Dñe. salua nos: perimus Et dixit ill̃. Quid timidi estis modice fidei. Tunc surgẽs imperauit ventis ⁊ mari: et facta est trãquillitas magna. Porro hoĩes mirati sunt: dicentes. Qualis est hic: q2 vẽti et mare: obediunt ei. Offer. Dextera domini fecit virtutem dextera dñi exaltauit me non moriar sed viuam ⁊ narrabo opera domini. Secreta

Concede q̃s omp̃s deus: vt huius sacrificii munus oblatum: fragilitatem nostrã ab omni malo purget semp et muniat. Per dñm. Cõm. Mirabantur omnes de his que procedebant de ore dei. Postcõ.

Munera tua nos deus a delectationib3 terrenis expediant: et celestib3 semp instruant alimẽtis. Per dñm. Feria. iiii. Ad romanos. v.

Fratres: Sicut per vnius delictum mors intrauit in oẽs homines in condẽnationem: sic per vnius iusticiam in omnes homines in iustificationem vite. Sicut enĩ per inobedientiam vnius hominis peccatores constituti sũt multi: ita per vnius obedientiã. iusti constituuntur multi. Lex enĩ subĩtrauit vt abundaret delictum. Vbi autẽ abundauit delictum: superabundauit et gratia Vt sicut regnauit peccatum in mortem: ita grã ⁊ regnet per iusticiam in vitã eternam. In xp̃o iesu: dño nr̃o. Scd̃m lucã. ix.

In illo tp̃e: Factum est autẽ euntibus illis in viam: dixit quidam ad ihm̃. Magister sequar te quocunq3 ieris. Et ait illi iesus. Vulpes foueas habent: et volucres celi nidos: filius autem hoĩs nõ habet vbi caput suũ reclinet. Ait autem ad alterum. Sequere me. Ille autem dixit. Dñe: permitte me primũ ire et sepelire patrem meũ. Dixit ei iesus. Sine vt mortui sepeliant mortuos suos: tu autem vade et annũcia regnũ dei. Et ait alter Sequar te dñe: s3 primũ permitte michi renunciare his que in domo sunt. Et ait ad illum iesus. Nemo mittens manũ suam ad aratrũ: et aspiciens retro: aptus est regno dei

Feria sexta. Eplã. Sicut per vnius delictum. vt supra in feria iiii. p̃cedente.

In illo tpe. Scḋm marcum.x. Offerebāt iesu paruulos: vt tangeret eos. Discipuli autem cō-minabantur offerentib;. Quos cū vidisset iesus: indigne tulit: et ait il lis. Sinite paruulos venire ad me et ne prohibueritis eos. Taliū est enī regnū celoꝝ. Amen dico vobis: quisquis nō receperit regnū dei: sicut paruulus non introibit illuc. Et cōplectens eos: et imponēs ma nus sup illos: benedicebat eis.

Dñica quinta officiū. Adorate. vt supra.

Familiam tuam q̄s Oratio. dñe continua pietate custo-di: vt que in sola spe gratie celestis innititur tua semp protectione mu-niatur. Per. Ad collocenses. iii.

Fratres: Induite vos sicut ele cti dei sancti et dilecti viscera mie: benignitatem. hūilitatem. mo destiam. patientiā supportantes in uicem: et donantes vobismetipsis: si quis aduersus aliquē habet que relam. Sicut ꝛ dñs donauit vobis ita et vos. Sup oia autem hec: ca-ritatem habete: qḋ est vinculū per-fectionis. Et pax cristi exultet i cor dibus vestris. in qua et vos vocati estis in vno corpore: et grati estote Verbū xp̄i inhabitet in vobis abū danter: in omī sapientia. docentes et cōmonentes vosmetipsos i psal mis. hymnis. et canticis spiritalib; in grā: cantantes in cordibus vr̄is dño. Omē qḋcūq; facitis in verbo et in opere: omnia in nomine dñi nostri iesu xp̄i facite. Grās agētes deo et patri: per ih̄m xp̄m: dñm no-strum. ℞. Allā. Offꝫ. et Cōm. vt in dñi ca tercia post epy. dñi. Scḋm matheū. xi

In illo tempore. Respondens iesus dixit: Confiteor tibi do mine pater celi et terre: qui abscon disti hec a sapientibus et prudenti bus: ꝛ reuelasti ea paruulis. Ita pa ter: qm̄ sic fuit placitū ante te. Oia michi tradita sūt a patre meo. Et nemo nouit filium nisi pater: neq; patrem quis nouit nisi filius. ꝛ cui voluit filius reuelare. Venite ad me oēs qui laboratis et onerati estis et ego reficiam vos. Tollite iugū meum super vos: et discite a me q2 mitis sum et humilis corde: et inue nietis requiem animabus vestris. Jugum enī meū suaue est: et onus meum leue. Secreta.

Hostias tibi domine placatio-nis offerimus. vt ꝛ delicta no stra miseratus absoluas: et nutan tia corda tu dirigas. Per dñm.

Quesumus omp̄s Postcōm. deus: vt illius salutaris capi amus effectum cuius per hec miste ria pignus accepimus. Per dñm.

Dñica in septuagesima. Introitus.

Circundederūt me gemitus mortis dolores inferni cir cundederunt me et in tri-bulatione mea inuocaui dñm ꝛ ex audiuit de templo sancto suo vocē meā. ps. Diligam te dñe fortitudo mea: dñs firmamentum meū et refugiū meū et susceptor meus. Oratio.

Preces ppli tui q̄s dñe clemen-

ter exaudi: vt qui iuste pro peccatis nostris affligimur. pro tui nois gloria misericorditer liberemur. Per.

Ad corinthios. prime ix. x.

Fratres: Nescitis quod hi qui in stadio currunt omnes quidem currunt: sed vnus accipit brauium. Sic currite: vt comprehendatis. Omnis qui in agone contēdit: ab omnibus se abstinet. Et illi quidem vt corruptibilem coronam accipiant: nos autem incorruptā. Ego igitur sic curro: non quasi in incertū. Sic pugno: nō quasi aerē verberans. Sed castigo corpus meum: et in seruitutem redigo: ne forte cum aliis predicauerim: ipse reprobus efficiar. Nolo enī vos ignorare fratres: quō patres nostri oēs sub nube fuerunt. et omnes mare transierunt. et omnes in moyse batizati sunt in nube et in mari. Et omnes eandem escam spiritalem manducauerunt: et omnes eundē potum spiritalem biberunt. Bibebant autem de spiritali: consequēte eos petra. Petra autem: erat cristus. R. Adiutor in opportunitatibꝫ i tribulatione sperēt in te qui nouerūt te quō non derelinquis querentes te domine. V. Quoniam nō in finem obliuio erit pauperis patientia pauperum non peribit in eternum. exurge dn̄e non p̄ualeat homo

De profundis Tractus

clamaui ad te domine dn̄e exaudi vocem meam. V. Fiant aures tue intēdentes in orōnem serui tui. V. Si iniquitates obseruaueris dn̄e dn̄e quis sustinebit. V. Quia apud te p̄piciatio est et propter legem tuam sustinui te domine.

In illo tp̄e: Scd'm matheū. xx.

Dixit ihūs discipulis suis parabolam hanc Simile est regnū celorum homini patrifamilias: qui exiit primo mane conducere operarios in vineam suam. Conuētione autem facta cum operariis ex denario diurno: misit eos in vineam suam. Et egressus circa horam terciam: vidit alios stantes in foro ociosos. et illis dixit. Ite et vos in vineam meam. et quod iustum fuerit dabo vobis. Illi autem abierūt. Iterum autem exiit circa sextam et nonam horā. et fecit similiter. Circa vero vndecimā horam exiit et inuenit alios stātes. et dixit illis. Quid hic statis tota die ociosi? Dicūt ei. Quia nemo nos conducit. Dicit illis. Ite et vos in vineam meam: Cum sero autem factum esset. dixit dn̄s vinee procuratori suo. Voca operarios. et redde illis mercedē incipiens a nouissimis vsqꝫ ad primos. Cum venissent ergo hi qui circa vndecimam horā venerant. acceperunt singulos denarios. Venientes autem et primi arbitrati sūt. quod plus essent accepturi. Acceperūt autem et ipi. singulos denarios. Et accipientes murmurabāt aduersus patrēfamilias. dicentes. Hi nouissimi vna hora fecerūt: et pares nobis illos fecisti qui portauimus pōdus diei et estus: At ille respondēs vni eorum dixit. Amice. nō facio tibi

iniuriam. Nonne ex denario conuenisti mecum: Tolle quod tuũ ẽ: et vade. Volo autẽ et huic nouissimo dare: sicut et tibi. An non licet michi quod volo facere An oculus tuus neq̃ est: q2 ego bonus sũ. Sic erunt nouissimi primi: et primi nouissimi. Multi enĩ sunt vocati: pauci vero electi. Offr. Bonũ est confiteri dño et psallere noĩ tuo altissime. Secret.

Muneribz nostris q̃s dñe precibusq3 susceptis: et celestibus nos munda misteriis. et clementer exaudi. Per. Cõm. Illumina faciem tuam super seruũ tuũ et saluum me fac in tua mia dñe non confundar qm̃ inuocaui te. Postcõ.

Fideles tui deus per tua dona firmentur: vt eadem et percipiendo requirãt et querendo sine fine percipiant. Per d.

Feria quarta. Ad hebreos. iiii.

Fratres: Festinemus ingredi in illam requiem: vt ne ĩ idipsum quis incidat incredulitatis exemplum. Viuus est enim sermo dei ꝛ efficax: et penetrabilior oĩ gladio ancipiti et pertingens vsq3 ad diuisionem aĩe et spũs. Compagũ quoq3 ꝛ medullarũ: et discretor cogitationũ et intẽtionum cordis: et non est vlla creatura inuisibilis in conspectu eius. Omnia aũt nuda et apta sunt oculis eius: ad quẽ nobis sermo. Habentes ergo pontificem magnũ: qui penetrauit celos ihm̃ filiũ dei: teneamus spei nostre confessionẽ. Non enim hẽmus pontificem qui nõ possit cõpati infirmitatibz nr̃is: temtatum aũt per oĩa. p similitudine absq3 pctõ. Adeamus ergo cũ fiducia ad thronũ grẽ eius: vt miam cõsequamur ꝛ grãm inueniamus in auxilio opportuno p ihm̃ xpm: dñm nr̃m. S. marcũ. ix.

In illo tpe: Egressus ihũs ibat per galileã: nec volebat quẽq̃ scire. Docebat aũt discipulos suos et dicebat eis. Qm̃ filius hoĩs tradetur ĩ manus hoĩm: ꝛ occident eũ. et tercia die resurget. At illi ignorabant verbũ et timebãt eũ interrogare. Et venerũt capharnaũ. Qui cum domi essent: interrogabat eos Quid in via tractabatis? Illi aũt tacebant. Inter se enĩ in via disputauerant: quis illoꝝ esset maior. Et residẽs vocauit duodecim: et ait ill'. Si quis vult primus esse: erit oĩm nouissimus ꝛ oĩm minister. Et assumẽs puerũ: statuit eũ ĩ medio eoꝝ. Quẽ cũ ꝯplexus esset: ait ill'. Quisquis vnũ ex huiusmodi pueris: receperit in noĩe meo: me recipit. Et q̃cũq3 me susceperit: nõ me suscipit sed eũ qui me misit. Qui habet aures audiendi: audiat. Feria vi. Epla vt in feria iiii. pceden. S. matheũ. xii.

In illo tpe: Dixit iesus phariseis. Qui nõ est mecũ: contra me est. et q̃ nõ cõgregat mecũ spargit. Ideo dico vobis. oĩe pctm̃ ꝛ blasphemia remittet' hoĩbz: sps aũt blasphemie non remittet' eis Qui aũt dixerit contra spiritum sanctũ: nõ remittetur ei neq3 in hoc seculo. neq3 ĩ futuro. Aut facite arborẽ bonã

et fructus eius bonum: aut facite arborē malam: et fructū eius malū. Siquidē ex fructu arbor cognoscitur. Progenies viperarum: quomodo potestis bona loqui cū sitis mali: Ex abundātia enī cordis os loquit. Bonus homo de bono thesauro profert bona: et malus homo de malo thesauro profert mala. Dico autem vobis: quod omne verbum ociosum quod locuti fuerint hoīes reddent rationem de eo in die iudicii. Ex verbis enī tuis iustificaberis. Et ex verbis tuis: condennaberis. Dñica in sexagesima. officium.

Exurge quare obdormis domine exurge et ne repellas in finem quare faciem tuam auertis obliuisceris tribulationem nr̄am adhesit in terra venter noster exurge dñe adiuua nos et libera nos. ps Deus auribus nostris audiuimus: patres nr̄i annūciauerūt nobis.

Deus qui conspicis quia ex nulla nr̄a actione confidimus. concede propicius: vt contra aduersa oīa doctoris gentiū protectione muniamur. Per dñm. Ad corinthios. ii. xi.

Fratres: Libenter suffertis insipientes: cū sitis ipsi sapientes. Sustinetis enī: si quis vos in seruitutem redigit. Si quis deuorat: si quis accipit: si quis extollitur. si quis in faciem vos cedit. Secundū ignobilitatem dico: quasi nos infirmi fuerimus in hac parte. In quo quis audet: In insipiētia dico: audeo et ego. Hebrei sūt: et ego. Israelite sūt: et ego. Semen abrahe sūt: et ego. Ministri xp̄i sūt: et ego. Vt minus sapiens dico: plus ego. In laboribus plurimis: in carceribus abundātius in plagis supra modū. in mortibus frequenter. A iudeis quinquies quadragenas: vna minus accepi. Ter virgis cesus sū: semel lapidatus sū. ter naufragiū feci. Nocte ac die in profundo maris fui. In itineribus sepe. Periculis fluminū. periculis latronū. periculis ex genere. periculis ex gentibus. periculis in ciuitate. periculis in solitudine. periculis in mari. periculis in falsis fratribus. In labore et erūna: in vigiliis multis. In fame et siti: in ieiuniis multis. In frigore et nuditate. preter illa que extrinsecus sūt: instātia mea quotidiana: solicitudo oīm ecclesiarū. Quis infirmat et ego nō infirmor: Quis scādalizat: et ego nō vror: Si gloriari oportet: que infirmitatis mee sūt. gloriabor. Deus et pater dñi nr̄i iesu xp̄i scit quod est benedictus in secula seculorum: quod non mentior. Diuisio

Damasci prepositus gentis arethe regis: custodiebat ciuitatem damascenorum: vt me cōprehenderet. Et per fenestrā in sporta dimissus sum per murū: et sic effugi manus eius. Si gloriari oportet: nō expedit quidē. Veniā aūt ad visiones: et reuelatiōes dñi. Scio hoīem in xp̄o ante ānos quatuordecim: siue in corpore siue extra corpus nescio: deus scit. raptū huiusmodi vsque ad terciū celū. Et scio huiusmodi hoiem siue in corpore

sine extra corpus nescio deus scit: qm̄ raptus est in paradisum et audiuit archana verba. que non licet homini loqui. Pro huiusmodi glīabor: pro me aūt nichil. nisi in infirmitatibꝫ meis. Nam et si voluero gliari: nō ero insipiens. Veritatem enī dicam. Parco autē ne quis me existimet supra id quod videt ī me aut audit aliquid ex me. Et ne magnitudo reuelationū extollat me: datus ē michi stimlus carnis mee. āgelus sathane qui me colaphizet. Propter qđ ter dñm rogaui. vt discederet a me: et dixit michi. Sufficit tibi gratia mea. Nam virtus ī infirmitate perficitur. Libenter igitur gloriabor in infirmitatibꝫ meis: vt inhabitet in me virtus cristi ℞. Sciant gentes qm̄ nomen tibi deus tu solus altissimus super omēm terram. ℣. Deus meus pone illos vt rotam et sicut stipulam ante faciē venti. Tractus

Commouisti dñe terram et conturbasti eam. ℣. Sana contritiones eius q: mota est. ℣. Vt fugiant a facie arcus vt liberentur electi tui. Scđm lucā. viii.

In illo tp̄e: Cum turba plurima conuenireit et de ciuitatibus properarent ad ihesum: dixit per similitudinem. Exiit qui seminat: seminare semen suū. Et dū seminat: aliud cecidit secus viā: et cōculcatum est. et volucres celi comederunt illud. Et aliud cecidit supra petram: et natum aruit. quia non habebat humorem. Et aliud cecidit inter spinas: et simul exorte spine suffocauerūt illud. Et aliud cecidit in terram bonam: et ortum fecit fructum centuplum. Hec dicens: clamabat. Qui habet aures audiendi: audiat. Interrogabāt autem eū discipuli eius: que esset hec parabola. Quibꝫ ipse dixit. Vobis datū est nosse misterium regni dei ceteris autem in parabolis. vt videntes non videāt: et audientes nō intelligant. Est autē hec parabola: Semen. est verbum dei. Quod aūt secus viā: hi sunt qui audiūt. deinde venit dyabolus. et tollit verbum de corde eoꝝ: ne credentes salui fiant. Nam qđ supra petrā: hi sunt qui cum audierint. cū gaudio suscipiunt verbum. Et hi radices non hn̄t: q: ad tempus credunt et in tempore tentationis recedūt. Quod autē ī spinis cecidit: hi sunt qui audierūt et a solicitudinibꝫ et diuitiis ⁊ voluptatibus vite eūtes suffocantur: et non referūt fructū. Quod aūt ī terram bonam: hi sūt qui in corde bono et optimo audiētes. verbū retinent. Et fructū afferūt in patientia. Offꝫ. Perfice gressus meos in semitis tuis vt non moueantur vestigia mea inclina aurem tuā et exaudi verba mea mirifica mias tuas qui saluos facis sperantes inte dñe. Secreta

Oblatum tibi dñe sacrificium viuificet nos semper et muniat. Per dñm. Cōm. Introibo ad altare dei ad deum qui letificat iuuentutem meam. Postcōm.

Supplices te rogamus omīpotēs deus

vt quos tuis reficis sacramentis: tibi etiam placitis moribus dignanter deseruire concedas. Per dñm.

Feria quarta. Ad hebreos xii.

Fratres: Recogitate dñm iesum xpm qui talem sustinuit a peccatoribus aduersus semetipsum contradictionem: vt non fatigemini animis vestris deficiẽtes Nondum enī vsqꝫ sanguinem restitistis aduersus pctm̄ repugnantes ⁊ obliti estis consolationis que vobis tanq̄ filiis loquitur dicens. Fili mi. noli negligere disciplinam dñi: neqꝫ fatigeris dum ab eo argueris. Quem enim dñs diligit castigat: flagellat autem omnem filiũ quem recipit. In disciplina perseuerate. tanq̄ filiis vobis offert se deus. Quis enim filius quem non corripit pater: Quod si extra disciplinam estis cuius participes facti estis. Omnes ergo adulteri: et non filii estis. Deinde patres quidẽ carnis nostre habuimus eruditores: et reuerebamur eos. Non multomagis obtemperabimus patri spũum et viuemus. Scdm marcũ. iiii

In illo tp̄e: Cepit dñs iesus docere: et congregata est ad eũ turba multa. ita vt in nauim ascẽdens sederet in mari. Et oĩs turba circa mare sup terrã erat: et docebat illos ĩ parabolis multa et dicebat illis in doctrina sua audite. Ecce exiit seminans ad seminandum. Et dum seminat: aliud cecidit secus viam: et venerunt volucres: et comederunt illud. Aliud vero cecidit supra petrosa: vbi nõ habuit terram multam: et statim exortum est. qm̄ non habebat altitudinem terre. Et quando exortũ est sol exestuauit ⁊ ex eo q̄ non haberet radicem exaruit. Et aliud cecidit in spinas: et ascenderunt spine et suffocauerunt illud. et fructum nõ dedit. Et aliud cecidit ĩ terram bonam: et dabat fructum ascendentẽ et crescentem. Et afferebat vnum triginta. et vnũ sexaginta. et vnũ centum Et dicebat. Qui habet aures audiendi: audiat.

Feria sexta Epistola. Recogitate dñm ihm̄. vt in feria quarta precedeñ. Scdm lucã. xvii.

In illo tempore. Interrogatus iesus a phariseis. quando venit regnum dei. Respondit et dixit eis. Non venit regnũ dei cum obseruatione: nec dicẽt ecce hic aut ecce illic. Ecce enim: regnum dei ĩtra vos est Et ait ad discipulos suos. Venient dies: quando desiderabitis videre vnum diem filii hominis: et non videbitis. Et dicent vobis. Ecce hic: et ecce illic. Nolite ire neqꝫ sectemini. Nam sicut fulgur choruscans de sub celo ĩ ea que sub celo sunt fulget: ita erit filius hominis in die sua. Primum autẽ oportet illum multa pati: et reprobari a generatione hac. Et sicut factũ est in diebus noe: ita erit in diebus filii hominis. Edebant et bibebant: vxores ducebãt et dabant ad nuptias. vsqꝫ in diem qua intrauit

noe in archam: et venit diluuium et perdidit omnes. Similiter sic factum est in diebus loth: edebant et bibebant. emebant. et vendebant: plantabant et edificabant Qua die autem exiit loth a sodomis: pluit ignem et sulphur de celo: et omnes perdidit. Secundū hec erit: qua die filius hominis reuelabitur. In illa hora. qui fuerit in tecto: et vasa eius in domo: ne descendat tollere illa. Et q̄ in agro: similiter non redeat retro. Memores estote vxoris loth. Quicunq̧ quesierit animam suā. saluam facere: perdet illā. Et quicunq̧ perdiderit illam: viuificabit eam. Dico autem vobis: in illa nocte erunt duo in lecto vno: vnus assumetur. et vnus relinquetur. Due molentes erunt in unum: vna assumetur. et altera relinquetur. Duo in agro: vnus assumetur. et alter relinquetur. Respondentes: dicunt illi. Vbi domine. Qui dixit eis. Vbicunq̧ fuerit corpus: illuc congregabunt aquile.

Dñica i quiquagesima.

Esto michi ī deum protectorem et in locum refugii vt saluum me facias qm̄ firmamentum meum et refugium meum es tu et propter nomen tuum dux michi eris et enutries me. ps. In te domine speraui non confundar ineternum: et in iusticia tua libera me et eripe me.

Oratio.

Preces nostras quesumus dn̄e clementer exaudi. atq̧ a peccatorum nostrorum vinculis absolutos: ab omni nos aduersitate custodi. Per dn̄m.

Ad corinthios. i. iii

Fratres: Si linguis hominū loquar et angelorum. caritatem autem non habeam: factus sū velut es sonans. aut cymbalū tinniens. Et si habuero prophetiam et nouerim misteria omnia et omnē scientiam. et si habuero omnem fidem. ita vt montes transferam: caritatem autem nō habeam: nichil sum. Et si distribuero ī cibos pauperum omnes facultates meas: et si tradidero corpus meū ita vt ardeam: caritatem autem non habeam. nichil michi prodest. Caritas patiens est: benigna est. Caritas non emulatur: non agit perperam non inflatur. nō est ambiciosa. nō querit que sua sūt. Non irritatur. non cogitat malum. nō gaudet super iniquitate. congaudet autē veritati. Omnia suffert. omīa credit. omnia sperat. omnia sustinet. Caritas nunq̄ excidit Siue prophetie euacuabūtur: siue lingue cessabūt siue scientia destruetur. Ex parte enim cognoscimus: et ex parte prophetamus. Cum autē venerit qđ perfectū est: euacuabitur quod ex parte est. Cū essem paruulus. loquebar vt paruulus. sapiebam vt paruulus. cogitabā vt paruulus. Qn̄ autem factus sum vir: euacuaui q̄ erant paruuli. Videmꝰ nunc p speculū in enigmate: tūc aūt facie ad faciē. Nūc cognosco ex pte: tūc aūt cognoscā sicut et cognitus sū. Nūc

aũt manẽt: fides. spes. caritas tria hec. Maior autem horũ ẽ caritas. R. Tu es deus qui facis mirabilia magna solus notam fecisti in gentibus virtutẽ tuam V. Liberasti in brachio tuo populũ tuum filios israel et ioseph. Tractus.

Iubilate deo omnis terra seruite domino in leticia. V. Intrate in conspectu eius in exultatione. V. Scito te quoniam dominus ipse est deus. V. Ipse fecit nos et non ipsi nos nos autem populus eius et oues pascue eius. Secundum Lucã. xviii

In illo tpe: Assum psit ihesus duodecĩ discipulos suos secreto: et ait illis. Ecce ascẽdimus therosolimã et consũmabũtur omnia que scripta sunt per prophetas de filio hominis. Tradetur enim gentibus et illudetur et flagellabit et conspuet. Et postq̃ flagellauerint occident eum: et tertia die resurget. Et ipsi nichil horũ intellexerunt. Erat autem verbũ istud absconditum ab eis et nõ intelligebant que dicebantur. Factũ est autem cum appropiquaret ihericho: cecus quidam sedebat secus viam mendicans. Et cũ audiret turbam pretereuntem: interrogabat quid hoc esset. Dixerunt autem ei q̃ iesus nazarenus transiret. Et clamauit dicẽs. Jesu fili dauid: miserere mei. Et qui preibant: increpabant eum: vt taceret. Ipse vero multo magis clamabat. Fili dauid miserere mei. Stans aut iesus iussit illũ adduci ad se. Et cũ appropinquasset interrogauit eum dicens. Quid tibi vis faciam: At ille dixit Domine: vt videam. Et iesus dixit illi. Respice: fides tua te saluum fecit. Et cõfestim vidit. et sequebat illum magnificans deũ. Et omnis plebs vt vidit: dedit laudem deo.

Offer. Benedictus es domine doce me iustificationes tuas benedictus es domine doce me iustificationes tuas in labiis meis pronunciaui omnia iudicia oris tui.

Hec hostia quesumus domine mundet nostra delicta: et ad sacrificiũ celebrãdum subditorum tibi corpora mẽtesq̃ sanctificet. Per dominum. (Secreta.

Cõm. Manducauerunt et saturati sunt nimis et desiderium eorum attulit eis dominus non sunt fraudati a desiderio suo

Quesumus omnipotens deus vt qui celestia alimenta percepimus: per hec contra oĩa aduersa muniamur Per d. Postcõm.

Feria iiii. i capite ieiunii. Bñdictio cinerũ

Deus q̃ nõ mortẽ sed penitenciam desideras pctõrũ fragilitatẽ nostrã benignissime respice: et hos cineres quos causa pferẽde hũilitatis atq̃ pmerende venie capitibus nr̃is imponi decreuim⁹ bñdicere p tua pietate digneris vt qui nos cinerẽ esse et ob prauitatis nrẽ meritũ in puluerẽ reuersuros cognoscim⁹ pctõrũ oĩm veniã: et premia penitẽtib; repromissa misericordit cõseq̃ mereamur. P. Ad ponẽd cineres sup capita eorũ: dicere sacerdos: Memento homo q: cinis es et i cinerẽ reuerteris. In noie patris ꝛc. Introitus.

Misereris omnium domie ꝛ nichil odisti eorum que fecisti dissimulās pctā hoim ꝑpter penitētiā et parcens illis qꝛ tu es dn̄s deus noster ps. Miserere mei deus miserere mei: qm̄ in te cōfidit anima mea. Oratio

Presta dn̄e fidelibꝫ tuis: vt ieiunioꝝ venerāda solēnia ꝛ cōgrua pietate suscipiāt ꝛ secura deuotiōe pcurrāt. Per d. Lectō iohelis pphē. ii.

Hec dicit dn̄s Conuertimini ad me in toto corde vestro in ieiunio et fletu et planctu ꝛ scindite corda vestra: et nō vestimenta vestra. Et cōuertimini ad dn̄m deum vestrum: quia benigus et misericors est: patiens et multum misericors et prestabilis super maliciaꝫ Quis scit si cōuertatur et ignoscat dn̄s: et relinquat post se benedictionē Sacrificium et libamē dn̄o deo nostro. Canite tuba i syō: scificate ieiuniū vocate cetū: congregate populū scificate ecclesiā. Coadunate senes. congregate puulos: et sugentes vbera. Egrediatur spōsus de cubili suo: et sponsa de thalamo suo. Inter vestibulum ꝛ altare: plorabūt sacerdotes ministri dn̄i ꝛ dicent. Parce dn̄e parce populo tuo: et ne des hereditatem tuā i opprobriū vt nō dominēt̄ eis nationes. Quare dicūt i pplis: est dn̄s eorū: zalatus est dn̄s terrā suā: et pepcit pplō suo. Et respondit dn̄s: ꝛ dixit populo suo. Ecce ego mittā vobis frumentū vinū et oleū: ꝛ replebimini in eis Et nō dabo vos vltra opprobriū i gentibꝫ: dicit dn̄s: ops. R. Miserere mei deus miserere mei qm̄ ite cōfidit aīa mea. V. Misit de celo et liberauit me dedit i opprobriū conculcātes me.

Dn̄e. non scdm̄ pctā Tractus nrā facias nobis neqꝫ scdm̄ iniquitates nrās retribuas nobis. V. Dn̄e ne memineris iiquitatū nrāꝝ antiquaꝝ cito anticipent nos mīe tue qua pauperes facti sumus nimis. V. Adiuua nos deus salutaris noster et propter gloriā nominis tui domie libera nos ꝛ propicius esto peccatis nostris propter nomē tuū. Scdm̄ (matheū

In illo tpe: Dixit iesus discipulis suis Cū ieiunatis nolite fieri sicut ypocrite tristes Exterminant eni facies suas: vt appareant hoīmbus ieiunātes. Amen dico vobis qꝛ receperūt mercedem suam. Tu autē cū ieiunas: vnge caput tuū ꝛ faciē tuam laua: ne videaris hominibꝫ ieiunās sed patri tuo qui est in abscondito Et pater tuus qui videt i abscōdito: reddet tibi. Nolite thezaurizare vobis thezauros i terra: vbi erugo et tynea demolitur. et vbi fures effodiunt ꝛ furantur Thezaurizate autem vobis thezauros in celo: vbi neqꝫ erugo neqꝫ tinea demolitur et vbi fures non effodiunt: neqꝫ furantur Vbi enim est thezaurꝰ tuus: ibi est et cor tuum. Offertoriū Exaltabo te domine quoniam suscepisti me nec delectasti inimicos meos sup me dn̄e deꝰ clamaui ad te ꝛ sanasti me. Secre

Fac nos quesumꝰ dn̄e his muneribꝰ offerēdis cōueniēter

aptari: quibus ipsius venerabilis sacramenti celebramus exordium. Prefatio. Qui corporali ieiunio. Com. Qui meditabitur in lege domini die ac nocte dabit fructum suum in tempore suo. Postcom.

Percepta nobis domine prebeant sacramenta subsidium: ut et tibi grata sint nostra ieiunia et nobis proficiant ad medelam. Per d. Sup pplm.

Inclinantes se domine maiestati tue propiciatus intende: ut qui divino munere sunt refecti celestibus semper nutriantur auxiliis. Per dominum.

(Feria quinta.) Dum clamarem ad dominum exaudivit vocem meam ab his qui appropinquant michi et humiliavit eos qui est ante secula et manet in eternum iacta cogitatum tuum in domino et ipse te enutriet. Psalmus. Exaudi deus orationem meam et ne despexeris deprecationem meam intende michi et exaudi me. Oratio.

Deus qui culpa offenderis penitentia placaris preces populi tui supplicantis propicius respice atque ab eo flagella tue iracundie que pro peccatis nostris meremur averte. Per dominum.

Lectio ysaie prophete. xxxviii.

In diebus illis: Egrotavit ezechias usque ad mortem: et introivit ad eum ysayas filius amos propheta: et dixit ei. Hec dicit dominus. Dispone domui tue: quia morieris tu et non vives. Et convertit ezechias faciem suam ad parietem: et oravit ad dominum et dixit. Obsecro domine: memento queso quomodo ambulaverim coram te in veritate et in corde perfecto: et quod bonum est in oculis tuis fecerim. Et flevit ezechias fletu magno. Factumque est verbum domini ad ysayam dicens. Vade et dic ezechie. Hec dicit dominus deus david patris tui. Audivi orationem tuam: et vidi lacrimam tuam. Ecce ego adiciam super dies tuos quindecim annos: et de manu regis assiriorum eruam te: et civitatem istam: et protegam eam. Dicit dominus omnipotens. R. Iacta cogitatum tuum in domino et ipse te enutriet. V. Dum clamarem ad dominum exaudivit vocem meam ab his qui appropinquant michi. Secundum lucam. vii.

In illo tempore: Intravit iesus capharnaum. Centurionis autem cuiusdam servus male habens erat moriturus: qui erat illi preciosus. Et cum audisset de iesu misit ad eum seniores iudeorum rogans eum ut veniret et sanaret servum eius. At illi cum venissent ad iesum rogabant eum sollicite dicentes ei: quia dignus est ut hoc illi prestes. Diligit enim gentem nostram et synagogam ipse edificavit nobis. Iesus autem ibat cum illis. Et cum iam non longe esset a domo: misit ad eum centurio amicos dicens. Domine noli vexari: non enim dignus sum: ut sub tectum meum intres. Propter quod et me ipsum non sum dignum arbitratus: ut venirem ad te: sed tantum dic verbo

et sanabitur puer meus: Nam et ego homo sum sub potestate cōstitutus hñs sub me milites. Et dico huic vade:et vadit. Et alio veni:ꝛ venit. Et seruo meo fac hoc: et facit. Audiens autem iesus miratus est:ꝛ conuersus sequentibus se turbis dixit. Amē dico vobis:nec in israel tantam fidem inueni. Et reuersi sunt qui missi fuerant domū ꝛ inuenerūt seruum:qui languerat sanum. Offer. Ad te domine leuaui animam meam deus meus in te confido nō erubescam neqꝫ irrideāt me inimici mei etenim vniuersi qui te expectant non confundentur. Secreta.

Sacrificiis presentibus domine quesumus intende placatus: vt et deuotioni nostre proficiant et saluti. Cōm. Acceptabis sacrificium iustitie oblationes et olocausta super altare tuū (dñe. Post cōm.

Celestis doni benedictione percepta supplices te deus omnipotens deprecamur:vt hoc idem nobis et sacramēti causa sit et salutis. Per dominū (Sup ppl'm

Parce dñe pce pplo tuo:vt dignis flagellatiōibus castigatus ī tua sēp miseratōne respiret. Per dominu. Feria (sexta.

Audiuit dñs et misertus est michi. dñs factus ē adiutor meus. ps. Exaltabo te dñe quoniā suscepisti me:nec delectasti inimicos meos super me. Oratio.

Inchoata ieiunia quesumus dñe benigno fauore prosequere vt obseruantiā quam corporaliter exhibemus mētibus etiam sinceris exercere valeamus. Per dominum. Lectio ysaie prophete. lviii

Hec dixit dñs deus: Clama ne cesses: quasi tuba exalta vocē tuā:ꝛ annūcia pplo meo scelera eorum: et domui iacob peccata eorum. Me etenī de die in diem querunt:ꝛ scire vias meas volūt. Quasi gens que iusticiam fecerit:ꝛ que iudicium dei sui non dereliquerit. Rogāt me iudicia iusticie:et appropinquare deo volunt Quare ieiunauimus et non aspexisti:humiliauimus animas nostras et nescisti:Ecce in die ieiunii vestri inuenitur voluntas vestra et omnes debitores vestros repetitis Ecce ad lites et contentiones ieiunatis:ꝛ percutitis pugno impie Nolite ieiunare sicut vsqꝫ ad hāc diem:vt audiatur in excelso clamor vester. Nunquid tale est ieiunium quod elegi: per diem affligere hominē animā suam:Nunquid contorquere:quasi circulum caput suum:et saccum et cinerē sternere:Nunquid istud vocaui ieiunium:et diem acceptabilem domino:Nonne hoc est magis ieiuniū quod elegi: Dissolue colligationes impietatis:solue fasciculos deprimentes Dimitte eos q̄ confracti sūt liberos:ꝛ omē onus disrūpe Frāge esurienti panē tuū:ꝛ egenos vagosqꝫ induc in domum tuam. Cum videris nudum operi eum:et carnem tuā ne despexeris. Tunc erumpet quasi mane lumē

tuum: et sanitas tua citius orietur
Et anteibit faciē tuā iustitia tua
et glia dñi colliget te. Tūc inuoca
bis et dñs exaudiet: clamabis et di
cet ecce adsum. Quia misericors sū
dñs deus tuus. R. Dñs refugium fa
ctus est nobis a gñatione et progenie. V.
Priusq̄ montes fierent aut formaret ter
ra et orbis a seculo et i seculū tu es deus
In illo tpe: Scdʒ mathe. v. xvi.
Dixit iesus discipulis suis
Audistis q2 dictū est antiquis. Di
liges proximū tuū: et odio habebis i
imicū tuū. Ego autem dico vobis
Diligite inimicos vestros: benefa
cite his qui oderūt vos et orate p
psequētibus et calūniantibʒ vos:
vt sitis filii patris vestri. q̄ in celis
est. qui solem suū oriri facit. super
bonos et malos: et pluit sup iustos
et iniustos Si eni diligitis eos qui
vos diligunt: quā mercedē hēbitis:
Nōne et publicani hoc faciūt: Et
si salutaueritis fratres vestros tā
tum quid amplius facietis: Nōne
et ethnici hoc faciunt: Estote ergo
et vos perfecti: sicut et pater vester
celestis pfectus est. Attendite: ne iu
stitiā vestrā faciatis corā hoībus
vt uideamini ab eis. Alioqui mer
cedē non habebitis apud prēm ve
strum qui in celis est. Cum ergo fa
cis elemosinam noli tuba canere
ante te sicut ypocrite faciunt in sy
nagogis et in vicis: vt honorifi-
centur ab hominibus. Amen dico
vobis: receperūt mercedem suam.
Te aūt faciēte elemosinā: nesciat
sinistra tua: quid faciat dextra tua:
vt sit elemosina tua i abscondito:
et pater tuus qui videt in abscōdi
to reddet tibi. Et cū oratis: nō eri-
tis sicut ypocrite tristes. qui amāt
in synagogis et in angulis platea
rū stantes orare vt videantur ab
hominibus Amen dico vobis: rece
perunt mercedē suam. Tu aūt cū
oraueris intra in cubiculuʒ tuum
et clauso ostio ora patrē tuū in ab
scondito Et pater tuus qui videt
in abscondito: reddet tibi. Offer. Do
mine viuifica me secundū eloquiū tuū vt
sciā testimonia tua. Secreta
Sacrificiū domine obseruan
tie paschalis offerimus presta que-
sumus: vt tibi et mentes nr̄as red-
dat acceptas: et continentie prom-
ptioris nobis tribuat facultatē. P.
Cōm. Seruite dño in timore et exulta-
te ei cū tremore apprehendite disciplinā
ne pereatis de via iusta. Post cōm.
Spiritum nobis domine tue
caritatis īfūde: vt quos vno
pane celesti saciasti. tua facias pie-
tate concordes. Per dñm. Sup pplm
Tuere domine populū tuum
et ab omnibus peccatis cle
menter emūda: quia nulla ei noce-
bit aduersitas. si nulla dñetur iniq̄-
tas. Per dñm. Sabbato. Audiuit dñs
&c. q̄re i feria. vi. preced. Oratio.
Obseruationis huius annua
celebritate letantes: quesu-
mus domīe vt paschalibus actioni
bus inherentes plenius eius effecti
bus gaudeamus. Per.

Lectio ysaie prophete. lviii.

Hec dicit dominus. Si abstuleris de medio tui cathenam et desieris digitum extendere. et loqui quod non prodest: cũ effuderis esurienti animam tuam. et aĩam afflictam repleueris: orietur in tenebris lux tua: et tenebre tue erunt sicut meridies. Et requiem tibi dabit dominus deus tuus semper: et implebit splendoribꝫ animam tuam. et ossa tua liberabit. Et eris quasi ortus irriguus: et sicut fons aquarũ cuius nou deficient aque. Et edificabuntur in te deserta seculorũ: fundamenta generationis et generationis suscitabis. Et vocaberis edificator sepium: auertẽs semitas iniquitatum Si auerteris a sabbato pedem tuum facere voluntatem tuam in die sancto meo et vocaberis sabbatum delicatum et sanctum dñi gloriosum. et glorificaberis eum dum non facis vias tuas. et non inuenietur voluntas tua vt loquaris sermonem: tũc delectaberis super dñm Et substollã te super altitudinem terre: et cibabo te hereditate iacob patris tui. Os enim dñi: locutum est hec. ℟. Vnam petii a domino hanc requiram vt inhabitem in domo dñi. ℣. Vt videam voluntatem dñi et protegar a templo sancto eius

In illo tempore: Scd̃m marcũ. vi. Cum sero factum esset erat nauis in medio mari: et iesus solus in terra. Et videns eos laborantes in remigando: erat enĩ ventus cõtrarius eis. Et circa quartã vigiliã noctis: venit ad eos ambulans super mare et volebat preterire eos. At illi vt viderũt eũ ambulantẽ supra mare: putauerũt fantasma esse. Et exclamauerũt Omnes enĩ eũ viderunt: et conturbati sũt. Et statĩ ihũs locutus ẽ cũ eis. et dixit illis. Confidite. Ego sum: nolite timere. Et ascendit ad illos ĩ nauim: et cessauit ventus. Et plus magis intra se stupebãt. Non enĩ intellexerant de panibus Erat enĩ cor illorꝫ obcecatum. Et cũ transfretassent puenerunt id terram genesareth: et applicuerunt. Cũqꝫ egressi essent de naui: cõtinuo cognouerunt eum. Et percurrẽtes vniuersam regionem illã: ceperunt ĩ grabatis eos qui se male habebãt circunferre vbi audiebant eũ esse. Et quocunqꝫ introibat in vicos vel in villas aut ciuitates: in plateis ponebant infirmos et deprecabantur eum vt uel fimbriã vestimẽti eius tangerẽt. Et quotquot tangebãt eum: salui fiebant. Offꝫ. Domine viuifica me in eodẽ fol. Secreta

Suscipe dñe sacrificiũ cuius te voluisti dignanter immolatione placari presta q̃s: vt huius operatione mundati: beneplacituꝫ tibi nostre mentis offeramus effectũ. Cõm. Seruite dño ĩ timore et exultate. Post cõm.

Celestis vite munere vegetati q̃s dñe vt qd̃ est nobis ĩ pñti vita misterium fiat eẽnitatis auxiliũ. p. Sup. pplm

Fideles tui deus perpetuis do nis firmentur: vt et eadem percipiendo requirant: et querendo sine fine percipiant. Per dñm.

Dñica prima in quadragesima. officium

Inuocauit me et ego exaudiam eum eripiã eũ et glorificabo eũ longitudie dierꝝ adiplebo eũ. ps. Qui habitat in adiutorio altissimi: in protectione dei celi cõmorabitur. Orõ

Deus qui ecclesiam tuã ãnua quadragesimali obseruatione purificas: pr̃sta familie tue vt qđ a te obtinere abstinendo nitit̃ hoc bonis operibꝫ exequatur. Per do.

Fratres: Ad corinthios. ii. vi. Hortamur vos: ne ĩuacuũ gratiã dei recipiatis. Ait eni. Tempore accepto exaudiui te: et ĩ die salutis adiuui te. Ecce nũc tempus acceptabile: ecce nunc dies salutis. Nemini dantes vllam offensionẽ: vt non vituperetur ministeriũ nostrũ. Sed in oibꝫ exhibeamus nosmetipsos: sicut dei mi̾stros. In multa patientia: in tribulationibꝫ. ĩ necessitatibꝫ. in angustiis. in plagis. ĩ carceribꝫ. in seditionibꝫ. ĩ laboribꝫ. in vigiliis. in ieiuniis. in castitate. ĩ scientia. in longanimitate. in suauitate. ĩ spũ sancto. In caritate nõ ficta: in verbo veritatis. in virtute dei. Per arma iusticie: a dextris ꝛ a sinistris. Per gloriã et ignobilitatem: per infamiam ꝛ bonam famã. Vt seductores: ꝛ veraces. Sicut qui ignoti. et cogniti. Quasi morientes et ecce viuimus. Vt castigati: et nõ mortificati. Quasi tristes: semp autem gaudentes. Sicut egẽtes: multos autem locupletantes. Tanq̃ nichil habentes: et omnia possidentes. ℞. Angelis suis mandauit de te vt custodiant te in omnibus viis tuis. ℣. In manibꝫ portabũt te ne vnq̃ offendas ad lapidem pedem tuum. Tractus

Qui habitat in adiutorio altissimi ĩ ptectione dei celi cõmorabit̃. ℣. Dicet dño susceptor meus es et refugiũ meũ deus meus sperabo ĩ eum. ℣. Quoniam ipse liberauit me de laqueo venantium ꝛ a verbo aspero. ℣. Scapulis suis obũbrabit tibi ꝛ sub pẽnis eius sperabis. ℣. Scuto circundabit te veritas eius nõ timebis a timore nocturno. ℣. A sagitta volante per diem a negocio perambulante in tenebris a ruina et demonio meridiano. ℣. Cadent a latere tuo mille ꝛ decem milia a dextris̃ tuis tibi autem non appropiquabit. ℣. Quoniam angelis suis mandauit de te vt custodiant te in omnibꝫ viis tuis ℣. In manibus portabunt te ne vnq̃ offẽdas ad lapidem pedem tuum. ℣. Super aspidem et basiliscum ambulabis et conculcabis leonem et drachonem. ℣. Quoniam in me sperauit liberabo eum protegam eum quoniam cognouit nomen meum. ℣. Inuocauit me et ego exaudiam eũ cum ipso sum in tribulatione. ℣. Eripiã eum et glorificabo eum longitudine dierum adimplebo eum et ostendam illi salutare meum. Secundum matheum. iiii.

In illo tp̃e: Ductus est iesus in desertũ a spiritu: vt tentaretur a dyabolo.

Et cũ ieiunasset quadraginta diebus et quadraginta noctibꝫ: postea esuriit. Et accedens tentator: dixit ei. Si filiꝰ dei es: dic vt lapides isti panes fiant. Qui respondens: dixit Scriptũ est. Non in solo pane viuit homo: sed in omni verbo quod procedit de ore dei. Tũc assumpsit eum dyabolus in sanctam ciuitatem: et statuit eum supra pinaculũ templi. Et dixit ei. Si filius dei es mitte te deorsum. Scriptũ est enĩ. Quia angelis suis mandauit de te: et in manibꝫ tollent te. ne forte offendas ad lapidem pedem tuum Ait illi ihũs rursum. Scriptum est Non tentabis dñm deũ tuum. Iterũ assumpsit eũ dyabolus in montem excelsum valde: et ostendit ei omĩa regna mundi. ⁊ gloriam eoꝝ: et dixit ei. Hec omnia tibi dabo: si cadens adoraueris me. Tunc dixit illi iesus. Vade sathana Scriptum est enĩ. Dñm deum tuũ adorabis: et illi soli seruies. Tũc reliquit eũ dyabolus. et ecce angeli accesserũt: et ministrabant ei. Offꝛ. Scapulis suis obũbrabit tibi dñs et sub pennis eius sperabis scuto circundabit te veritas eius. Secret.

Sacrificium quadragesimalis inicii solemniter immolamus te dñe deprecantes: vt cũ epularũ restrictione carnalium a noxiis quoqꝫ voluptatibus temperemur. Per dñm.

Cõm. Scapulis suis obumbrabit tibi et sub pennis eius sperabis scuto circundabit te veritas eius. Postcõm.

Tui nos dñe sacramenti libatio sancta restauret: et a vetustate purgatos in ministerii salutaris faciat transire consortium Per dñm. Feria secunda

Sicut oculi seruoꝝ in manibus dñoꝝ suorum ita oculi nostri ad dñm deum nostrũ donec misereatur nostri miserere nobis dñe miserere nobis. ps. Ad te dñe leuaui oculos meos: qui habitas in celis. Oratio.

Conuerte nos deus salutaris noster: ⁊ vt nobis ieiunium quadragesimale proficiat: mentes nostras celestibꝫ instrue disciplinis Per dñm. Lcõ ezechielis pphẽ. xxxiiii

Hec dicit dñs deus. Ecce ego ipse requiram oues meas: et visitabo illas sicut pastor visitat gregem suum ĩ die: quando fuerit in medio ouiũ suaꝝ dissipatarum. Sic visitabo oues meas: et liberabo eas de omnibꝫ locis in quibꝫ disperse fuerant in diebꝫ nubis et caliginis. Et educam eas de populis et congregabo eas de vniuersis terris: et educam eas in terram suam et pascam eas ĩ montibꝫ israel. In riuis ⁊ in cunctis sedibus terre. In pascuis vberrimis pascam eas: et in montibꝫ excelsis israel erũt pascue earũ Ibi requiescent in herbis virentibus et in pascuis pinguibꝫ pascentur super montes israel. Et pascam oues meas: et eas accubare faciam: dicit dñs deus. Quod perierat requiram: ⁊ quod abiectum

fuerat reducam. et quod confractū fuerat alligabo. et qd̄ infirmū fuerat consolidabo. et qd̄ pingue ⁊ forte custodiam. Et pascam eas: in iudicio et iusticia. Dicit dn̄s: omp̄s

R. Protector noster aspice deus ⁊ respice super seruos tuos. V. Dn̄e deus virtutum exaudi preces seruo⁊ tuo⁊. Tractus. Domine non scdm. Scdm matheum xxv.

In illo tp̄e. Dixit iesus discipulis suis. Cum venerit filius hois in maiestate sua: et omnes angeli eius cum eo: tunc sedebit super sedem maiestatis sue. Et congregabuntur ante eum omnes gētes: et separabit eos abinuicē sicut pastor segregat oues ab hedis. Et statuet oues quidem a dextris suis: hedos autem a sinistris. Tūc dicet rex: his qui a dextris eius erunt Venite benedicti patris mei: possidete paratū vobis regnum. a constitutione mūdi. Esuriui eni: et dedistis michi manducare. Sitiui: et dedistis michi bibere. Hospes eram et collegistis me Nudus: ⁊ cooperuistis me. Infirmus: et visitastis me In carcere eram: et venistis ad me Tunc respondebūt ei iusti: dicētes Dn̄e: quando vidimus te esurientem. et pauimus te. sitientem: et dedimus tibi potū: Quando autē vidimus te hospitem: et collegimꝰ te: Aut nudū: et cooperuimus te: Aut qn̄ vidimus te infirmū. aut in carcere: ⁊ venimꝰ ad te: Et rn̄dens rex dicet illis. Amē dico vobis: q̄diu fecistis vni de his fratribꝫ meis minimis: michi fecistis. Tunc dicet et his qui a sinistris eius erūt. Discedite a me maledicti in ignē eternū qui p̄paratus est dyabolo et angelis eius. Esuriui eni: et nō dedistis michi manducare Sitiui: ⁊ nō dedistis michi potū Hospes erā: ⁊ nō collegistis me. Nudus: et nō cooperuistis me. Infirmus et in carcere: et non visitastis me. Tūc rn̄debūt et ipsi dicentes. Dn̄e: qn̄ te vidimus esurientem aut sitiētem. aut hospitem. aut nudū. aut infirmū. aut in carcere. et nō ministrauimus tibi: Tūc rn̄debit illis: dicens. Amen dico vobis: q̄diu nō fecistis vni de minoribus his: nec michi fecistis. Et ibūt hi in suppliciū eternū: iusti autem in vitā eternam. Offer. Leuabo oculos meos ⁊ considerabo mirabilia tua dn̄e vt doceas me iusticiam tuā da michi intellectū vt discam mandata tua dn̄e.

Munera dn̄e oblata Secreta. sanctifica: nosq꜍ a pctō⁊ nr̄orū maculis emūda. P Cō. Voce mea ad dn̄m clamaui et exaudiuit me de mōte sancto suo nō timebo milia ppli circūdātis me. Postcō.

Salutaris tui dn̄e munere satiati supplices exoramus. vt cuius gustu letamur renouemur effectu. Sup pplꝫ

Absolue q̄s dn̄e nr̄o⁊ vincula pctō⁊. et quicquit pro eis meremur p̄piciatus auerte. Feria.iiii.

Dn̄e refugiū factus es nobis a generatione et p̄genie a seculo ⁊ in seculū tu es. ps. Priusq꜍ mōtes fierent aut formaretur ter



ra et orbis:a seculo et in seculū tu es deus
r Respice dn̄e familiam Orō.
tuā et pr̄a. vt apud te mens
nostra tuo desiderio fulgeat:que se
carnis maceratione castigat. Per.
i In dieb; illis Lcō ysaie pph̄e. lv
Locutus est ysaias propheta
dicens. Querite dn̄m dū inueniri
potest:īuocate eū dū prope est. De
relinquat impius viam suā:et vir
iniquus cogitationes suas. & reuer
tatur ad dn̄m:et miserebitur eius:
et ad deū nostrum qm̄ multus est
ad ignoscendū. Non enī cogitatio
nes mee cogitationes vestre: neq;
vie mee vie vestre dicit dn̄s. Quia
sicut exaltantur celi a terra:sic ex-
altate sunt vie mee a vis vestris
et cogitationes mee a cogitationi-
b; vestris. Et quomō descēdit ym-
ber et nix de celo:et illuc vltra non
reuertitur:sed inebriat terram:& in
fundit eam. et germinare eam fa-
cit et dat semen serenti et panē co
medēti:sic erit verbū meum quod
egredietur de ore meo Non reuerte
tur ad me vacuū:sed faciet quecū-
q; volui. et prosperabitur in his ad
que misi illud. Ait dn̄s:omp̄s. R.
Dirigatur oratio mea sicut incensum in
conspectu tuo dn̄e. v. Eleuatio manuum
mearum sacrificium vespertinum.
i In illo tp̄e: Scd̄m matheū. xxi.
Cum intrasset iesus ierosol-
limā: cōmota est vniuersa ciuitas:
dicēs. Quis est hic: Populi autem
dicebant. Hic est propheta:a naza-
reth galilee. Et intrauit iesus in tē
plum dei:et eiiciebat om̄s venden
tes et ementes in templo:et mēsas
nummulariorum & cathedras vendē-
tiū columbas euertit. Et dixit eis.
Scriptum est quia domus mea do
mus orōnis vocabitur. Vos aūt fe
cistis illam speluncam latronum.
Et accesserunt ad eū ceci et claudi
in templo:et sanauit eos. Videntes
aūt principes sacerdotū & scribe mi
rabilia que fecit: et pueros clamā-
tes in templo. et dicentes. osanna
filio dauid:indignati sunt. et dixe-
runt ei. Audis quid isti dicūt: Ihūs
autem dixit eis. Vtiq;. Nunq̄ legi
stis q2 ex ore infantium & lactentiū
perfecisti laudem. Et relictis illis
abiit foras extra ciuitatem in be-
thaniā. Ibiq; docebat eos:de regno
dei. Offr̄. In te speraui dn̄e dixi tu es de
us meus in manib; tuis tempora mea.
o Oblatis q̄s dn̄e pla Secreta
care muneribus: et a cunctis
nos defende periculis. Per dn̄m.
Cō. Cum inuocarem te exaudisti me deus
iusticie mee in tribulatione dilatasti me
miserere mei dn̄e et exaudi orōnem meā
q Quesumus omp̄s Postcōm.
deus. vt illius salutaris capi
amus effectum:cuius per hec miste
ria pignus accepimus. Per dn̄m.
a Ascendant ad te Sup ppl̄m.
dn̄e preces nostre et ab eccle-
sia tua cunctā repelle nequiciā. P.
Reminiscere Feria quarta.
r miserationū tuarum dn̄e et
mīe tue que a seculo sunt
ne vnq̄ dn̄entur nobis inimici no

stri libera nos deus israel ex oībus
angustiis nostris.ꝑ. Ad te dñe leuaui
aīam meā: deus meus in te confido non

P
reces nr̄as erubescam. Orō.
q̄s dñe clementer exaudi.ꝛ cō
tra cūcta nobis aduersantia dexte
ram tue maiestatis extende. Per.

I
n diebꝫ illis Lc.libꝛi exodi.xxiiii
Dixit dñs ad moysen. Ascen
de ad me in montē:et esto ibi. Da
boqꝫ tibi duas tabulas lapideas:et
legē ac mandata que scripsi: vt do
ceas filios isrl'. Surrexerūt moyses
et iosue minister eius: ascendensqꝫ
moyses in montē dei:senioꝛibꝫ ait
Expectate hic: donec reuertamur
ad vos. Habetis aaron ꝛ hur vobi
scū:si q̇d natū fuerit q̄stionis.refe-
retis ad eos. Cūqꝫ ascendisset moy
ses.operuit nubes montē:ꝛ hītauit
glīa dñi sup synay:tegens illū nu-
be sex diebꝫ Septimo aūt die voca
uit eū dñs de medio caligis. Erat
aūt spēs glīe dñi:quasi ignis ardēs
sup v̓ticē montis:ī cōspectu filioꝝ
isrl'. Jngressusqꝫ moyses mediū ne-
bule:ascendit in mōtē. Et fuit ibi
quadꝛagita diebꝫ:ꝛ quadꝛagita no
ctibꝫ. ℟. Tribulatiōes coꝛdis mei dila-
tate sunt de necessitatibꝫ meis eripe me
dñe. ℣. Vide huilitatē meā ꝛ laboꝛē meū ꝛ
dimitte oīa pctā mea. Oꝛatio.

D
euotionē ppli tui q̄s dñe be-
nignus intende:vt q̇ ꝑ absti
nentiā macerāt̄ ī coꝛpoꝛe: ꝑ fructū
boni operis reficiātur in mēte. P.

I
n diebꝫ ill'. Lc.libꝛi regū.iii.xix
Venit helyas ī bersabee iuda
et dimisit ibi puerū suū et ꝑrexit ī
desertū viā vni⁹ diei. Cūqꝫ venisset
et sederet subt̄ vnā iunipeꝝ:petiuit
aīe sue vt moꝛeretur et ait. Suffi-
cit michi dñe:tolle aīam meā. neqꝫ
enī melioꝛ sum q̄ patres mei. Pꝛo
iecitqꝫ se: et obdoꝛmiuit in vmbꝛa
iuniperi. Et ecce angelus dñi teti-
git eum:dixitqꝫ illi. Surge comede
Et respexit:et ecce ad caput suum
subcinericius panis et vas aque.
Comedit ergo et bibit:et rursū ob
doꝛmiuit. Reuersusqꝫ est angelus
dñi scd̄o et tetigit eum: dixitqꝫ illi.
Surge comede:grandis enim tibi
restat via. Qui cū surrexisset:come
dit et bibit. Et ambulauit in foꝛti
tudine cibi illius.quadꝛagita diebꝫ
et quadꝛagita noctibꝫ:vsqꝫ ad mō
tem dei oꝛeb. Tractus.

D
e necessitatibꝫ meis eripe me:dñe
vide huilitatem meā ꝛ laboꝛē me-
um et dimitte oīa pctā mea. ℣. Ad te dñe
leuaui aīam meā deus meus in te confi-
do nō erubescā neqꝫ irrideant me inimici
mei. ℣. Eteni vniuersi qui te expectant nō
confundentur. confundantur omnes fa-
cientes mala Scd̄m matheum. xii

I
n illo tp̄e:Accesserūt ad ihm̄
scribe ꝛ pharisei:dicētes. Ma
gister: volumus a te signū videre.
Qui rn̄dēs:ait illis Generatio⁹ ma
la et adultera signū q̄rit: et signū
nō dabit̄ ei:nisi signū ione ꝓphete.
Sicut enī fuit ionas ī ventre ceti
tribꝫ diebꝫ ꝛ tribꝫ noctibꝫ:sic erit fi
lius hoīs in coꝛde terre. tribꝫ diebꝫ
et tribus noctibꝫ. Viri niniuite sur

gent in iudicio cũ generatione ista et condennabũt eam: qꝛ penitentiã egerũt in predicatione ione. Et ecce plusq̃ ionas hic. Regina austri surget ĩ iudicio: cũ generatiõe ista: et condennabit eam: qꝛ venit a finibꝫ terre audire sapiẽtiam salomonis. Et ecce plusq̃ salomon hic. Cũ autem immundus spũs exierit ab hoĩe: ambulat per loca arida querens requiem et non inuenit. Tũc dicit. Reuertar in domum meam vnde exiui. Et veniẽs: inuenit eã vacantem scopis mundatã ⁊ ornatam. Tunc vadit et assumit septẽ alios spũs secum nequiores se: et intrantes habitant ibi. Et fiunt nouissima hoĩs illius: peiora prioribꝫ. Sic erit et generationi huic pessime. Adhuc eo loquente ad turbas: ecce mater eius et fratres stabãt foris: querentes loqui ei. Dixit autẽ ei quidã. Ecce mater tua ⁊ fratres tui foris stant: querentes te. At ipse rñdens: dicenti sibi ait. Que est mater mea: et qui sũt fratres mei? Et extendens manũ in discipulos suos: dixit. Ecce mater mea: ⁊ fratres mei. Quicũq; enĩ fecerit volũtatẽ patris mei qui ĩ celis est: ipse meus frater: et soror et mater est. Offer. Meditabor in mandatis tuis que dilexi valde et leuabo manus meas ad mandata tua que dilexi. Secreta.

Hostias tibi dñe placatiõis offerimus. vt et delicta nostra miseratus absoluas: et nutãtia corda tu dirigas. Per. Cõm. Intellige clamorem meũ intende voci orõnis mee rex meus et deus meus qm̃ ad te orabo dñe. Postcõ.

Tui dñe perceptione sacramenti: et a nr̃is mundemur occultis: et ab hostium liberemur insidiis. Per. Sup pplm.

Mentes nostras q̃s dñe lumine tue claritatis illustra: vt videre possimus que agenda sunt et que recta sũt agere valeamus. P.

Confessio et pulcri- Feria. v. tudo in conspectu eius sãctitas et magnificentia ĩ sanctificatione eius. ps. Cantate dño canticũ nouũ: cãtate dño ois terra. Orõ.

Omñs sempiẽne deus: qui nobis in obseruatione ieiunii ⁊ elemosinarꝫ semine posuisti nostrorũ remedia pctõꝝ concede nos ope mentis ⁊ corporis semp tibi esse deuotos. Per. Lcõ ezechielis pphẽ. xviii

In diebꝫ illis. Factus ẽ sermo dñi ad me dicens. Quid est qd inter vos parabolam vertitis ĩ prouerbiũ istud in terrã isrl': dicentes. Patres nostri comederũt vuã acerbam. et dentes filioꝝ obstupescunt. Viuo ego dicit dñs: si erit vobis parabola hec vltra in prouerbiũ in israel. Ecce oẽs anime mee sunt vt anima patris: ita ⁊ anima filii mea est. Anima que peccauerit ipsa morietᷣ. Et vir si fuerit iustus et fecerit iudiciũ et iusticiã in montibꝫ non comederit. et oculos suos nõ leuauerit ad ydola domus isrl': et vxorem proximi sui non violauerit. et ad mulierẽ mẽstruatã non

accesserit. et hoiem nō contristauerit. pign⁹ debitori reddiderit. p vim nichil rapuerit. panē suū esurienti dederit. ⁊ nudū operuerit vestimēto ad vsurā nō cōmodauerit. ⁊ amplius nō acceperit: ab iniquitate auerterit manū suā. iudiciū verū fecerit inter virū ⁊ virū. in pceptis meis ambulauerit: et iudicia mea custodierit vt faciat veritatē: hic iustus est: vita viuet: ait dñs deus. Quod si genuerit filiū latronē effundentē sanguinē. et defecerit vnū de istis ⁊ hec quidē oīa non facientē: nūquid viuet? Cū vniuersa detestanda hec fecerit. morte morietur: sanguis eius in ipso erit. Quod si genuerit filiū q̄ vidēs oīa pctā patris sui q̄ fecit: timuerit. ⁊ nō fecerit simile ei. iudicia mea fecerit: et in pceptis meis ambulauerit: hic nō morietur in iniquitate patris sui: sed vita viuet. Pater eius qui calūniā fecit fratri: et malū opatus est in medio ppli sui: ecce mortuus est in iniquitate sua. Et dicitis. Quare nō portabit filius iniquitatē patris sui. Videlicet qꝛ filius iudiciū et iusticiā operatus est. Oia precepta mea custodiuit et fecit ea: vita viuet. Ait dñs: omps. ℟ Custodi me dñe vt pupillā oculi sub vmbra alarū tuarū ptege me. ℣. De vultu tuo iudiciū meū pdeat oculi tui videant equitatem. Scdm iohannem. viii.

In illo t. Dicebat ihūs ad eos qui crediderūt ei ex iudeis. Si vos māseritis in sermone meo: vere discipuli mei eritis ⁊ cognoscetis veritatem: ⁊ veritas liberabit vos. Responderūt ei iudei. Semen abrahe sumus: ⁊ nemini seruiuimus vnq̄. Quō tu dicis quia liberi eritis? Respondit eis ihūs. Amē amē dico vobis: qꝛ oīs qui facit pctm̄: seruus est pcti. Seruus aūt nō manet in domo ineternū: filius aūt manet ineternū. Si ergo filius vos liberauerit: vere liberi eritis. Scio quia filii abrahe estis: sed q̄ritis me interficere qꝛ sermo meus nō capit in vobis. Ego qd̄ vidi apud patrē meum loquor: ⁊ vos que videtis apud patrē vestrū facitis. Rñderūt iudei: et dixerūt ei. Pater nr̄ abraham est. Dixit eis iesus Si filii abrahe essetis: opa abrahe faceretis. Nūc aūt queritis me interficere: hoiem qui veritatem locutus sum vobis quā audiui a deo. Hoc abrahā nō fecit: vos facitis opa patris vr̄i. Dixerūt ergo ei. Nos ex fornicatiōe nō sum⁹ nati: vnū prem habemus deū. Dicit ergo eis ihūs. Si deus pater vr̄ esset: diligeretis vtiq3 me. Ego enī ex deo processi et veni. Neq3 enī a meipso veni: s3 ille me misit. Quare loquelā meā nō cognoscitis? Qꝛ non potestis audire sermonē meū. Vos ex prē dyabolo estis: et desideria patris vr̄i vultis facere. Ille homicida erat ab inicio. ⁊ in veritate non stetit: qꝛ veritas non est in eo. Cū loquitur mendaciū ex suis ppriis loquitur: qꝛ mēdax est ⁊ pr̄ eius. Ego aūt qꝛ veritatē dico: nō creditis michi. Quis ex vobis arguet me de

peccato. Si veritatem dico: quare non creditis michi. Qui ex deo est: verba dei audit. Offer. Immittit angelum dns in circuitu timentiu eu et eripiet eos gustate et videte qm suauis est dns.

Sacrificia dne qs Secreta. propicius ista nos saluent: q medicinalibus sunt instituta ieiuniis. Per. Co. Panis quem ego dedero caro mea est pro seculi vita. Postcom.

Tuorum nos dne largitate donorum et tepōralibz attolle presidiis. et renoua sempiternis. Per.

Presta qs dne pplis Sup pplm cristianis et que profitentur agnoscere et celeste munus diligere quod frequentat. Per. Feria vi.

De necessitatibz meis eripe me dne vide huilitate meam et laborem meu et dimitte omnia pcta mea. ps. Ad te dne leuaui aiam meam: deus meus in te confido non erubescam. Oratio.

Esto dne propicius plebi tue: et qua tibi facis esse deuota benigno refoue miseratus auxilio Per dnm. Lco ezechielis pphe xviii

Hec dicit dns deus. Aia que peccauerit ipa morietur. Filius non portabit iiquitate patris: et pater no portabit iiquitatem filii. Justicia iusti super eu erit: et ipietas impii erit sup eum. Si autem impius egerit penitentia ab oibz peccatis suis q opatus est. et custodierit vniuersa pcepta mea: et fecerit iudiciu et iusticia. vita viuet et non morietur. Oim iiquitatu eius quas opatus est: non recordabor. In iusticia sua qua opatus est viuet. Nuquid volutatis mee est mors ipii dicit dns deus: et non couertat a viis suis et viuat: Si aut auerterit se iustus a via sua et fecerit iniquitate scdm oes abhoiationes quas opari solet ipius: nuquid viuet: Oes iusticie eius quas fecerat: no recordabunt. In puaricatione qua puaricatus est. et in pcto suo qd peccauit in ipsis morietur. Et dixistis Non est equa via dni. Audite dom⁹ isrl. Nuquid via mea no est equa. et no magis vie vre praue sunt. Cu eni auerterit se iustus a via sua: et fecerit iiquitates. morietur in eis. In iusticia sua qua opatus est morietur Et cu auerterit se ipius ab ipietate sua qua opatus est. et fecerit iudiciu et iusticia: ipse aiam sua viuificabit. Considerans eni et auertens se ab oibz iiqtatibz suis quas opatus est: vita viuet et non morietur. Dicit dns: omps. R. Saluu fac seruu tuu de⁹ meus spantem in te. V. Auribz pcipe dne oronem mea. Tractus. Dne non scdm peccata. Secundum iohannem. v.

In illo tpe: Erat dies festus iudeorum: et ascendit ihus ierosolima. Est aut ierosolimis pbatica piscina: q cognoiat hebraice bethsaida: quiqz porticus hns. In his iacebat multitudo magna languentiu cecorum. claudorum. aridorum. expectantiu aque motu. Angelus aut dni scdm tps descendebat in piscinam: et mouebatur aqua. Et qui prior descen

disset in piscinam post motionem aque: sanus fiebat a quacunqꝫ detinebatur infirmitate. Erat autē quidā homo ibi: triginta ⁊ octo annos habēs in infirmitate sua. Hūc cum vidisset ihūs iacentem ⁊ cognouisset qꝛ iam multū tempus haberet: dixit ei. Uis sanus fieri? Rñdit ei languidus. Dñe: hoīem non habeo. vt cū turbata fuerit aqua. mittat me in piscinam. Dū venio enī ego: alius ante me descendit. Dixit ei iesus. Surge tolle grabatū tuū: et ambula. Et statim sanus fctūs est homo: et sustulit grabatū suū ⁊ ambulabat. Erat aūt sabbatū in illo die. Dicebant ergo iudei: illi q̄ sanus fuerat. Sabbatum est: non licet tibi tollere grabatū tuū. Respondit eis. Qui me sanum fecit: ille michi dixit. tolle grabatum tuū et ambula. Interrogauerunt ergo eū. Quis est ille homo qui dixit tibi. tolle grabatū tuū ⁊ ambula. Is autē qui sanus fuerat effectus: nesciebat quis esset. Jhūs autem declinauit a turba cōstituta in loco. Postea inuenit eū iesus in templo: et dixit illi. Ecce sanus factus es: iā noli peccare. ne deterius tibi aliq̄d contingat. Abiit ille homo: et nūciauit iudeis: quia ihūs esset: qui fecit eum sanum. Off. Benedic anima mea dño et noli obliuisci omnes retributiones eius ⁊ renouabitur vt aquile iuuē tus tua. Secreta.

Suscipe q̄s dñe munera nostris oblata seruiciis: et tua propicius dona scīfica. Per d. Cōm. Erubescant et conturbētur omnes inimici mei auertantur retrorsum et erubescant valde velociter.

Postcōm. Per huius domine operationem misterii. et vicia nostra purgentur: et iusta desideria compleantur. Per. Sup pplm.

Exaudi nos misericors deus. et mentibus nostris gratie tue lumen ostende. P. Sabbato

Intret oratio mea in conspectu tuo inclina aurē tuam ad precem meam domine. ps. Dñe deus salutis mee: i die clamaui et nocte coram te. Glia. Orō.

Populum tuum domine quesumus propicius respice: atꝫ ab eo flagella tue iracundie clemēter auerte. Lcō libri deuteronomii. xxvi

In diebus illis. Locutus est moyses ad dñm dicens. Respice domine de sanctuario tuo: et de excelso celorum habitaculo. ⁊ benedic populo tuo israel: terrā quā dedisti nobis sicut iurasti patribus nostris. terram lacte ⁊ melle manātem. Audi isrl. Hodie dñs deus tuus precepit tibi: vt facias mandata eius atqꝫ iudicia: et custodias ex toto corde tuo. et ex tota aīa tua. Dñm elegisti hodie vt sit tibi deus et ambules in viis eius. et custodias cerimonias illius. ⁊ mādata atꝫ iudicia: ⁊ obedias eius imperio. Et dñs elegit te hodie: vt sis ei ppls peculiaris. sicut locutus est tibi: vt custodias oīa precepta eius: et faciat te excelsiorē cūctis gētibꝫ quas cre

auit in laudem et nomen glorie sue Et sis populus sanctus dñi dei tui sicut locutus est tibi. ℞. Propici⁹ esto dñe peccatis nostris nequando dicant gẽtes vbi est deus eorꝝ. ℣. Adiuua nos deus salutaris noster et propter honorem noīs tui dñe libera nos. Oratio.

Deus qui nos in tantis periculis constitutos pro humana scis fragilitate non posse subsistere da nobis salutem mentis et corporis. vt ea que pro peccatis nrīs patimur te adiuuante vincamus. Per

In diebꝫ Lc. libri deutonomii xi. illis. Dixit moyses filiis isrl. Si custodieritis mandata que ego precipio vobis: et feceritis ea. vt diligatis dñm deũ vrm̃: et ambuletis in oībꝫ viis eius adherentes ei: disperdet dñs omẽs gentes istas ante faciem vrãm. et possidebitis eas: que maiores ꝛ fortiores vobis sũt. Ois locus quẽ calcauerit pes vr̃: vester erit. A deserto et libano et flumine magno eufrate vsqꝫ ad mare occidẽtale: erũt termini vestri. Nullus stabit contra vos. Terrorẽ vrm̃ et formidinẽ dabit dñs deus vr̃: super omẽm terram quã calcaturi estis: sicut locutus est vobis: dñs deus vr̃ ℞. Protector noster aspice deus et respice sup seruos tuos. ℣. Dñe deus virtutũ exaudi preces seruorum tuorum. Orõ.

Protector nr̃ aspice deus. vt qui pctõꝝ nroꝝ põdere pmimur percepta mīa libera tibi mente famulemur. P. Lc. libri machabeoꝝ. ii. i

In diebꝫ illis. Orõnem faciebãt sacerdotes dũ offerrent sacrificiũ pro populo israel. ionatha inchoante: ceteris aũt respondentibꝫ ꝛ dicentibꝫ. Benefaciat vobis deus ꝛ meminerit testamẽti sui qd ad abraham et ysaac et iacob locutus est seruorũ suoꝝ fidelium. Et det vobis cor oībꝫ vt colatis eum et faciatis eius volũtatem. Adaperiat cor vrm̃ in lege sua. et in preceptis suis: et faciat pacẽ. Exaudiat dñs orõnes vestras ꝛ reconcilietur vobis: nec vos deserat in tpe malo: dñs deus vr̃. ℞. Dirigat orõ mea sicut incensum i conspectu tuo dñe. ℣. Eleuatio manuũ mearum sacrificiũ vespertinum. Orõ.

Adesto quesumus dñe supplicationibus nostris: vt esse te largiẽte mereamur et inter prospera humiles et inter aduersa securi Per. Lcõ libri sapientie. xxxvi.

Miserere nostri deus oīm et respice nos: et ostende nobis lucem miserationũ tuarum. Et immitte timorem tuum super gentes que non exquisierunt te. et cognoscant quia non est deus nisi tu: vt enarrẽt magnalia tua. Alleua manum tuam sup gentes alienas: vt videant potentiam tuã. Sicut enĩ in conspectu eorũ sanctificatus es in nobis: sic i conspectu nostro magnificaberis i illis. vt cognoscãt te sicut et nos cognouimus. qm̃ nõ est deus preter te dñe. Innoua signa et imuta mirabilia. Glorifica manum: et brachium dextrum. Excita furorẽ: et effunde iram. Extolle

aduersarium: et affige inimicum. Festina tempus: et memento finis. Ut enarrent mirabilia tua domine deus noster. R. Saluum fac populum tuum dñe et benedic hereditati tue. V. Ad te dñe clamaui deus meus ne sileas a me et ero similis descendentibus in lacum. Oratio

Preces ppli tui qs dñe clementer exaudi vt qui iuste pro peccatis nostris affligimur pro tui nois gloria misericorditer liberemur. Per

Lectio danielis prophete iii.

In diebus illis: Angelus dñi descendit cum azaria et sociis eius in fornacem: et excussit flammam ignis de fornace: et fecit medium fornacis quasi ventum roris flantem. Flamma autem diffusa est super fornacem cubitis quadraginta nouem: et incendit quos repperit iuxta fornacem de caldeis ministros regis: qui eam incendebant. Illos autem oino non tetigit ignis neque contristauit: nec quicquam molestie intulit. Tunc hi tres quasi ex vno ore hymnum dicebant et magnificabant deum in fornace dicentes. Tractus. Benedictus es dñe. Que in sabbato ante natiuitatem dñi. Oratio.

Deus qui tribus pueris mitigasti flammas ignium: concede propicius: vt nos famulos tuos non exurat flamma viciorum. Per dominum.

Ad thessalonicenses. i. quinto.

Fratres: Rogamus vos: corripite inquietos: consolamini pusillanimes: suscipite infirmos: pacientes estote ad omnes. Uidete ne quis malum pro malo alicui reddat sed semper quod bonum est sectamini inuicem et in omnes. Semper gaudete. Sine intermissione orate: in omnibus gratias agite. Hec est enim voluntas dei in cristo iesu in omnibus vobis. Spiritum nolite extinguere: prophetias nolite spernere. Omnia autem probate: quod bonum est tenete: ab omni specie mala abstinete vos. Ipse autem deus pacis sanctificet vos per omnia vt integer spiritus vester et anima et corpus sine querela in die aduentus dñi nostri iesu cristi seruetur. Tractus.

Laudate dominum omnes gentes et collaudate eum omnes populi. V. Quoniam confirmata est super nos misericordia eius et veritas domini manet in eternum. Secundum matheum. xvii.

In illo tpe: Assumpsit iesus petrum et iacobum et iohannem fratrem eius: et duxit illos in montem excelsum seorsum: et transfiguratus est ante eos. Et resplenduit facies eius sicut sol: vestimenta autem eius facta sunt alba sicut nix. Et ecce apparuit illis moyses et helyas: cum eo loquentes. Respondens autem petrus dixit ad iesum. Dñe bonum est nos hic esse. Si vis faciamus hic tria tabernacula. Tibi vnum: moysi vnum: et helye vnum. Adhuc eo loquente: ecce nubes lucida obumbrauit eos. Et ecce vox de nube dicens. Hic est filius meus dilectus: in quo michi bene complacui ipsum audite. Et audientes discipuli: ceciderunt in facies suas: et timuerunt valde. Et accessit iesus et tetigit

eos. dixitq; eis. Surgite nolite timere. Leuãtes autem oculos suos neminẽ viderũt nisi solũ iesũ. Et descẽdẽtib; illis de mõte: pcepit ies⁹ dicẽs Nemini dixeritis visionẽ: donec filius hoĩs: a mortuis resurgat. Offr᷑. Dñe deus salutis mee i die clamaui et nocte corã te itret orõ mea i cõspectu tuo dñe. Secreta.

Presentib; sacrificiis dñe ieiunia nrã sãctifica: vt qd̃ obseruãtia nrã pfitet᷑ extrĩsecus: iterius operet᷑. p. Cõm. Dñe deus meus i te spaui libera me ab oĩb; p.sequẽtib; me et eripe me. Postcõm

Sanctificationib; tuis q̃s oĩps deus: ⁊ vicia nrã curẽt᷑ ⁊ remedia nobis etna pueniãt. Sup ppl᷑m

Actiones nrãs q̃s dñe aspirãdo pueni ⁊ adiuuãdo psequere: vt cũcta nrã operatio et orõ a te sẽper incipiat ⁊ p te cepta finiat᷑. p d̃.

Reminiscẽ mi Dñica secũda pl. serationũ tuarũ dñe et mie tue q̃ a scl'o sũt ne ũq̃ dominent᷑ nobis inimici nri libera nos de⁹ israel ex oĩbus ãgustiis nrĩs. ps. Ad te dñe leuaui aiam meã: deus meus i te cõfido nõ erubescã Orõ.

Deus qui cõspicis omĩ nos virtute destitui interius exteriusq; custodi vt ab oĩbus aduersitatib; muniamur i corpore ⁊ a prauis cogitationibus mũdemur i mente. Ad thessa lonicẽses. i. iiii.

Fratres roga mus vos et obsecram⁹ i dño iesu: vt queãdmodũ accepistis a nobis quomõ vos oporteat ambulare et placere deo: sic et ambuletis vt abundetis magis Scitis eni; que precepta dederi vobis: per dñm iesũ Hec est eni voluntas dei sanctificatio vestra: vt abstineatis vos a fornicatiõe vt sciat vnusquisq; vestrũ suũ vas possidere i sctificatione et honore. Nõ i passione desiderii: sicut et gentes que ignorant deum Et ne quis supgrediatur neq; circũueniat i negocio fratrẽ suum qm̃ vindex est dñs de his oĩbus sicut prediximus⁹ vobis et testificati sumus nõ ei vocauit nos. deus i imũdiciã sed in sanctificationẽ In xp̃o iesu dño nostro. Tractus.

De necessitatibus meis eripe me domie vide huilitatẽ meã et labore; meum et dimitte oĩa peccata mea. ℣. Ad te dñe leuaui aiam meã deus meus i te cõfido non erubescã neq; irrideant me inimici mei. ℣. Etei vniuersi qui te expectãt non cõfũdentur cõfũdantur omnes faciẽtes mala. Tract⁹.

Confitemini dño qm̃ bonus qm̃ in seculũ mia eius. ℣. Quis loquetur potentias dñi auditas faciet omnes laudes eius. ℣. Beati qui custodiũt iudiciũ et faciunt iusticiã in omni tp̃e ℣. Memẽto nostri dñe in bene placito tuo Secundum matheũ. xv.

In illo tp̃e: Egressus iesus secessit in partes tyri et sydonis Et ecce mulier chananea a finibus illis egressa: clamabat dicẽs ei Miserere mei dñe fili dauid: filia mea male a demonio vexat᷑. Qui nõ respõdit ei verbũ Et accedẽtes discipuli eius: rogabant eũ dicẽtes. Dimitte eam. q: clamat post nos

Ipse aūt respondens ait Non sū missus. nisi ad oves que perierunt domus israel At illa venit: et adora vit eum dicens. Domine adiuva me Qui respōdens ait Non est bonum sumere panē filioꝝ: et mittere canibus Ad illa dixit. Etiā dn̄e Nam et catelli edūt de micis que cadunt de mēsa dn̄oꝝ suoꝝ Tunc respōdens iesus: ait illi. O mulier magna est fides tua: fiat tibi sicut vis Et sanata est filia eius: ex illa hora. Offꝝ. Meditabor in mandatis tuis que dilexi valde et levabo manus meas ad mandata tua que dilexi. Secreta.

Sacrificiis presētibus domine qs placatus intēde: vt et devotioni nrē pficiant et saluti. p.
Cōm. Intellige clamorē meū intēde voci orationis mee rex meus et deus me⁹ qm̄ ad te orabo domine. Postcōm.

Supplices te rogamus omps deus: vt quos tuis reficis sacramētis tibi etiā placitis moribꝫ dignāter deservire cōcedas. Per dominū

Feria secunda. Introitus

Redime me dn̄e ꝛ miserē mei pes eni me⁹ stetit i via recta in ecclesiis benedicā dn̄m ps. Iudica me dn̄e qm̄ ego i innocētia mea ingress⁹ sū et i dn̄o sperans nō infirmabor. Orō.

Presta qs omps deus: vt familia tua q̄ se affligēdo carne ab alimētis abstinet sectādo iustitiā a culpa ieiunet Per dominum

Lectio danielis prophete. ix.

In diebꝫ illis. Oravit daniel dicens Dn̄e deus noster qui eduxisti ppl'm tuū de terra egipti i manu forti: ꝛ fecisti tibi nomē scd̄ʒ diē hanc: peccavim⁹ iniquitatē fecimus i oēm iustitiā tuā dn̄e. Avertatur obsecro ira tua ꝛ furor tuus a civitate tua ihrl'm ꝛ a mōte sācto tuo. Propter peccata eni nrā et iniq̄tates patrū nroꝝ: iherusalē ꝛ ppl's tuus in opprobriū sunt oībus p circuitū nr̄m. Nūc ergo exaudi deus noster oratōnē servi tui ꝛ preces ei⁹ ꝛ ostēde faciē tuā sup sāctuariū tuū quod desertū est. Propt̄ temetipsū inclina deus me⁹ aurē tuā ꝛ audi aperi oculos tuos ꝛ vide desolationē nrām et civitatē sup quā invocatū est nomē tuū Neqꝫ eni i iustificationibꝫ nrīs psternimus preces ante faciē tuā: sed i miserationibꝫ tuis multis. Exaudi dn̄e placare dn̄e attende et fac Ne moreris ppter temetipsū deus me⁹: qr nomē tuū invocatū est sup civitatē ꝛ super ppl'm tuū: dn̄e de⁹ nr̄. R. Adiutor meus et liberator me⁹ esto dn̄e ne tardaveris. V. Cōfūdantur ꝛ revereantur inimici mei qui querūt aīam meā. Scd̄m Iohannem. viii.

In illo tp̄e: Dixit ies⁹ turbis iudeoꝝ Ego vado ꝛ q̄ritis me: ꝛ i pctō vrō moriemini. Quo ego vado vos nō potestis venire Dicebāt ergo iudei Nū q̄d inficiet semetipsū: qr dicit quo ego vado vos non potestis venire: Et dicebat eis Vos de deorsū estis ego de superius sū Vos de mundo hoc estis: ego non sū de hoc mundo Dixi ergo vobis: qr moriemini in

peccato vestro. Si eni non credideritis q2 ego sum moriemini in peccato vestro Dicebant ergo ei. Tu qs es: Dixit eis iesus. Principiū: q3 z loquor vobis Multa habeo de vobis loqui et iudicare sed qui misit me verax est: et ego que audiui ab eo hec loquor in mūdo. Et non cognouerūt: q2 de prē eis dicebat Dixit ergo eis iesus. Cū exaltaueritis filiū hoīs tunc cognoscetis q2 ego sū: et a me ipso facio nichil: sed sicut docuit me pater hec loquor Et qui me misit mecum est: et nō reliquit me solum Quia ego que placita sūt ei: facio semper: Offer. Benedicam dominū q3 michi tribuit itellectū prouidebā deū i cōspectu meo sēper qm̄ a dextris est michi ne cōmouear Secreta

H ec hostia dn̄e placatiōis et laudis: tua nos ppiciatione dignos efficiat Per. Cōm. Dn̄e dn̄s noster q3 admirabile est nomen tuū i vniuersa terra. Postcōm.

P ercepta dn̄e sancta nos adiuuent te suis nos repleant institutis Per. Super pplm

A desto supplicatio nib9 nostris omnipotens deus et quibus fiduciā sperande pietatis indulges cōsuete mīe tribue benignus effectū Per d. Feria iii.

T ibi dixit cor meum quesiui vultū tuū vultū tuū3 dn̄e requirā ne auertas faciē tuam a me ps. Dn̄s illuminatio mea z salus mea quē timebo Oratio

P erfice q̄s dn̄e benign9 i nobis obseruātie scē subsidiū: vt q̄ te auctore facienda cognouim9 te operāte ipleam9 p Lectio libri regū. iii. xvii.

I n diebus illis: Factus est sermo dn̄i ad helyā thesbitem dicens. Surge et vade i sareptam sydoniorū et manebis ibi. Precepi eni ibi mulieri vidue: vt pascat te Surrexit: z abiit in sareptā. Cūq3 venisset ad portam ciuitatis: apparuit ei mulier vidua colligēs ligna Et vocauit eam: dixitq3 ei Da michi paululū aque i vase: vt bibam. Cūq3 illa pergeret vt afferret clamauit post tergū eius dicens Affer michi obsecro et bucellam panis i manu tua. Que respondit. Viuit dn̄s de9 tuu9: q2 nō habeo panē: nisi quātū pugillus capere potest farine i ydria et paululū olei in lechito En colligo duo ligna: vt ingrediar et faciam illud michi et filio meo vt comedamus et moriamur Ad quē helyas ait Noli timere: sed vade et fac sicut dixisti veruntamē michi primū fac de ipsa farinula subcinericiū panē puulū: z affer ad me Tibi aūt et filio tuo facies postea Hec aūt dicit dn̄s de9 israel ydria farine non deficiet: nec lechitus olei minuet̄ vsq3 ad diē i qua datur9 est dn̄s pluuiā sup faciē terre. Que abiit et fecit iuxta verbū helye et comedit ipse z illa: et dom9 ei9 tota. Et ex illa die ydria farine nō defecit z lechit9 olei nō ē iminut9 Iuxta verbū dn̄i quod locutus fuerat in manu helye R. Iacta cogitatū tuū in dn̄o et ipse te enutriet. V. Dum

clamarē ad dñm exaudiuit vocē meā ab
his q̄ appropiquāt michi. Secundū ma
In illo tp̄e: Locu (theū.xxiii.
tus est iesus ad turbas ⁊ ad
discipulos suos dicens Super ca-
thedram moysi: sederunt scribe et
pharisei Oia quecūqꝫ dixerint vo
bis seruate et facite Secūdū vero
opera eoꝝ nolite facere Dicūt enī
et non faciunt Alligant enī onera
grauia et importabilia: ⁊ imponūt
ī humeros hominū. digito aūt suo
nolunt ea mouere Oia vero opera
sua faciunt vt videantur ab hoībꝫ
Dilatant enim philatheria sua: et
magnificant fimbrias suas Amāt
enī primos recubitus ī cenis et pri
mas cathedras ī synagogis et salu
tationes in foro et vocari ab homi
nibus rabbi. Vos autē nolite voca
ri rabbi Vnus est enī magister ve
ster. Oēs aūt vos fratres estis Et
patrē nolite vocare vobis sup ter
ram. Vnus est enī pater vester q̄ in
celis est Nec vocemini magistri: q2
magister vester ē vnꝰ xp̄s. Qui ma
ior est vestrum: erit minister vester
Qui autē se exaltauerit humilia-
bitur: et qui se huiliauerit exaltabi
tur. Offr̄. Miserere michi dñe scd̄m ma
gnā miam tuam dele dñe iniquitatē meā
Sctificatõnē tuā ī Secreta
nobis dñe his misteriis pla
catꝰ operare que nos et a terenis
purget viciis: et ad celestia dona p̄
ducat. Per. Cōm. Narrabo omnia mi-
rabilia tua letabor ⁊ exultabo ī te psallā
nomini tuo altissime. Postcōm.

Vt sacris dñe reddamur di-
gni muneribꝫ: fac nos q̄s
tuis obedire mandatis. Per Sup
Propiciare dñe sup pplm.
plicationibꝫ nostris ⁊ aīaꝝ
nostrarū medere langoribꝫ: vt re-
missione p̄cepta de tua semp bene
dictione letemur p̄. Feria quarta
Ne derelinquas me dñe deꝰ meꝰ
ne discedas a me itēde ī adiu
toriū meū dñe virtus salutis
mee. ps. Dñe ne ī furore tuo arguas me
neqꝫ in ira tua corripias me Oratio.
Populū tuum dñe propicius
respice et quos ab escis car
nalibus precipis abstinere a noxi
is quoqꝫ viciis cessare concede. Per
Lectio libri hester. xiii.
In diebꝫ illis Orauit hester
ad dñm dicens Dñe deus
rex ops indicione tua cūcta sūt po
sita ⁊ non est qui possit resistere vo
luntati tue Si decreueris saluare
nos continuo liberabimur Tu eī
dñe fecisti celum et terram: et quic
quit celi ambitu continetur. Tu
es dñs oīm: ⁊ non ē qui resistat ma
iestati tue Et nunc domine rex re
gū deus abraham miserere populo
tuo: q2 volunt nos inimici nrī pde-
re: et hereditatē tuā delere Ne despi
cias partē tuā quā redemisti tibi de
egipto: sed exaudi dep̄cationē meā
⁊ ppiciꝰ esto sorti ⁊ funiclo hēditatis
tue Et ꝯuerte luctū nrm̄ ī gaudiū
vt viuētes laudemꝰ nomē tuū. ⁊ ne
claudas ora canētiū te dñe deꝰ nr̄. R̷
Saluū fac pplꝫ tuū dñe ⁊ bñdic hēditati

tue. ℣. Ad te dñe clamaui deus meus ne
sileas a me et ero similis descendentibus i
lacum. Secundum matheum xx.
In illo tpe: Ascēdens iesus ie-
rosolimam: assūpsit duodeci
discipulos suos secreto et ait illis.
Ecce ascendimus iherosolimā ꝛ fi
lius hominis tradetur principibꝫ
sacerdotū ꝛ scribis: et cōdēnabūteū
morte. Et tradēt eū gētibꝫ ad illu-
dēdū: ꝛ flagellādū ꝛ crucifigēdū. et
tcia die resurget. Tūc accessit ad
eū mater filiorū zebedei cū filiis su
is adorās ꝛ petēs aliqd ab eo Qui di
xit ei Quid vis: Ait illi. Dic vt se-
deant hi duo filii mei vnꝰ ad dexte
ram tuam et alius ad sinistrā tu-
am in regno tuo. Respondens aūt
iesus: dixit Nescitis qd petatis Po
testis bibere calicē quem ego bibi-
turus sum: Dicunt ei: Possumus
Ait illis. Calicem quidē meum bi
betis: sedere autem ad dexterā me-
am ꝛ ad sinistrā nō est meū dare vo
bis sed quibus paratū est a patre
meo Et audientes decem: idigna-
ti sunt de duobus fratribus Jesus
autē vocauit eos ad se: et ait illis.
Scitis qꝛ pricipes gentiū dominā-
tur eorū ꝛ qui maiores sūt potesta
tem exercent i eos Non ita erit in
ter vos. Sed quicunqꝫ voluerit in
ter vos maior fieri: sit vester mister
Et qui voluerit inter vos primus
esse: erit vester seruus Sicut filius
hominis non venit ministrari: sed
ministrare Et dare animam suā
redemptōnē pro multis. Offꝫ. Ad te
domine leuaui animam meā deus meus
inte confido non erubescā neqꝫ irrideant
me inimici mei eteni vniuersi qui te expe
ctant non confundentur. Secreta.
Hostias dñe quas tibi offeri-
mus ꝓpicius respice: et per
hec sancta cōmercia vincula pctō-
rū nostroꝝ absolue. Per. Cōm. Iu-
stus dñs et iustitias dilexit equitatē vidit
Sūptis (vultus eius. Postcōm.
dñe sacramētis ad redēptio
nis etne qs pficiamꝰ augmētū. Su
Deus innocentie re ꝑ pplm
stitutor et amator: dirige ad
te tuoruꝫ corda seruorū vt spūs tui
feruore concepto et i fide inuenian
tur stabiles ꝛ i opere efficaces. Per
Deus in adiu (Feria quita:
toriū meū intēde dñe ad ad
iuuādū me festina cōfūdāt
et reuereant inimici mei q querūt
aiam meā. ps. Auertantur retrorsū et
cōfūdant cogitantes michi mala Orō.
Presta nobis domine qs auxi
liū gratie tue: vt ieiuniis et
orationibꝰ cōuenienter nitenti libe
remur ab hostibꝫ mētis ꝛ corporis
Per. Lectio iheremie prophete. xvii.
Hec dixit dñs Maledictus ho
mo q fidit i hoie: ꝛ ponit car
nē brachiū suū: et a dño recedit cor
eiꝰ. Erit enim quasi mirice i deser-
to: et nō videbit cū venerit bonū: sꝫ
hītabit i siccitate i deserto i tra salsu
ginis ꝛ inhabitabili. Bndictꝰ vir q
ɔfidit i dño: et erit dñs fiducia eiꝰ. et
erit tāq lignū qd trāsplātat sup a
quas qd ad humorē mittit radices

suas et non timebit cum venerit estus. Et erit folium eius viride: et in tempore siccitatis non erit sollicitum nec aliquando desinet facere fructum. Prauum est cor hominis et inscrutabile. Quis cognoscet illud: Ego dominus scrutans corda et probans renes: qui do vnicuiq; iuxta viā suam et iuxta fructū adinuentionū suarū Ait dñs omnipotens ℟. Propicius esto dñe peccatis nostris neqñ dicant gentes vbi est deus eorum. ℣. Adiuua nos deus salutaris noster et propter gliam nois tui dñe libera nos Scdm (iohannē. v.

In illo tpe: Dixit iesus turbis iudeorum Nō possū ego a me ipso facere quicquam sed sicut audio iudico et iudiciū meū verum est. Qr non quero voluntatē meā: sed voluntatē eius qui misit me. Si ego testimoniū perhibeo de me: testimonium meum non est verum. Alius est qui testimoniū phibet de me: et scio qr verū est testimoniū eius qd testificatur de me. Vos misistis ad iohānē: et ille testimonium perhibuit veritati Ego aūt nō ab hoīe testimoniū accipio: sed hec dico vt vos salui sitis. Ille erat lucerna ardens et lucens Vos aūt voluistis exultare ad horā ī luce ei9 Ego aūt habeo testioniū mai9 iohē Opera enī q̄ dedit michi pr̄ vt pficiā ea: ipsa opa q̄ ego facio testioniū phibēt de me qr pater me misit Et qui me misit pater: ipse testimoniū phibet de me. Neq; vocē ei9 vnq̄ audistis: neq; speciē eius vidistis. Et verbū ei9 nō habetis ī vobis manēs: qr quē misit ille huic vos non creditis Scrutamini scripturas ī quib; putatis vos vitam eternā habere: et ille sūt q̄ testimoniū phibēt de me Et nō vultis venire ad me vt vitā habeatis. Claritatē ab hominib; non accipio sed cognoui vos qr dilectionē dei non habetis ī nobismet ipsis Ego veni ī noīe patris mei: et non accepistis me si alius venerit ī noīe suo: illū accipietis. Quomodo potestis vos credere qui gloriā abinuicē accipitis et gloriā que a solo deo est nō q̄ritis: Nolite putare qr ego accusatur9 sim vos apud patrē. Est q̇ vos accusat: moyses ī quo vos speratis Si enī crederetis moysi: crederetis vtiq; et michi De me enī ille scripsit si aūt illi9 litteris nō creditis: quomodo verbis meis credetis.

Offertorium. Precatus est moyses ī conspectu dñi dei sui et dixit precatus est moyses in conspectu dñi dei sui et dixit quare dñe irasceris ī populo tuo parce ire animę tue memento abrahā ysaac et iacob quibus iurasti dare terram fluentē lac et mel placatus factus est dñs de malignitate quam dixit facere populo suo. Secre(ta.

Presenti sacrificio nomini tuo nos domine ieiunia dicata sanctificent: vt quod obseruantia nostra profitetur exterius interius operetur effectus. Per

Cōm. Qui manducat carnem meam et bibit meum sanguinem in me manet et ego in eum dicit dominus. Postcōm.

Gratia tua nos quesum⁹ domine non derelinquat que et sacre nos deditos faciat seruituti et tuā nobis opē semp acquirat Adesto dñe Per. Super ppl'z. famulis tuis: et perpetuā benignitatē largire poscentib; vt his qui te auctorē ꝛ gubernatorē habere gloriātur et cōgregata restaures ꝛ restaurata conserues. Per. Feria. vi. Ego aūt cū iusticia apparebo ī cōspectu tuo saciabor dū manifestabitur gloria tua. ps. Exaudi dñe iusticiā meā intende deprecationē meam. Oratio. Da quesumus oꝑs deus: vt sacro nos purificante ieiunio sinceris mentibus ad sācta vētura facias peruenire. Per. Lectio genesis. xxxvii. Dixit ioseph fratribus suis. Audite somniū meū quod vidi Putabā ligare nos manipulos in agro: et quasi cōsurgere manipulū meū et stare Vrōsq; manipulos circumstantes adorare manipulū meū. Responderunt frēs eius Nunquid rex noster eris aut subiiciemur diciōi tue: Hec ergo causa sōnioꝝ atq; sermonū: inuidie et odii fomitē ministrauit Aliud quoq; vidi somniū: quod narrans fratribus ait Vidi p sōniū quasi solem et lunā et stellas vndeci: adorare me. Quod cū patri suo et fratribus retulisset: increpauit eū pr̄ ꝛ dixit Quid sibi vult hoc somniū qd̄ vidisti: Nunquid ego ꝛ mater tua et fratres tui adorabimus te super terram: Inuidebant igitur ei fratres sui: pater vero rē tacitus cōsiderabat Cumq; fratres illius ī pascendis gregibus patris sui morarentur in sichem: dixit ad eū israel Fratres tui pascunt oues in sichimis: veni mittam te ad eos Quo respondēte presto sū: ait Vade ꝛ vide si cūcta prospera sint erga fratres tuos et pecora: et renūcia michi qd̄ agatur Miss⁹ de valle ebrō: venit ī sichem Inuenitq; eū vir errantē in agro: ꝛ interrogauit eum quid quereret At ille respōdit. Fratres meos quero: indica michi vbi pascant greges. Dixitq; ei vir Recesserunt de loco isto: audiui eos dicētes eam⁹ ī dothaym Perrexit ergo ioseph post fratres suos. et inuenit eos in dothaym Qui cū vidissēt eum procul anteq̄ accederet ad eos cogitauerunt illum occidere: et mutuo loquebātur. Ecce somniator venit: venite occidamus eum ꝛ mittamus ī cysternā veterem dicemusq; fera pessima deuorauit euz Et tūc apparebit quid illi prosint somnia sua Audiens autē hec rubē nitebatur liberare eū de manibus eoꝝ: ꝛ dicebat Nō interficiam⁹ aīam ei⁹ nec effūdam⁹ sāguinē sed pricite eū ī cysternam hanc q̄ est ī solitudine: manusq; vestras seruate innoxias. Hoc aūt dicebat volēs eripere eū de manibus eoꝝ: ꝛ redderet patri suo. ℟. Ad dñm cū tribularer clamaui et exaudiuit me. ℣. Domie libera animā meam a labiis iniquis et a lin

gua dolosa. Tractus. Dñe non scdm.

In illo tpe: Scdm matheū. xxi

Dixit ihūs discipulis suis et turbis iudeorū. Homo erat paterfamilias qui plantauit vineam et sepem circundedit ei et fodit ī ea torcular: et edificauit turrim. et locauit eam agricolis: et peregre profectus est. Cum aūt tempus fructuum appropinquasset: misit seruos suos ad agricolas. vt acciperēt fructus eius. Et agricole apprehensis seruis eius: aliū occiderūt aliū ceciderunt aliū vero lapidauerūt. Iterū vero misit alios seruos plures prioribus: et fecerūt illis similiter. Nouissime autē: misit ad eos filiū suū dicens. Verebuntur filiū meū. Agricole autem videntes filiū: dixerunt intra se. Hic est heres: venite occidamus eū et habebimus hereditatem eius. Et apphensum eū eiecerūt extra vineam ⁊ occiderūt. Cū ergo venerit dñs vinee. quid faciet agricolis illis. Aiūt illi. Malos male perdet: et vineam suā locabit aliis agricolis. qui reddēt ei fructū tēporibꝫ suis. Dixit illis ihūs. Nū ꝗ legistis ī scripturis. lapidē quem reprobauerūt edificantes: hic fctūs est in caput anguli. A dño factum est istud et est mirabile ī oculis nostris. Ideo dico vobis. quia auferetur a vobis regnum dei: ⁊ dabitur genti facienti fructus eius. Et qui ceciderit sup lapidem istū: confringetur. Sup quem vero ceciderit: cōteret eū. Et cū audissent principes sacerdotum et pharisei parabolas eius: cognouerūt ꝙ de ipsis diceret. Et querentes eū tenere: timuerūt turbas: quia sicut prophetam eum habebant. Offr. Dñe in auxiliū meum respice confundātur ⁊ reuereantur qui q̄runt aīam meā vt auferant eā. Secreta

Hec in nobis sacrificia deus. et actione ꝑmaneant et operatione firmentur. Per. Cōm. Tu dñe seruabis nos ⁊ custodies nos a generatione hac ineternum. Postcōm.

Fac nos q̄s domīe accepto pignore salutis eterne. sic tendere congruenter: vt ad eam peruenire possimus. Per. Sup pplm.

Da q̄s dñe pplo tuo salutē mētis et corporis: vt bonis operibꝫ inherendo tue semper virtutis mereatur protectione defendi. Per

Lex dñi irrepre Sabbato. hensibilis cōuertēs animas testimoniū dñi fidele sapientiam prestans paruulis ps. Celi enarrant gliam dei: et opera manuum eius annūciat firmamētū. Orō.

Da q̄s dñe nris effectū ieiuniis salutarem. vt castigatio carnis assumpta. ad nrarū vegetationem transeat aīarum. Per dñm.

In diebꝫ ill. Lc. lib. genesis. xxvii

Dixit rebecca filio suo iacob Audiui patrem tuū loquentē cum esau fratre tuo. et dicentē ei. Affer michi de venatione tua ⁊ fac cibos vt comedam et benedicam tibi corā dño anꝗ̄ moriar. Nūc ergo fili mi acquiesce consiliis meis: et per-

gens ad gregem affer michi duos hedos optimos: vt faciã ex eis escas patri tuo quib; libenter vescitur. Quas cũ intuleris & comederit benedicat tibi priusq̃ moriatur. Cui ille respondit. Nosti q̃ esau frater meus homo pilosus sit & ego lenis: Si attrectauerit me pater meus & senserit: timeo ne putet sibi voluisse illudere: et inducat sup me maledictionẽ p benedictione. Ad quem mater In me sit ait ista maledictio fili mi: tantũ audi vocem meã et pgens ad gregẽ. affer que dixi. Abiit et attulit: deditq; matri. Parauit illa cibos sicut nouerat velle patrẽ illius: et vestib; esau valde bonis quas apud se habebat domi induit eũ: pelliculasq; hedorum circũdedit manib;. et colli nuda protexit. Deditq; pulmentũ: et panes quos coxerat tradidit. Quib; illatis. dixit. Pater mi. At ille respondit. Audio. Quis es tu fili mi: Dixitq; iacob. Ego sum esau primogenitus tuus: feci sicut pcepisti michi. Surge sede & comede de venatione mea vt benedicat michi aĩa tua. Rursũ ysaac ad filiũ suũ. Quomõ inquit tã cito ĩuenire potuisti fili mi: Qui rñdit. Volũtas dei fuit vt cito michi occurreret qđ volebã. Dixitq; illi ysaac. Accede huc vt tangam te fili mi: et probem vtrũ tu sis filius meus esau. an non. Accessit ille ad patrem: et palpato eo. dixit ysaac. Vox quidem vox iacob est: sed manus. manus sunt esau. Et non cognouit eum: q: pilose manus similitudinẽ maioris expresserant. Benedicens ergo illi ait. Tu es filius meus esau: Rñdit ego sum. At ille Affer iq̃t michi cibos de venatione tua fili mi: vt bñdicat tibi aĩa mea Quos cum oblatos comedisset: obtulit etiam vinũ. Quo hausto: dixit ad eum. Accede ad me: et da michi osculum fili mi: Accessit et osculatus est eũ. Statimq; vt sensit vestimentoꝝ illius fragrantiam. bñdicẽs ait. Ecce odor filii mei sicut odor agri pleni: cui benedixit dñs Det tibi deus de rore celi et de pinguedine terre abundantiã. frumenti vini et olei: et seruiant tibi populi et adorent te trib;. Esto dñs fratrũ tuoꝝ: et incuruentur ante te filii matris tue. Qui maledixerit tibi. sit ille maledictus: et qui benedixerit tibi benedictionib; repleatur Vix ysaac sermonẽ impleuerat: et egresso iacob foras: venit esau. Coctosq; de venatione cibos: intulit patri dicens. Surge pater mi. et comede de venatione filii tui: vt benedicat michi anima tua. Dixitq; illi ysaac. Quis es tu: Qui respõdit Ego sum filius tuus primogenitus esau. Expauit ysaac. stupore vehemẽti: et vltra q̃ credi potest admirãs ait. Quis igitur ille est qui dudum captam venationem attulit michi et comedi ex omnibus priusq̃ tu veires: Benedixiq; ei et erit benedictus. Auditis esau sermonibus patris. irruit clamore magno:

et consternatus ait. Benedic etiam et michi: pater mi. Qui ait. Venit germanus tuus fraudulēter: et accepit benedictionem tuam. At ille subiunxit. Juste vocatū est nomen eius iacob: supplantauit enim me en altera vice. Primogenita mea ante tulit: et nunc secundo subripuit benedictionem meā. Rursum qꝫ ad patrem. Nunquid non reseruasti ait. et michi benedictionem? Respondit ysaac. Dn̄m tuum illū constitui: ꝛ omnes fratres eius seruituti illius subiugaui frumento quoqꝫ et vino et oleo stabiliui eū: et tibi post hec fili mi vltra quid faciam? Cui esau ait. Non vnam inquit tantū benedictionē habes pater? Michi quoqꝫ obsecro. vt benedicas. Cumqꝫ eiulatu magno fleret: motus ysaac. dixit ad eum. Jn pinguedine terre. et in rore celi desuper: erit benedictio tua. R. Bonum est cōfiteri dn̄o et psallere nomini tuo altissime. V. Ad annunciandum mane miam tuam et veritatem tuam per noctem.

In illo tp̄e: Scd̄m lucam. xv. Dixit iesus discipulis suis. parabolam hanc. Homo quidam habuit duos filios: et dixit adolescētior ex illis patri. Pater: da michi portionem substantie: que me contingit. Et diuisit illis substantiam Et non post multos dies: congregatis omnibus. adolescentior filius. peregre profectus est in regionem longinquam: et ibi dissipauit substantiam suam. viuendo luxuriose. Et postqꝫ oīa consummasset: facta est fames valida in regione illa. et ipse cepit egere. Et abiit et adhesit vni ciuium regionis illius. et misit illum in villam suā: vt pasceret porcos. Et cupiebat implere ventrē suū de siliquis quas porci manducabāt: et nemo illi dabat. Jn se aūt reuersus dixit. Quanti mercēnarii in domo patris mei abundant panibus: ego autem hic fame pereo? Surgam et ibo ad patrem meum: et dicam ei. Pater peccaui in celum et coram te: iam nō sum dignus vocari filius tuus. Fac me sicut vnū ex mercēnariis tuis. Et surgens: venit ad patrem suū Cum autem adhuc longe esset: vidit illum pater ipsius. et misericordia motus est. Et accurrens: cecidit super collum eius: et osculatus est eum. Dixitqꝫ ei filius. Pater. peccaui in celum et coram te: iam non sum dignus vocari filius tuus. Dixitqꝫ pater ad seruos suos Cito proferte stolam primam ꝛ induite illum. et date anulum in manu eius: et calciamēta ī pedes eius Et adducite vitulum saginatum et occidite: et manducemus et epulemur. Quia hic filius meus mortuus fuerat et reuixit: perierat ꝛ inuētus est. Et ceperūt epulari. Erat autē filius eius senior: in agro. Et cum veniret ꝛ appropinquaret domui: audiuit symphoniam et chorum. Et vocauit vnum de seruis: et interrogauit que hec essent. Jsqꝫ

dixit illi. Frater tuus venit. et occi-
dit pater tuus vitulum saginatũ:
quia saluum illum recepit. Jndi-
gnatus est autem: et nolebat itro-
ire. Pater vero illius egressus cepit
rogare eum. At ipse respondens: di
xit patri suo. Ecce tot ãnis seruio
tibi: et nũq̃ mandatum tuum pre
teriui. et nũq̃ dedisti michi hedum.
vt cum amicis meis epularer. Sz
postq̃ filius tuus hic qui deuorauit
substantiam suam cum meretrici
bus venit: occidisti illi vitulum sa
ginatum. At ipse dixit illi. Fili. tu
semper mecũ es. et omnia mea tua
sunt. Epulari autem et gaudere
oportebat. quia frater tuus hic mor
tuus fuerat et reuixit. Perierat. et
inuentus est. Offr. Illumina oculos
meos nequando obdormiam in morte ne
quando dicat inimicus meus preualui ad-
uersus eum. Secreta.

His sacrificiis quesumus dñe
concede placatus. vt qui pro
priis oramus delictis absolui non
grauemur eternis. Per dñm. Cõm.
Oportet te fili gaudere quia frater tuus
mortuus fuerat et reuixit perierat et in-
uentus est. Postcõm.

Sacramenti tui domine diui
na libatio penetralia cordis
nostri clemẽter infundat: et sui par
ticipes potenter efficiat. Per dñm.

Familiam tuam Sup pplm.
quesumus dñe cõtinua pie-
tate custodi. vt que in sola spe gra
tie celestis innititur. celesti etiam
ptectione muniat. P. Dñica tertia.

Oculi mei semper ad dñm
qr ipse euellet de laqueo
pedes meos respice i me
et miserere mei qm̃ vni-
cus et pauper sũ ego. ps. Ad te dñe le
uaui aiam meã: deus meus in te confido
non erubescam. Orõ.

Quesumus
omps deus vota huiliũ respi
ce: atq; ad defensionẽ nrãm dexterã
tue maiestatis extende. Per dñm

Fratres: Estote Ad ephesios.
imitatores dei: sicut filii ca-
rissimi. Et ambulate in dilectione
sicut et xp̃s dilexit nos: et tradidit
semetipsum pro nobis oblationẽ et
hostiam deo in odorem suauitatis
Fornicatio autẽ et oĩs imundicia:
aut auaricia. nec noĩetur in vobis:
sicut decet sanctos. Aut turpitudo
aut stultiloquiũ. aut scurrilitas. q̃
ad rem nõ pertinet: sed magis grã
rũ actio. Hoc aũt scitote intelligen
tes: q̃ oĩs fornicator aut imundus
aut auarus qđ est ydolor̃ seruitus
non habet hereditatẽ in regno xp̃i.
et dei. Nemo vos seducat inanib;
vbis. Propter hec enĩ venit ira dei
in filios diffidentie. Nolite ergo effi
ci participes eor̃. Eratis enĩ aliqñ
tenebre: nũc aũt lux in dño. vt filii
lucis ambulate. Fructus enĩ lucis
est in oĩ bonitate: et iusticia et veri
tate. ℟. Exurge dñe nõ preualeat homo
iudicent̃ gẽtes in ↄspectu tuo. ℣. Jn cõuer
tendo inimicũ meũ retrorsum infirmabũt̃
et perient a facie tua. Tractus.

Ad te leuaui oculos meos qui habi-
tas in celis. ℣. Ecce sicut oculi ser-

uorum in manibz dñorum suorum. V. Et sicut oculi ancille in manibz dñe sue. V. Ita oculi nostri ad dñm deũ nostrũ donec misereatur nostri. V. Miserere nostri dñe miserere nobis. Scdm lucam. xi.

In illo tpe: Erat iesus eiiciens demonium: et illud erat mutum. Et cũ eiecisset demoniũ: locutus est mutus. et admirate sũt turbe. Quidam autem ex eis dixerũt In beelzebub principe demoniorũ: eiicit demonia. Et alii tentantes signum de celo querebant ab eo. Ipse autem vt vidit cogitationes eorũ: dixit. Omne regnum i seipsum diuisum desolabitur: et domus supra domũ cadet. Si autem et sathanas in seipsum diuisus est: quõ stabit regnũ eius. qr dicitis in beelzebub eiicere me demonia: Si autẽ ego i beelzebub eiicio demonia: filii vr̃i in quo eiiciunt: Ideo ipsi iudices vestri erunt. Porro si in digito dei eiicio demonia: profecto peruenit i vos regnum dei. Cum autẽ fortis armatus custodit atriũ suũ: in pace sunt ea que possidet. Si autem fortior illo superueniẽs vicerit eũ: vniuersa eius arma auferet in quibus confidebat: et spolia eius distribuet. Qui non est mecũ: aduersum me est. Et qui non colligit mecum dispergit. Cũ immundus sps exierit ab hoie: ambulat per loca inaquosa querens requiem et non inueniens. dicit. Reuertar i domum meam: vnde exiui. Et cum venerit: iuenit eã vacantem scopis mũdatam et ornatam. Et tunc vadit et assumit secum septem alios sps nequiores se: et ingressi habitãt ibi. Et fiũt nouissima hois illius peiora prioribz. Factũ est aũt cũ hoc diceret: extollens vocem quedã mulier de turba: dixit illi. Beatus vẽter qui te portauit: et vbera q̃ suxisti. At ille dixit. Quinimo: Beati q̃ audiũt verbũ dei: et custodiunt illud. Offm. Iusticie dñi recte letificantes corda et dulciora sup mel et fauum nam et seruus tuus custodit ea. Secreta.

Hec hostia q̃s dñe mundet nr̃a delicta. et ad sacrificiũ celebrãdum subditorũ tibi corpora mentesqz sanctificet. Per dñm. Co. Passer inuenit sibi domum et turtur nidum vbi reponat pullos suos altaria tua dñe virtutum rex meus et deus meus beati q̃ habitant in domo tua in scl'm seculi laudabũt te. Postcõ.

A cunctis nos dñe reatibz et periculis ppiciatus absolue. quos tanti misterii tribuis esse participes. P. Feria iii.

In deo laudabo vbũ in domino laudabo sermonem in deo speraui nõ timebo quid faciat michi homo. p̃. Miserere mei deus qm̃ conculcauit me homo: tota die impugnãs tribulauit me. Oratio.

Cordibz nostris q̃s dñe grãm tuam benignus infunde. vt sicut ab escis corporalibus abstinemus: ita quoqz sensus nostros a noxiis retrahamus excessibz. Per do.

In diebz illis Lc. lib. regũ. iiii. v Naamam p̃nceps militie re

gis syrie: erat vir magnus apud dominũ suũ et honoratus. Per illum enĩ dedit dñs salutẽ syrie. Erat autem vir fortis ꝛ diues: sed leprosus. Porro de syria egressi fuerãt latrũculi: et captiuam duxerãt de terra israel puellam paruulã: que erat ĩ obsequio vxoris naamã. Que ait ad dñam suam. Utinam fuisset dominus meus ad ꝓphetam qui est ĩ samaria: ꝑfecto curasset eum a lepra quã habet. Ingressus est itaqꝫ naamam ad dñm suũ: et nũciauit ei dicens. Sic et sic locuta est puella de terra israel. Dixitqꝫ ei rex syrie. Uade. et mittam litteras ad regem isrl'. Qui cũ profectus esset: et tulisset secum decem talenta argẽti. et sex milia aureos. et decem mutatoria vestimẽtoꝝ: detulit litteras ad regem isrl' in hec verba. Cũ acceperis epistolam hanc: scito ꝙ miserim ad te naamã seruũ meũ: vt cures eũ a lepra sua. Cũqꝫ legisset rex litteras: scidit vestimenta sua. ꝛ ait. Nũquid ego deus sum. vt occidere possim et viuificare: qꝛ iste misit ad me. vt curem hoĩem a lepra sua: Aiaduertite et videte ꝙ occasiones querat aduersum me. Quod cũ audisset heliseus vir dei scidisse. videlicet regẽ isrl' vestimenta sua: misit ad eũ dicẽs. Cur scidisti vestimẽta tua: Ueniat ad me: et sciat ꝓphetam esse in isrl'. Uenit ergo naamam cũ equis et curribus: et stetit ad ostiũ domus helisei. Misitqꝫ ad eum heliseus nũcium dicens. Uade et lauare septies in iordane et recipiet sanitatem caro tua. atqꝫ mundaberis. Iratusqꝫ naamam: recedebat dicẽs. Putabã ꝙ egrederet' ad me. et stans ĩuocaret nomen dñi dei sui: et tãgeret manu sua locũ lepre et curaret me. Nũquid non meliores sunt albana ꝛ farfar fluuii damasci oĩbus aquis isrl': vt lauer in eis et munder: Cũ ergo vertisset se et abiret indignãs. accesserũt ad eũ serui sui: et locuti sunt ei. Pater. et si rem grandẽ dixisset tibi propheta: certe facere debueras. Quanto magis nunc qꝛ dixit tibi. lauare et mundaberis: Descendit ergo et lauit se septies in iordane: iuxta sermonẽ viri dei. et restituta est caro eius sicut caro pueri paruuli: ꝛ mũdatus est a lepra. Reuersusqꝫ ad virũ dei. cũ vniuerso comitatu suo: venit et stetit coram eo. et ait. Uere scio ꝙ non sit alius deus in vniuersa terra: nisi tantũ dñs deus israel.

℟. Deus vitã meã annũciaui tibi posui lacrimas meas in conspectu tuo. ℣. Miserere michi dñe qm̃ conculcauit me homo tota die bellans tribulauit me. Tractus. Dñe non scdm.

Scdm lucam. iiii.

In illo tp̃e: Dixerũt pharisei ad ihm̃. Quãta audiuimus facta in capharnaũ: fac ꝛ hic in patria tua. Ait aũt: Amen dico vobis qꝛ nemo ꝓphã acceptus est ĩ patria sua. In veritate dico vobis: multe vidue erãt in dieb; helye in isrl': qñ clausum est celum annis trib;. et mensib; sex. Cũ facta esset fames

magna in omni terra: et ad nullā illarum missus est helyas: nisi in sarepta sydonie ad mulierē viduā Et multi leprosi erant in isrl'. sub helyseo propheta:et nemo eoꝝ mūdatus est:nisi naamam syrus. Et repleti sunt omnes ī synagoga ira hoc audientes. Et surrexerūt ꝛ eiecerunt illum extra ciuitatem. Et duxerunt illū vsqꝫ ad supercilium montis:super quem ciuitas illorū erat edificata: vt precipitarent eū. Ipse autem transiēs: per medium illoꝝ ibat. Offꝫ. Exaudi deus orationē meā et ne despexeris deprecationem meam itende in me et exaudi me. Secreta.

M unus qd tibi dn̄e nostre seruitutis offerim⁹. tu salutare nobis perfice sacramentū. Per. Cōm. Quis dabit ex syon salutare israel dum auerterit dn̄s captiuitatem plebis sue exultabit iacob et letabitur isrl'. Postcōm.

P resta q̄s omp̄s et misericors deus. vt que ore contingim⁹ pura mēte capiamus. Sup pplm

S ubueniat nobis dn̄e misericordia tua. vt ab imminentibꝫ pctōꝝ nrōꝝ piculis. te mereamur ptegēte eripi te liberāte saluari. P

E go clamaui qm̄ Feria. iii. exaudisti me deus iclina aurem tuā ꝛ exaudi v̄ba mea custodi me dn̄e vt pupillā ocl'i sub vmbra alaꝝ tuaꝝ ptege me. p. Exaudi dn̄e iusticiā meā: itēde depca. m.

E xaudi nos omp̄s et misericors deus: et continentie salutaris propicius nobis dona concede. Per dn̄. Lcō libri regū. iiii. iiii.

I n diebꝫ illis. Mulier quedam clamabat ad helyseū pphetā dicēs. Seruus tuus vir meus mortuus est:et tu nosti qꝛ seruus tuus fuit timēs deū. Et ecce creditor venit: vt tollat duos filios meos ad seruiendū sibi. Cui dixit helyseus. Quid vis vt faciā tibi? Dic michi quid habes in domo tua. At illa respondit. Non hēo ancilla tua q̄cq̄ in domo mea: nisi parum olei quo vngar. Cui ait. Vade ꝛ pete mutuo ab omibꝫ vicinis tuis. vasa vacua nō pauca: et ingredere ꝛ claude ostium. Cū intrinsecus fueris tu et filii tui: mitte inde in oīa vasa hec. ꝛ cū plena fuerint. tolles. Iuit itaqꝫ mulier: et clausit ostiū super se ꝛ super filios suos. Illi offerebāt vasa et illa infundebat. Cūqꝫ plena fuissent vasa: dixit ad filiū suū. Affer michi adhuc vas. Et ille respōdit. Non habeo. Stetitqꝫ oleum. Venit aūt illa: ꝛ indicauit homini dei. Et ille. Vade inquit vende oleū: et redde creditori tuo. Tu aūt et filii tui viuite de reliquo. R. Ab occultis meis munda me dn̄e et ab alienis parce seruo tuo. V. Si mei non fuerint dn̄ati tūc immaculatus ero et emūdabor a delicto maximo. Scdm matheum xviii.

I n illo tp̄e: Respiciēs iesus ī discipulos suos: dixit symoni petro. Si peccauerit in te frater tuus: vade et corripe eū. inter te et ipsū solū Si te audierit. lucratus eris fratrē tuū. Si aūt te nō audierit: adhibe

tecum adhuc vnũ vel duos: vt i ore duorꝫ vel triũ testiũ. stet omne vbũ Quod si non audierit eos: dic eccle sie. Si autem ecclesiã nõ audierit: sit tibi sicut ethnicus ⁊ publicanus Amen dico vobis: q̃cunqꝫ alligaue ritis sup terram: erũt ligata et ĩ ce lo. Et q̃cunqꝫ solueritis sup terrã: erũt soluta et in celo. Iterũ dico vo bis: qꝛ si duo ex vobis consenserint sup terrã de oĩ re quacũqꝫ petierint fiet illis a patre meo qui ĩ celis est Vbi eni sũt duo vel tres congrega ti in noĩe meo: ibi sum ĩ medio eorꝫ. Tunc accedens petrus ad eũ dixit Dñe: quotiens peccabit in me fra ter meus ⁊ dimittã ei: vsqꝫ septies: Dixit illi ihũs. Nõ dico tibi septi es: sed vsqꝫ septuagies septies. Offꝫ Dextera dñi fecit virtutẽ dextera dñi exal tauit me nõ moriar ꝫ viuã ⁊ narrabo opa dñi. Secret.

P er hec veiat q̃s dñe sacramẽta nr̃e redẽptionis ef fectus q̃ nos ab hũanis semp retra hat excessibꝫ: et ad salutaria cũcta perducat. P. cõ. Dñe q̃s hitabit in taber naculo tuo aut q̃s requiescet in mõte scõ tuo q̃ ingredit̃ sine macula ⁊ opat̃ iusticiã

S acris dñe misteriis. Postcõm. expiati et veniam consequa mur et gratiam. Per. Sup pplm.

T ua nos dñe protectione defen de. et ab omi semper iniqui tate custodi. Per dñm. Feria.iiii.

E go aũt in dño spaui exul tabo ⁊ letabor in tua mia qꝛ respexisti humilitatem meã. P. In te dñe speraui nõ confundar ineternũ: in iusticia tua libera me. Orõ

P rã nobis q̃s dñe vt salutaribꝫ ieiuniis eruditi: a noxiis quo qꝫ viciis abstinẽtes ꝓpiciatõnẽ tuã facilius ĩpetrem⁹. P. lc. libri exodi. xx.

H ec dicit dñs deus. Honora pa trẽ tuũ ⁊ matrem tuã: vt sis longeuus sup terrã: quã dñs deus tuus dabit tibi. Non occides. nõ me chaberis. nõ furtũ facies. nõ loque ris contra ꝓximũ tuũ falsum testi moniũ. Non cõcupisces domũ ꝓxi mi tui: nec desiderabis vxorẽ eius. nõ seruũ. nõ ancillã. nõ bouem nõ asinũ. nec oĩa q̃ illius sũt. Cũctus aũt ppl's videbat voces et lãpades et sonitũ buccine: montẽqꝫ fumigã tem. Et perteriti ac pauore cõcussi: steterũt procul dicentes moysi. Lo quere tu nobis ⁊ audiemus. non lo quat̃ nobis dñs. ne forte moriamur Et ait moyses ad pplm. Nolite ti mere. Vt eni probaret vos: venit de us. et vt terror illius esset in vobis et nõ peccaretis. Stetitqꝫ ppl's delõ ge. Moyses aũt accessit ad caliginẽ in qua erat deus Dixitqꝫ preterea dñs ad moysen. Hec dices filiis isrl' Vos vidistis ꝙ de celo locutus sũ vo bis. Nõ facietis deos argẽteos. nec deos aureos facietis vobis. Altare de t̃ra facietis michi: ⁊ offeretis sup illud olocausta et pacifica vestra. Oues vr̃as ⁊ boues in oĩ loco ĩ quo meõria fuerit: noĩs mei. R. Miserere mei dñe q̃m infirmus sũ sana me dñe. V. Conturbata sunt oĩa ossa mea ⁊ aĩa mea turbata est valde. Scdm matheũ. xv.

In illo tpe: Accesserũt ad iesum
ab ierosolimis scribe et pha-
risei dicentes Quare discipuli tui
trãsgrediũt̃ traditiões senioꝝ: Nõ
eñi lauãt manꝰ suas cũ panẽ mã-
ducant. Ipse aũt respõdẽs: ait illis.
Quare ⁊ vos trãsgredimi mãdatũ
dei ꝓpter traditõnẽ vrãm Nã deus
dixit Honora prẽm tuũ ⁊ matrem
tuã: et q̀ maledixerit patri vel ma-
tri: morte moriat̃ Vos aũt dicitis q̀
cũqȝ dixerit patri vel matri: munꝰ
quodcũqȝ est ex me tibi ꝓderit ⁊ nõ
honorificabit prẽm suũ aut matrẽ
suã et irritũ fecistis mãdatũ dei: ꝓ
pter traditionẽ vrãm: ypocrite be-
ne ꝓphetauit de vobis ysaias ꝓphe
ta dicẽs Populus hic labiis me ho
norat: cor autē eoꝝ longe est a me
Sine causa aũt colunt me: docẽtes
doctrinas ⁊ mãdata hoiȝ. Et cõuo
catis ad se turbis: dixit. Audite ⁊ in
telligite Nõ qḋ i os intrat coiq̃nat
hoiem. sed qḋ ꝓcedit de ore: hoc coin
quinat hoiem Tũc accedẽtes disci
puli eiꝰ dixerũt ei Scis qꝛ pharisei
audito hoc verbo scãdalizati sunt:
At ille respõdẽs: ait. Ois plãtatio
quã nõ plãtauerit pr̃ meꝰ celestis
eradicabit̃ Sinite illos: ceci sũt du-
ces cecoꝝ. Cecꝰ aũt si ceco ducatũ
p̃bet: ambo in foueã cadũt Respõ-
dẽs aũt petrꝰ: dixit ei. Edissere no-
bis parabolã istã At ille dixit. Ad-
huc ⁊ vos sine ĩtellectu estis Nõ in
telligitis qꝛ oñe qḋ in os intrat in
vẽtrẽ vadit ⁊ i secessũ emittit̃. Que
aũt ꝓcedũt de ore: de corde exeũt: et
ea coinquinãt hoiem De corde eñi
exeũt cogitatiões male Homicidia
adulteria. fornicatõnes. furta falsa
testionia. blasphemie Hec sũt q̃ coi
q̃nant hoiem Nõ lotis aũt mani-
bȝ mãducare nõ coiquinat hoiem.
Offꝫ. Dñe fac mecũ miam tuã ꝓpter no
mẽ tuũ qꝛ suauis est mia tua Secreta.
Suscipe q̃s dñe preces ppl̃i tui
cũ oblatiõibȝ hostiaꝝ: ⁊ tua
misteria celebrãtes ab oibȝ nos de-
fẽde piclis p. Cõ. Notas michi fecisti vi
as vite adiplebis me leticia cũ vultu tuo
Sctificet nos q̃s dñe dñe Postcõ
qua pasti sumꝰ mẽsa celestis
⁊ cũctis erroribȝ expiatos supnis ꝓ
missiõibꝰ reddat acceptos p. Sup
Concede q̃sumꝰ ops deꝰ pplꝫ.
vt qui ꝓtectionis tue gratiã
querimꝰ liberati a malis oibꝰ secu
ra tibi mẽte seruiamꝰ p. Feria. v.
Salus ppl̃i ego su dicit dñs
de quacũqȝ tribulatõe cla-
mauerit ad me exaudiam
eos ⁊ ero illoꝝ dñs i ꝑpetuũ ps. Attẽ
dite ppl̃e meꝰ legẽ meã: iclinate aurẽ vrãȝ
Magnificet i verba oris mei orõ.
te dñe sctõꝝ tuoꝝ cosme ⁊ da
miani btã solẽnitas: qua ⁊ illis glo
riã sẽpiternã ⁊ opẽ nobis ieffabili ꝓ
uidentia cõtulisti p. Lectõ ieremie ꝓ-
In dieb' illis. Factũ phete vii
est verbum dñi ad me dicẽs.
Sta i porta domus dñi: ⁊ p̃dica ibi
verbũ istud ⁊ dic Audite verbũ dñi
ois iuda: qui ingredimi per portas
has vt adoretis dominũ. Hec dicit
dominus exercituũ Bonas facite

Et cum iam sero esset factum quia erat parasceue quod est ante sabbatum: venit ioseph ab arimathia nobilis decurio. qui et ipse erat expectans regnū dei. Et audaciter introiuit ad pilatum: et petiit corpus iesu. Pilatus aūt mirabatur. si iam obiisset. Et accersito centurione interrogauit eū: si iam mortuus esset Et cum cognouisset a centurione donauit corpus ioseph. Joseph aūt mercatus syndonē. et deponens eū inuoluit in syndone: et posuit eum in monumento quod erat excisum de petra. Et aduoluit lapidem: ad ostium monumenti. Offer. Custodi me dñe de manu pctōris et ab hoībus iniquis eripe me domine Secreta

Sacrificia nos qs dñe propensius ista restaurent. que medicinalibus sūt instituta ieiuniis. Cō. Aduersum me exercebantur qui sedebant in porta et in me psallebant qui bibebant vinū ego vero orōnem meam ad te dñe tempus beneplaciti deus in multitudine mie tue. Postcōm.

Sctificationibz tuis ops deus et vicia nr̄a purgēt: et remedia nobis sempitna pueniāt. Per Sup pplm

Tua nos mia deus. et ab omni surreptione vetustatis expurget. et capaces sancte nouitatis efficiat. Per dñm. Feria quarta.

In noīe dñi omne genu flectatur celestiū terrestrium et infernorum quia dñs factus est obediens vsqz ad mortem mortē autem crucis ideo dñs iesus xp̄s in glia est dei patris. ps. Dñe exaudi orōnē meā: et clamor meus adte veniat. Orō

Presta qs omps deus: vt qui nostris excessibus incessanter affligimur. per vnigeniti tui passionem liberemur. Qui tecum viuit.

Lectio ysaie prophete lxii. lxiii

Hec dicit dñs deus. Dicite filie syon. Ecce saluator tuus venit: et merces eius cū eo: et opus illius corā illo. Et vocabunt eos populus sanctus: redempti a dño. Tu aūt vocaberis quesita ciuitas: et nō derelicta. Quis est iste qui venit de edom. tinctis vestibz de bosra: Iste formosus in stola sua: gradiens in multitudine fortitudinis sue. Ego qui loquor iusticiam: et propugnator sum ad saluandum. Quare ergo rubrum est indumentum tuū: et vestimenta sua sicut calcantiū in torculari: Torcular calcaui solus: et de gentibz non est vir mecū. Calcaui eos in furore meo: et conculcaui eos in ira mea. Dies enim vltionis in corde meo: annus retributionis mee venit. Et aspsus est sanguis eorum sup vestimēta mea: et oīa indumēta mea inqnaui. Circūspexi et nō erat auxiliator. quesiui et nō fuit q̄ adiuuaret. et saluauit

michi brachium meũ: et indignatio
mea ipa auxiliata est michi. Et cõ
culcaui populos in furore meo: et i
ebriaui eos in indignatione mea. et
detraxi in terrã virtutẽ eorũ. Mise
rationũ dñi recordabor. Laudẽ dñi
annũciaui: sup oia que reddidit no
bis: dñs deus noster. R. Ne auertas
faciem tuam a puero tuo qm̃ tribulor ve
lociter exaudi me. V. Saluũ me fac deus
qm̃ intrauerũt aque vsq3 ad aiam meã.
infixus sum in limo profundi et non est
substantia. Oremus. Flectamus

Deus qui p nobis filiũ tuũ cru
cis patibulũ subire voluisti vt
inimici a nobis expelleres potesta-
tem: cõcede nobis famulis tuis. vt
resurrectionis grãm cõsequamur.
Per eund. Lcõ ysaie prophete. liii

In diebus illis. Dixit ysaias.
Dñe: qs credidit auditui no-
stro: et brachium dñi cui reuelatũ
est: Et ascendet sicut virgultũ co-
ram eo: et sicut radix de terra sitiẽ
ti Et non est species ei neq3 decor:
et vidimus eũ. et non erat aspectus
Et desiderauimus eũ despectum:
et nouissimũ virorum virũ dolorũ
et scientem infirmitatem. Et qua
si absconditus est vultus eius: et de
spectus. Vnde nec reputauimus eũ
Vere languores nostros ipse tulit:
et dolores nostros ipe portauit. Et
nos reputauimus eũ quasi leprosũ
et percussum a deo et humiliatum
Ipse aũt vulneratus est propter ini
quitates nr̃as: attritus est propter
scelera nr̃a. Disciplina pacis nr̃e
super eũ: et liuore eius sanati sum9
Omnes nos quasi oues errauimus:
vnusquisq3 in via sua declinauit.
Et dñs posuit in eo iniquitatem
oim̃ nostrũ. Oblatus est qr ipse vo
luit: et non aperuit os suũ. Sicut
ouis ad occisionẽ ducetur: et quasi
agnus coram tondente se obmute
scet. et nõ aperiet os suum. De an
gustia et de iudicio sublatus est. Ge
nerationem eius quis enarrabit:
Quia abscisus est de terra viuenti
um. Propter scelus populi mei. per
cussi eũ: et dabit impios p sepultu-
ra: et diuites p morte sua. Eo q' ini
qtatẽ nõ fecerit: nec iuẽt9 fuerit dol9
in ore eius Et dñs voluit conterere
eũ: in ifirmitate. Si posuerit p pec
cato aiam suã: videbit semen lõge
uum: et volũtas dñi in manu eius
diriget. Pro eo q' tradidit in mortẽ
aiam suã: et cũ sceleratis reputat9
est. Et ipse pctm̃ multorũ tulit: et p
transgressoribus orauit vt non pe-
rirent. Dicit dñs: omps Tractus

Dñe exaudi orõnẽ meã et clamor me
us ad te veniat. V. Non auertas fa
ciem tuã a me in quacũq3 die tribulor in
clina ad me aurẽ tuã. V. In quacũq3 die in
uocauero te velociter exaudi me. V. Qr de
fecerũt sicut fum9 dies mei et ossa mea si
cut i frixorio cõfrixa sũt. V. Percussus sũ si
cut fenũ et aruit cor meũ qr oblitus sũ co-
medere panẽ meũ. V. Tu exurgẽs dñe mi
sereberis syõ qr venit tps miserendi eius.
Tractus. Dñe non scd̃m pctã.
m Passio dñi nostri iesu cristi: Scd̃m lucã
Non dicitur Gla tibi. luce xxii.

In illo tpe: [m] Appropiquabat dies festus azimor qui dicitur pascha: et querebant principes sacerdotu et scribe. quomodo ihm interficerent. Timebant vero plebem. Intrauit autem sathanas in iudam qui cognominabatur scarioth: vnum de duodecim. et abiit et locutus est cum principibus sacerdotum et magistratibus: quēadmodum illum traderet eis. Et gauisi sunt ꝛ pacti sunt pecuniam illi dare. Et spopondit. Et querebat opportunitatem: vt traderet illum sine turbis. Venit autem dies azimorū: i qua necesse erat occidi pascha. Et misit petrum et iohannem dicens. [b] Eūtes parate nobis pascha vt manducemus. [m] At illi dixerunt [a] Vbi vis paremus? [m] Et dixit ad eos. [b] Ecce introeuntibus vobis in ciuitatē: occurret vobis homo amphoram aque portans. Sequimini eum in domum in quā intrat: et dicetis patrifamilias domus. Dicit tibi magister. Vbi est diuersorium: vbi pascha cū discipulis meis mā ducem? Et ipse vobis ostendet cenaculum magnum stratum: et ibi parate. [m] Euntes autem īuenerūt sicut dixit illis: ꝛ parauerūt pascha Et cum facta esset hora: discubuit et duodecim apostoli cū eo. Et ait illis. [b] Desiderio desideraui hoc pascha manducare vobiscum: anteꝙ patiar. Dico eni vobis: quia ex hoc nō manducabo illud: donec impleatur in regno dei. [m] Et accepto calice. gratias egit: et dixit. [b] Accipite: et diuidite inter vos Dico eni vobis: ꝙ non bibā de generatione vitis: donec regnum dei veniat. [m] Et accepto pane: gratias egit et fregit et dedit eis dicens. [b] Hoc est corpus meū quod pro vobis datur. Hoc facite: in meā cōmeōrationē. [m] Similiter ꝛ calicem: postꝙ cenauit dicēs. [b] Hic est calix noui testamēti i sanguie meo: q̄ pro vobis effundet. Verūtamen ecce manus tradētis me: mecū est in mēsa. Et quidē filius hoīs scdm qd diffinitū est vadit. Verūtamen ve homini illi: per quem tradetur. [m] Et ipsi ceperūt querere inter se: q̄s esset ex eis qui hoc facturus esset. Facta est aūt cōtentio iter eos: q̄s eoꝝ videretur esse maior. Dixit aūt eis. [b] Reges gentiū dn̄antur eoꝝ: et q̄ potestatē hūt sup eos. benefici vocantur. Vos aūt nō sic. Sed qui minor est in vobis: fiat sicut iunior. Et qui precessor est: sicut ministrator. Nam q̄s maior est: qui recūbit: an qui mīstrat? Nōne qui recūbit? Ego aūt i medio vrm̄ sū: sicut qui ministrat. Vos autē estis qui permansistis mecum in tentatiōibus meis. Et ego dispono vobis. sicut disposuit michi pater meus regnum: vt edatis et bibatis sup mēsam meā i regno meo. ꝛ sedeatis super thronos duodeci: iudicātes duodeci tribus israel [m]. Ait autē dn̄s symoni. [b] Symon ecce sathanas expetiuit vos: vt cribraret sicut triticum. Ego autem rogaui pro te: vt

non deficiat fides tua. Et tu aliquando conuersus: confirma fratres tuos.[m] Qui dixit ei.[a] Domine tecum paratus sum: et in carcerem et in mortem ire.[m] Et ille dixit.[b] Dico tibi petre: nō cantabit hodie gallus: donec ter abneges nosse me[m] Et dixit eis.[b] Quando misi vos sine sacculo: et pera et calciamētis nūquid aliquid defuit vobis.[m] At illi dixerunt.[a] Nichil.[m] Dixit ergo eis.[b] Sed nunc qui habet sacculū: tollat similiter et perā. Et qui nō habet: vendat tunicā suam et emat gladiū. Dico enī vobis. qm̄ adhuc hoc quod scriptū est. oportet ipleri in me Et cū iniquis deputatus est Etenim ea que sunt de me. finem habent.[m] At illi dixerunt.[a] Dñe. ecce gladii duo hic.[m] At ille dixit eis.[b] Satis est.[m] Et egressus ibat secūdum consuetudinem. in montē oliuarum. Secuti sunt autem illum et discipuli. Et cum peruenissent ad locum. dixit illis.[b] Orate: ne intretis in tentationē.[m] Et ipse auulsus est ab eis: q̄tum iactus est lapidis. Et positis genibus: orabat dicens.[b] Pater: si vis trāsfer calicem istum a me. Veruntamen nō mea voluntas sed tua fiat.[m] Apparuit autem illi angelus de celo: confortans eum. Et factus in agonia: prolixius orabat. Et factus est sudor eius: sicut gutte sanguinis decurrentis in terram. Et cum surrexisset ab oratione: et venisset ad discipulos suos: inuenit eos dormientes pre tristicia. Et ait illis.[b] Quid dormitis: Surgite orate: ne intretis in tentationem.[m] Adhuc eo loquente: ecce turba et qui vocabatur iudas vnus ex duodecim antecedebat eos. Et appropinquauit iesu: vt oscularetur eum. Jesus autē dixit ei.[b] Juda osculo filium hominis tradis.[m] Videntes autem hi qui circa ipsum erant. quod futurū erat. dixerunt ei.[a] Dñe. si percutimus i gladio:[m] Et percussit vnus ex illis seruum principis sacerdotū et amputauit auriculam eius dextram. Respondens autem iesus: ait.[b] Sinite vsq̧ huc.[m] Et cum tetigisset auriculam eius: sanauit eū Dixit autē iesus ad eos qui venerāt ad se principes sacerdotū: et magistratus templi et seniores.[b] Quasi ad latronem existis cū gladiis et fustibus: cum quotidie vobiscū fuerim in tēplo: et non extendistis manus in me. Sed hec est hora vestra et potestas tenebrarū.[m] Comprehēdentes autem eum: duxerunt ad domum principis sacerdotū. Petrus vero sequebatur eū alonge. Accenso autem igne in medio atrio et circumsedentibus illis: erat petrus in medio eorū. Quem cum vidisset ancilla quedam sedentē ad lumen: et eū fuisset intuita: dixit.[a] Et hic cum illo erat.[m] At ille negauit eū dicens[a] Mulier nō noui illum.[m] Et post pusillum: alius videns eum dixit.[a] Et tu de illis es.[m] Petrus vero ait[a] O homo nō sum.[m] Et interuallo

facto quasi hore vnius: alius qui-
dam affirmabat dicens.[a] Vere & hic
cum illo erat. nam et galileus est.
[m] Et ait petrus. [a] O homo. nescio
quid dicis.[m] Et continuo adhuc lo
quente illo: cantauit gallus. Et cõ
uersus dominus: respexit petrum.
Et recordatus est petrus verbi do
mini sicut dixerat: quia priusq̄ gal
lus cãtet: ter me negabis. Et egres
sus foras petrus: fleuit amare. Et
viri qui tenebant eum: illudebant
ei cedentes. Et velauerunt eum. et
percutiebant faciem eius: et inter-
rogabant eum. dicentes. [a] Prophe-
tiza: quis est qui te percussit? [m] Et
alia multa blasphemãtes: dicebãt
in eum. Et vt factus est dies: con-
uenerunt seniores plebis: et princi-
pes sacerdotum et scribe. Et duxe
runt illum in concilium dicentes.
[a] Si tu es cristus: dic nobis. [m] Et
ait illis.[b] Si vobis dixero: non cre-
detis michi. Si autem et interroga
uero: non respondebitis michi. ne-
q3 dimittetis. Ex hoc autem erit fi
lius hominis: sedens a dextris vir-
tutis dei.[m] Dixerunt autem oms.
[a] Tu ergo es filius dei.[m] Qui ait.[b]
Vos dicitis quia ego sum.[m] At illi
dixerunt.[a] Quid adhuc desideramus
testimonium? Ipsi enim audiuimus
ex ore eius.[m] Et surgẽs omĩs mul
titudo eorum: duxerũt illum ad pi
latum. Ceperunt autem accusare
illum: dicentes.[a] Hunc inuenimus
subuertentem gentem nostram: et
prohibentem tributa dari cesari: et
dicentem se cristum regem esse.[m]
Pilatus autem interrogauit eum
dicens.[a] Tu es rex iudeorum? [m] At
ille respondens ait.[b] Tu dicis[m] Ait
autem pilatus ad principes sacer-
dotum et turbas.[a] Nichil inuenio
cause in hoc homine.[m] At illi inua
lescebant dicentes[a] Commouit po
pulum docens per vniuersam iu-
deam. incipiens a galilea vsq3 huc.
[m] Pilatus autem audiens galileã:
interrogauit si homo galileus esset
Et vt cognouit q̄ de herodis pote
state esset: remisit eum ad herodem
qui et ipse iherosolimis erat illis di
ebus. Herodes autem viso iesu ga
uisus est valde. Erat enim cupiẽs
ex multo tempore videre eum: eo q̄
audiret multa de illo. Et sperabat
signum aliquod videre ab eo fieri
Interrogabat autem illum multis
sermonibus: at ipse nichil responde
bat ei. Stabant etiam principes sa
cerdotum et scribe: constanter accu
santes eum. Spreuit autem illum
herodes cum exercitu suo: et illusit
indutum veste alba. et remisit ad
pilatum. Et facti sunt amici hero
des et pilatus: in ipsa die. Nam an
tea inimici erant adinuicem. Pila
tus autem conuocatis principibus
sacerdotum et magistratibus & ple
be: dixit ad illos.[a] Obtulistis michi
hunc hominem. quasi auertentem
populum: et ecce ego coram vobis
interrogans: nullam causam inue
nio in homine isto. ex his in quib3
eum accusatis. Sed neq3 herodes.

Nam remisi vos ad illum. et ecce nichil dignum morte actum est ei. Emendatum ergo illum dimittã. [m] Necesse autem habebat dimittere eis per diem festum vnum. Exclamauit autem simul. vniuersa turba dicens [a] Tolle hunc: et dimitte nobis barrabam. [m] Qui erat pter seditionem quandam factam in ciuitate et homicidium: missus i carcerem. Iterum autem pylatus locutus est ad illos. volens dimittere iesum. At illi succlamabãt dicentes. [a] Crucifige crucifige eũ. [m] Ille autẽ tertio dixit ad illos. [a] Quid enim mali fecit iste? Nullam causam mortis inuenio in eo. Corripiam ergo illum: et dimittam. [m] At illi instabãt vocibus magnis postulantes vt crucifigeretur. et inualescebant voces eorum. Et pilatus adiudicauit fieri petitionem eorum. Dimisit autem illis eum qui propter homicidiũ et seditionẽ missus fuerat in carcerem: quem petebant. Iesum vero tradidit voluntati eorũ. Et cum ducerent eũ: apprehenderunt symonẽ quendã cyrenensem venientẽ de villa: et imposuerũt illi crucem portare post ihm. Sequebatur aũt illũ multa turba ppli et mulierũ que plangebant et lamentabantur eũ. Conuersus aũt ad illas iesus: dixit. [b] Filie ierlm nolite flere sup me: sed sup vosipsas flete: et super filios vestros. Qm̃ ecce venient dies: in quibus dicent. Beate steriles et ventres q̃ non genuerũt: et vbera que non lactauerũt. Tũc incipient dicere mõtibz cadite sup nos: et collibus operite nos. Qr si i viridi ligno hec faciũt: i arido quid fiet? [m] Ducebant autem et alii duo neq̃ cum eo. vt interficerẽtur. Et postq̃ venerunt in locũ qui vocat caluarie: ibi crucifixerũt eum. Et latrones vnum a dextris: et alterũ a sinistris. Iesus autẽ dicebat. [b] Pater dimitte illis: non enĩ sciũt quid faciunt. [m] Diuidentes vero vestimenta eius: miserũt sortes. Et stabat ppls expectans: et deridebant illum principes cũ eis dicentes. [a] Alios saluos fecit: seipsum saluũ faciat: si hic est cristus dei electus. [m] Illudebãt aũt ei et milites accedẽtes et acetũ offerentes illi. et dicentes. [a] Si tu es rex iudeorũ: saluũ te fac. [m] Erat autem et superscriptio scripta sup illum. litteris grecis et latinis. et hebraicis. Hic est rex iudeorum. Vnus autem de his qui pendebãt latronibus blasphemabat eum dicens. [a] Si tu es xpũs: saluum fac temetipsum et nos. [m] Respondẽs autem alter: increpabat illum dicens [a] Neq̃ tu times deum: qui in eadẽ dannatione es? Et nos quidem iuste: nã digna factis recipimus. hic vero nichil mali gessit [m] Et dicebat ad iesum. [a] Dñe. memento mei. dũ veneris in regnum tuum. [m] Et dixit illi iesus. [b] Amen dico tibi: hodie mecum eris i paradiso. [m] Erat autem fere hora sexta. Et tenebre facte sũt in vniuersam terram vsq;

in horam nonam. Et obscuratus
est sol. Et velum templi scissum ē
medium. Et clamās voce magna
ihūs ait.[b] Pr: in manꝰ tuas cōmēdo
spm̄ meū.[m] Et hec dicēs: expirauit
Vidēs autem centurio qđ factū
fuerat: glorificauit deū dicens.[a] Ve
re hic homo iustus erat.[m] Et omīs
turba eorum qui simul aderant ad
spectaculum istud et videbant que
fiebant: percutiētes pectora sua re-
uertebantur. Stabant autem oēs
noti eius a lōge: et mulieres que se
cute erant eū a galilea hec vidētes.
Et ecce vir nomine ioseph. qui
erat decurio vir bonus ⁊ iustus: hic
non consenserat concilio et actibꝫ
eorum ab arimathia ciuitate iudee
qui expectabat et ipse regnum dei.
Hic accessit ad pilatū: et petiit cor-
pus iesu. Et depositum inuoluit ī
syndone: et posuit eū in monumē-
to exciso. in quo nondum quisꝗ̄ po
situs fuerat. Offꝝ. Domine exaudi orō
nem meam et clamor meus ad te veiat.

Secret.

Purifica nos misericors deus. vt ecclesie tue pre-
ces que tibi grate sūt pia munera
deferentes: fiant expiatis mētibus
gratiores. Per dñm. Cōm. Potum me
um cum fletu temperabā qr eleuans alli
sisti me et ego sicut fenum arui tu autem
domine ineternum permanes tu exurgēs
misereberis syon quia venit tempus mise
rendi eius.

Postcōm.

Largire sensibus nostris omi-
potens deus: vt per tempora-
lem filii tui mortem quam miste-
ria veneranda testātur. vitam no
bis dedisse perpetuam confidamꝰ.
Per eundem.

Sup pplm

Respice quesumus domine su
per hanc familiam tuam pro
qua dñs noster iesus cristus nō du
bitauit manibus tradi nocentium
et crucis subire tormentum. Qui
tecum viuit. Benedicamus dño.

Feria quinta in cena dñi. Nota q̄ in
missa due hostie consecrantur. quaꝝ vna
pro crastino sine vino conseruatur in loco
preparato. Ad missam

Introitus

Nos autem gloriari oportet
in cruce domini nostri ie-
su cristi in quo est salus
vita ⁊ resurrectio nostra per quem
saluati et liberati sumus. ps. Deus
misereatur nostri et benedicat nobis: illu
minet vultum suum super nos et misere
atur nostri. Nota q̄ Gloria in excelsis.
et Credo. non dicunt̄ nisi vbi crisma confi
citur. kyrie tñ. Sanctus. et Agnus.
solemniter dicuntur.

Oratio.

Deus a quo et iudas reatus
sui penam. ⁊ confessionis sue
latro premium sumpsit: cōcede no
bis quesumus. tue propiciationis
effectū. vt sicut in passione sua do-
minus noster iesus cristus diuersa
vtrisꝗ intulit stipendia meritorū.
ita nobis ablato vetustatis errore
resurrectionis sue gratiam largia
tur. Qui tecum viuit ⁊ regnat.

Ad corinthios.

Prime xi.

Fratres: Conuenientibus vo
bis inunum: iam non est do
minicā cenā mādûcare. Vnusꝗ̄sꝗ

enim suam cenā presumit ad manducandū. Et alius quidem esurit: alius autem ebrius est. Nunquid domos non habetis ad manducādum et bibendū: aut ecclesiam dei contemnitis ꝛ confunditis eos qui non habent? Quid dicam vobis? Laudo vos: in hoc nō laudo. Ego enim accepi a domino: quod et tradidi vobis. Qm̄ dominus iesus in qua nocte tradebatur accepit panē: et grās agens. fregit et dixit. Accipite: et māducate. Hoc est corpus meum: quod pro vobis tradetur. Hoc facite: in meam cōmemorationem Similiter et calicē: postꝙ̄ cenauit dicens. Hic calix nouū testamētū est: in meo sanguīe. Hoc facite: quotienscūqȝ bibetis in meā cōmeōrationē. Quotienscūqȝ enī manducabitis panem hūc. et calicem bibetis mortem dñi annunciabitis donec veniat. Itaqȝ quicūqȝ manducauerit panē vel biberit calicem dñi indigne: reus erit corporis et sanguinis dñi. Probet autem seipsum homo: et sic de pane illo edat et de calice bibat. Qui enim manducat et bibit indigne: iudiciū sibi manducat et bibit: non diiudicans corpus dñi. Ideo inter vos multi infirmi et inbecilles: et dormiūt multi. Qđ si nosmetipsos diiudicaremus: non vtiqȝ iudicaremur Cum autem iudicamur a dño corripimur: vt non cū hoc mundo dānemur. ℞. Cristus factus est pro nobis obediēs vsqȝ ad mortem mortē aūt crucis. ℣. Propter qđ ꝛ deus exaltauit illū et dedit illi nomen quod est sup omne nomen. Scdm iohēm. xiii

Ante diem festū pasche. sciens iesus quia venit hora eius. vt transeat ex hoc mundo ad patrem cū dilexisset suos qui erant in mūdo: in finem dilexit eos. Et cena facta. cum dyabolus iam misisset in cor vt traderet eum iudas symonis scariothis: sciens quia omnia dedit ei pater ī manus. et qꝛ a deo exiuit et ad deū vadit: surgit a cena et ponit vestimenta sua. Et cū accepisset lintheum: precinxit se. Deinde misit aquam in peluim: et cepit lauare pedes discipuloꝝ suorum ꝛ extergere lintheo quo erat precinctus Venit ergo ad symonem petrū. Et dixit illi petrus. Dñe. tu michi lauas pedes? Respondit iesus et dixit ei. Quod ego facio tu nescis modo scies autē postea. Dixit ei petrus. Nō lauabis michi pedes ineternū. Respondit ei iesus. Si non lauero te: non habebis partem mecū. Dixit ei symon petrus. Dñe. non tantum pedes meos: sed et manus ꝛ caput. Dixit ei iesus. Qui lotus est: non indiget nisi vt pedes lauet. sed est mundus totus. Et vos mundi estis: sed non omnes. Sciebat eniꝫ quisnam esset qui traderet eum. ꝓpterea dixit. non estis mundi oms. Postꝙ̄ ergo lauit pedes eorum. accepit vestimēta sua: et cū recubuisset. iterū dixit eis. Scitis quid fecerim vobis. Vos vocatis me magister et dñe: et bene dicitis. Sū etenī.

Si ergo ego laui vestros pedes dñs ⁊ magister: ⁊ vos debetis alter alterius lauare pedes. Exēplū enī dedi vobis: vt quemadmodū ego feci vobis: ita ⁊ vos faciatis. Offer. Dextera dñi fecit virtutem dextera dñi exaltauit me nō moriar sed viuā ⁊ narrabo opa dñi. Secreta.

Ipse tibi dñe q̄s scē pater omīps eterne deꝰ sacrificiū nr̄m reddat acceptum: q̄ discipulis suis ī sui cōmemoratione hoc fieri hodierna traditōe mōstrauit dñs nr̄ iesus cristꝰ. Qui tecum. Prefacio cois

Cōmunicātes ⁊ diē sacratissimum celebrātes quo dñs noster iesus cristus ꝑ nobis est traditꝰ. Sed ⁊ memoriā venerantes īprimis gloriose sēpq̄ vgis marie genitricis eiusdē dei ⁊ dñi nr̄i iesu xp̄i. sz ⁊ btōꝝ aplōꝝ ⁊ martirū tuoꝝ. Petri. Pauli. Andree. Jacobi Johānis Thome. Jacobi. Philippi Bartholomei. Mathei Simonis ⁊ Thadei lini Cleti Clemētis Sixti Cornelii. Cipriani. Laurētii. Grisogoni. Johānis ⁊ Pauli. Cosme ⁊ Damiani Et oīm scōꝝ tuoꝝ quorū meritis precibusq̄ cōcedas: vt ī oībus protectiōis tue muniamur auxilio. Per eundē cristū dñm nostrum. Expansis manibz sup sacrificiū.

Hanc igitur oblationē seruitutis nostre. sed ⁊ cūcte familie tue quā tibi offerimus. ob diem in qua dñs noster iesus cristus tradidit discipulis suis corporis ⁊ sāguinis sui misteria celebranda. q̄s dñe vt placatus accipias. diesq̄ nr̄os in tua pace disponas. atq̄ ab eterna damnatione nos eripi. et in electorum tuoꝝ iubeas grege numerari Per eundē xp̄m. Iūctis sursū manibz

Quā oblationē tu deus ī oībus q̄s bñdictā + ascriptā + ratā rationabilē. acceptabilēq̄ facere digneris: vt nobis + corpus + et sanguis fiat dilectissimi filii tui domini nostri iesu cristi. Qui pridie q̄ ꝓ nr̄a oīmq̄ salute pateret. hoc est hodie accepit panem in scās ac venerabiles manus suas. et eleuatis oculis ⁊c. Agnꝰ dei dicit̄ sz pax nō dat̄. Cō.

Dñs iesus postq̄ cenauit cū discipulis suis lauit pedes eoꝝ et ait illis scitis q̄d feceri vobis ego dñs ⁊ magister exēplū dedi vobis vt et vos faciatis. Postcōmunio.

Refecti vitalibz alimētis q̄s domine deꝰ noster vt q̄d tp̄e nr̄e mortalitatis exeq̄mur: īmortalitatis tue munere ꝯsequamur. Per d.

Feria vi. Lectio prima. osee. vi.

In tribulatione sua: mane cōsurgēt ad me. Venite ⁊ reuertamur ad dñm: quia ipse cepit ⁊ sanabit nos. percutiet ⁊ curabit nos. viuificabit nos post duos dies. ī die tertia suscitabit nos. et viuemus ī cōspectu eius. Sciemus sequemurq̄ vt cognoscamus dñm. Quasi diluculū ꝑparatus est egressus eius ⁊ veniet quasi ymber nobis tēporaneus ⁊ serotinꝰ terre. Quid faciā tibi effraym: q̄d faciā tibi iuda: Misericordia vestra quasi nubes matutina. et quasi ros mane pertransiens. Propter hoc dolui in ꝓphe-

tis.occidi eos in verba oris mei Et
iudicia tua quasi lux egredietur q2
miam volui ⁊ non sacrificiũ ⁊ sciē-
tiā dei:plusqꝫ olocausta. Tractus
Dñe audiui auditũ tuum ⁊ timui cō
sideraui opera tua ⁊ expaui.v. In
medio duum animaliuz inotesceris dum
appropinquauerint anni cognosceris dũ
aduenerit tempus ostenderis.vsus In eo
dum conturbata fuerit anima mea ī ira
misericordie memor eris.vꝰ. Operuit ce-
los maiestas eius ⁊ laudis eius plena est
terra.v. Deus a libano veniet et sanctus
de monte vmbroso et condenso Se
quitur oratio sine Dñs vobiscum.et
sine Flectamus genua le: Oremus
Deus a quo ⁊ iudas reatus sui
penam et confessionis sue la
tro premiũ sumpsit:concede nobis
q̄s tue propiciationis effectum: vt
sicut in passione sua dñs noster ie
sus cristus diuersa vtrisqꝫ intulit
stipendia meritoꝝ:ita nobis abla-
to vetustatis errore:resurrectionis
sue gratiā largiatur.Qui tecũ:vi-
uit. Sequitur lectio sine titulo
Lectio secunda exodi xii.
In dieꝰ illis:Dixit dominꝰ ad
moysē ⁊ aaron in terra egypti.Mē
sis iste vobis principiũ mensiũ pri
mus erit in mēsibꝫ anni.Loq̇mini
ad vniuersũ cetũ filioꝝ israel:⁊ dici
te eis.Decima die mēsis huius tol
lat vnusq̇sqꝫ agnũ p familias et do
mos suas. Sin aũt minor ē nume
rus vt sufficere possit ad vescēdum
agnũ: assumet vicinũ suũ q̇ cōiun-
ctus ē domui eiꝰ.iuxta numeꝝ ani

maꝝ q̄ sufficere possit ad esũ agni.
Erit aũt agnꝰ absqꝫ macla.mascu
lus āniculus. Iuxta quē ritũ tolle-
tis ⁊ hedũ.⁊ seruabitis eum vsqꝫ ad
quartādecimā diē mensis huiꝰ Im
molabitqꝫ eũ vniuersa multitudo
filioꝝ israel ad vespeꝝ.⁊ sumēt de
sāguīe eiꝰ ac ponēt super vtrũqꝫ po
stē.⁊ in sup liminaribꝰ domoꝝ.in q̇
bus comedēt illũ Et edent carnes
nocte illa assas igni:et azimos pa-
nes cũ lactucis agrestibus.Nō co-
medetis ex eo crudũ q̇d:nec coctuz
aqua:sed assũ tm̄ igni.Caput cum
pedibꝫ eius.et intestinis vorabitis:
nec remanebit ex eo q̇cqꝫ vsqꝫ ma-
ne.Sed quid residuũ fuerit:igni cō
buretis.Sic autē comedetis illum
Renes vestros accigetis ⁊ calciamē
ta habebitis in pedibꝫ.tenentes ba
culos in manibꝫ:et comedetis festi
nanter.Est enim phase.Id est trā
situs domini. Tractus
Eripe me dñe ab homine malo a vi
ro iniquo libera me.v. Qui cogi-
tauerunt malicias in corde tota die consti
tuebant prelia v Acuerunt linguas su
as sicut serpētes venenum aspidum sub
labiis eorum v.Custodi me dñe de manu
peccatoris ⁊ ab hoībus iniq̇s libera me.vꝰ
Qui cogitauerũt supplātare gressus me-
os abscōderũt superbi laqueum michi v.
Et funes extēderũt in laqueũ pedibꝰ me
is iuxta iter scādalum posuerũt michi.v.
Dixi dño deꝰ meus es tu exaudi dñe vocē
orationis mee.v. Dñe dñe virtus salutis
mee obũbra caput meum in die belli v.
Ne tradas me a desiderio meo pctōri co-

gitauerūt aduersū me ne derelīquas me
ne vnq̄ꝫ exaltent᷑. v. Caput circuitus eorū
labor labiorꝫ ipsorꝫ operiet eos. v. Verun-
tamen iusti confitebunt᷑ noi tuo ⁊ habita-
bunt recti cum vultu tuo.

m. Passio domini nostri iesu cri-
sti secundum Johannem. xviii

In illo tēpore. Egressus ē ies⁹
cū discipulis suis trāstorren
tē cedron vbi erat ortus. in quē in-
troiuit ipse ⁊ discipuli ei⁹. Sciebat
autē ⁊ iudas q̇ tradebat eū locū. q̇a
frequēter iesus cōuenerat illuc cuꝫ
discipulis suis. Judas aūt cū acce-
pisset cohortē: ⁊ a pontificibꝫ ⁊ pha
riseis ministros. venit illuc cū later
nis ⁊ facibꝫ ⁊ armis. Jesus itaqꝫ sci
ens omnia q̄ ventura erant super
eū: pcessit ⁊ dixit eis. [b]. Quē q̄ritis?
[m]. Respōderūt ei. [a]. Jesum nazare-
nū. [m] Dixit eis iesus. [b]. Ego sum. [m]
Stabat autē et iudas q̄ tradebat
eū: cū ipsis. Vt ergo dixit eis iesus
ego sū: abierūt retrorsū ⁊ ceciderūt
in terrā. Iterū ergo eos interrogauit
[b]. Quē q̄ritis? [m] Illi autē dixerunt
[b]. Jesū nazarenū. [m] Respōdit iesus
[b]. Dixi vobis q̄r ego sum. Si ergo
me q̄ritis: sinite hos abire. [m] Vt im
pleretur sermo quē dixit. q̇a quos
dedisti michi: nō pdidi ex eis quēq̄ꝫ
Simon ergo petr⁹ habens gladiū
eduxit eū. ⁊ pcussit. pōtificis seruū: ⁊
abscidit auriculā ei⁹ dextrā. Erat
autē nomen seruo malch⁹. Dixit
ergo iesus petro. [b]. Mitte gladiū tu
um in vaginā. Calicē quem dedit
michi pater: nō vis vt bibā illum? [m]

Cohors ergo et tribun⁹ ⁊ mīstri iu-
deorꝫ cōprehenderūt iesum. ⁊ ligaue
runt eū. ⁊ adduxerunt eū ad annā
primū. Erat autē socer cayphe qui
erat pōtifex anni illi⁹. Erat autēꝫ
cayphas q̇ cōsilium dederat iudeis
q̄r expedit vnū hoīem mori pro pplo
Seq̄batur autē iesū simon petr⁹: ⁊
alius discipulus. Discipulus autē
ille erat notus. pōtifici: et introiuit
cū iesu in atriū pōtificis. Petr⁹ aūt
stabat ad ostiū foris. Exiuit ergo
discipulus alius q̇ erat notus pōti
fici: ⁊ dixit ostiarie: et introduxit pe
trum. Dixit ergo petro ancilla osti
aria. [a] Nunq̇d ⁊ tu ex discipulis es
hominis illius? [m] Dixit ille. [a]. Non
sum. [m] Stabant autē serui ⁊ mini-
stri ad prunas: q̄r frigus erat et ca-
lefaciebant se. Erat autē cum eis
et petrus stans: ⁊ calefaciens se. Pō
tifex ergo īterrogauit iesū de disci-
pulis suis: ⁊ de doctrina eius. Respō
dit ei iesus. [b]. Ego palam locutus
sum mundo. ego semper docui ī sy
nagoga ⁊ in templo quo omnes iu
dei conueniunt: et in occulto locu-
tus sum nichil. Quid me interro-
gas? Interroga eos qui audierunt
quid locutus sim ipsis. Ecce hi sci-
unt q̄ dixerim ego. [m]. Hec autē cū
dixisset: vnus assistens ministrorū
dedit alapā iesu dicēs. [a]. Sic respō-
des pontifici? [m]. Respondit ei iesus.
[b]. Si male locutus sū: testimoniuꝫ
perhibe de malo. Si autē bene: q̇d
me cedis? [m]. Et misit eum annas
ligatū ad cayphā pōtificem. Erat

autē simon petr⁹ stans ⁊ calefaciēs se. Dixerunt ergo ei.ᵃ. Nunquid ⁊ tu ex discipulis eius es.ᵐ. Negauit ille ⁊ dixit.ᵃ. Nō sū:ᵐ. Dixit vnus ex seruis pōtificis: cognat⁹ eius cu ius abscidit petr⁹ auriculā.ᵃ Nōne ego te vidi in orto cū illo:ᵐ. Iterū er go negauit petr⁹: ⁊ stati gall⁹ canta uit. Adducūt ergo iesū a cayphā in pretoriū. Erat autē mane. Et ipsi nō introierūt in pretoriū vt nō con taminarent: sȝ mäducarēt pascha Exiuit ergo pilat⁹ ad eos foras. ⁊ di xit.ᵃ. Quā accusationē affertis ad uersus hoīem hūc.ᵐ. Responderūt ⁊ dixerūt ei.ᵃ. Si nō esset hic malefa ctor: non tibi tradidissem⁹ eū.ᵐ. Di xit ergo eis pilat⁹.ᵃ. Accipite eū vos et scđm legem vestrā iudicate eū.ᵐ Dixerūt ergo ei iudei.ᵃ. Nobis nō licet interficere quēq̄.ᵐ. Vt sermo iesu impleretur quem dixit: signifi cans qua morte esset moritur⁹. In troiuit ergo in pretoriū pilat⁹ iterū: ⁊ vocauit iesum ⁊ dixit ei.ᵃ. Tu es rex iudeorum.ᵐ. Respondit iesus.ᵇ A temetipso hoc dicis: an alii tibi dixerunt de me.ᵐ. Respondit pila tus.ᵃ. Nunquid ego iudeus sum: Gens tua et pontifices: tradiderūt te michi. Quid fecisti:ᵐ Respōdit iesus.ᵇ. Regnū meum nō est de hoc mundo. Si ex hoc mūdo esset regnū meū. ministri mei vtiq̄ decertarēt vt nō traderer iudeis. Nūc aūt re gnū meū nō est hinc.ᵐ Dicit itaq̄ pilatus.ᵃ. Ergo rex es tu:ᵐ. Respō dit iesus.ᵇ. Tu dicis q̄ rex sū ego. Ego in hoc natus sum: ⁊ ad hoc ve ni in hunc mundum: vt testimoni um perhibeam veritati. Omnis q̄ est ex veritate: audit vocem meam ᵐ. Dixit ei pilatusᵃ. Quid est ve ritas.ᵐ. Et cum hoc dixisset: iterū exiuit ad iudeos et dixit eis.ᵃ Ego nullā inuenio in eo causā. Est au tē cōsuetudo vobis: vt vnū dimittā vobis ī pascha. Vultis ergo dimit tam vobis regem iudeorū:ᵐ. Cla mauerūt rursū oēs dicētes.ᵃ. Non hunc: sed barrabā.ᵐ. Erat aūt bar rabas latro. Tūc ergo apprehēdit pilatus iesū: ⁊ flagellauit. Et mili tes plectentes coronā de spinis. ipo suerunt capiti ei⁹. ⁊ veste purpurea circundederunt eū. ⁊ veniebant ad eū: ⁊ dicebant.ᵃ. Aue rex iudeorū.ᵐ. Et dabāt ei alapas. Exiuit iterū pilatus foras: ⁊ dixit eis.ᵃ. Ecce ad duco vobis eū foras: vt cognoscatis q̄ in eo nullā causā inuenio.ᵐ. Ex iit ergo iesus portās spineā coronā ⁊ purpureū vestimētū. Et dixit eis pilat⁹.ᵃ. Ecce homo.ᵐ. Cū ergo vi dissent pontifices ⁊ ministri: clama bant dicētes.ᵃ. Crucifige crucifige eū.ᵐ. Dixit eis pilat⁹.ᵃ. Accipite eū vos: ⁊ crucifigite. Ego eni nō inue nio in eo causā.ᵐ. Respōderunt iu dei.ᵃ. Nos legē habem⁹: ⁊ scđm legē debet mori. quia filium dei se fecit ᵐ. Cum ergo audisset pilatus hūc sermonē. magis timuit. Et ingres sus est pretorium iterum: ⁊ dixit ad iesum.ᵃ. Vnde es tu:ᵐ. Jesus autē responsū non dedit ei. Dixit ergo

et pilatus.[a]. Michi non loq̄ris? Ne
scis q̄ꝛ potestatē habeo crucifigere
te:et potestatē habeo dimittere te?
[m]. Respondit iesus.[b]. Non haberes
potestatē aduersū me vllam:nisi ti
bi datū esset desuper . Propterea q̇
tradidit me tibi:maius pctm̄ habet
[m]. Et exinde querebat pylatus di-
mittere eū. Judei autē clamabant
dicentes.[a]. Si hunc dimittis:nō es
amicus cesaris Omnis eni q̇ se regē
facit:contradicit cesari.[m]. Pilatꝰ er
go cū audisset hos sermones:addu
xit foras iesum:⁊ sedit pro tribuna
li in loco qui dicitur litostratos. he
braice autem gabbata . Erat aūt
parasceue pasche:hora quasi sexta.
Et dixit iudeis.[a]. Ecce rex vester.
[m] Illi autē clamabāt.[a]. Tolle tol-
le:crucifige eū.[m] Dixit eis pilatꝰ.[a]
Regē vestrū crucifigā.[m]. Responde
runt pōtifices.[a]. Non habemꝰ regē
nisi cesarē.[m] . Tunc ergo tradidit
eis iesum:vt crucifigeret̄. Suscepe
runt autē iesū:⁊ eduxerunt eū. Et
baiulans sibi crucē:exiuit ī eū q̇ di
citur caluarie locum:hebraice aūt
golgotha vbi eū crucifixerunt. Et
cū eo alios duos:hinc ⁊ hinc.mediū
autē iesū. Scripsit autē ⁊ titulū pi
latus ⁊ posuit sup crucē. Erat aūt
scriptū Jesus nazarenꝰ:rex iudeoꝝ
Hunc autem titulum multi lege
runt iudeoꝝ:q̄ꝛ prope ciuitatē erat
locꝰ vbi crucifixꝰ est iesus. Et erat
scriptū hebraice:grece:⁊ latine. Di
cebāt ergo pilato:pōtifices iudeoꝝ
[a]. Noli scribere rex iudeorū: sed q̇a
ipse dixit.rex sū iudeoꝝ.[m]. Respon-
dit pilatꝰ.[a]. Quod scripsi scripsi.[m].
Milites ergo cū crucifixissēt eū.ac-
ceperūt vestimēta eiꝰ:⁊ fecerūt quat
tuor partes vnicuiqꝫ militi partē. ⁊
tunicā. Erat autē tunica incōsuti
lis:desup contexta per totū. Dixe
runt ergo milites adinuicē.[a] . Nō
scindamus eā: sed sortiamur de il-
la cuius sit.[m]. Vt scriptura īpleret̄
dicens. Partiti sūt vestimēta mea
sibi:et super vestē meā miserūt sor
tem Et milites quidē hec fecerunt
Stabant aūt iuxta crucē iesu.ma
ter eius ⁊ soror matris eius. maria
cleophe.⁊ maria magdalene. Cum
vidisset ergo iesus matrē ⁊ discipu-
lum stantē quē diligebat:dixit ma
tri sue.[b]. Mulier ecce filꝰ tuꝰ.[m]. De
inde dixit discipl̄o.[b] Ecce mr̄ tua.[m]
Et ex illa hora:accepit eā discipulꝰ
ī suā. Post hec sciēs iesus: q̄ꝛ iā oīa
consūmata sunt vt consūmaretur
scriptura dixit.[b]. Sitio.[m]. Vas er-
go positū erat aceto plenū. Illi au
tē spongiā plenā aceto ysopo circū
ponētes obtulerūt ori eiꝰ. Cū ergo
accepisset iesus acetū dixit.[b]. Cōsū
matū ē.[m] Et īclinato capite:tradi
dit sp̄m Iudei ergo qm̄ parasceue
erat:vt non remanerent ī cruce cor
pora sabbato.erat enim magnꝰ di
es ille sabbati:rogauerunt pilatū
vt frangerent̄ crura eoꝝ: et tollerē
tur. Venerūt ergo milites et primi
quidem fregerunt crura: et alterꝰ
qui crucifixus est cū eo. Ad iesum
autē cū venissent.et viderunt eū iā

mortuū nō fregerūt eius crura: sed vnus militū lancea latus ei⁹ aperuit. et continuo exiuit sanguis et aqua. Et q̄ vidit testimoniū perhibuit: et verū est ei⁹ testimoniū. Et ille scit q2 vera dicit: vt ⁊ vos credatis Facta sūt enī hec: vt scriptura impleret dicēs. Os nō cōminuetis ex eo. Et iterū alia scriptura dicit. Uidebunt in quem transfixerunt.

Post hec autem rogauit pilatuꝫ ioseph ab arimathia eo q̄ esset discipulus iesu. occultus aūt propter metū iudeorū: vt tolleret corp⁹ iesu. Et permisit pylatus. Uenit ergo ⁊ tulit corpus iesu. Uenit autē et nichodemus q̄ venerat ad iesū nocte primū: ferens mixturā mirre ⁊ aloes: quasi libras centum. Acceperūt ergo corpus iesu. ⁊ ligauerūt eū linteis cū aromatibꝫ: sicut mos ē iudeis sepelire. Erat autē in loco vbi crucifixus est ortus: et ī orto monumentū nouū in quo nondū quisq̄ positus fuerat. Ibi ergo propter parasceuem iudeorū. q2 iuxta erat monumentū: posuerunt iesum.

Depolita casula dicūt a sacerdote solēnes orationes sequentes quarū prīa dicet sīn Flecta⁹ genua. ⁊ sīn Dn̄s vobiscū

Oremus dilectissimi nobis p ecclesia sctā dei. vt eā de⁹ ⁊ dn̄s noster pacificare ⁊ custodire dignetur toto orbe terrarū: subiiciēs ei principatus ⁊ potestates. detq̄ nobis q̄etā ⁊ tranq̄llā vitā degentibꝫ: glorificare deum patrem omnipotentē. Non dicitur. Per dn̄m. sed tantum Oremus. Flectamus genua leuate.

Omps sēpiterne deus q̄ gloriā tuā oībus in cristo credētibꝫ reuelasti: custodi opa misericordie tue. vt ecclesia tua toto orbe diffusa: stabili fide in cōfessione nomīs tui perseueret. Per eundē dn̄m no. Et sic dicunt bine ⁊ bine ad vnū Per do

Oremus ⁊ p btissimo papa nrō N. vt de⁹ ⁊ dn̄s noster q̄ elegit eū ī ordine episcopat⁹. saluū atq̄ icolumē custodiat ecclesie sue sancte ad regendum populum sanctum dei. Oremus Flectamus genua leuate

Omipotens sēpiterne de⁹ cuius iudicio vniuersa fundantur respice propicius ad preces nrās: et electū nobis a te antistitē tua pietate conserua: vt cristiana plebs q̄ tali gubernatur auctore sub tanto pontifice credulitatis sue meritis augeatur. Per dominum.

Oremus. et pro omibus episcopis. presbiteris: diaconibus. subdiaconibus. accolitis. exorcistis lectoribus. ostiariis confessoribus virginibus. viduis. et pro omni populo sancto dei. Oremus. Flectam⁹ genua leuate.

Omipotēs sēpiterne deus cui⁹ spū totū corpus eccl'e sāctificatur ⁊ regitur: exaudi nos pro vniuersis ordinib⁹ supplicantes: vt gratie tue munere ab oībꝫ tibi gradibus fideliter seruiatur. Per dn̄m.

Oremus. ⁊ pro cristianissimo rege nostro. N. vt de⁹ ⁊ dn̄s noster subditas illi faciat oēs barba-

ras nationes. ad nostrā perpetuā pacē. Oremꝰ. Flectamꝰ genua leuate

O mnipotēs sempiterne deꝰ: i cuiꝰ manu sunt oīm potestates ⁊ oīa regnoꝝ iura: respice ad cristianorū benignꝰ īperiū: vt gentes que in sua feritate cōfidūt potētie tue. dextera cōprimantur. Per dominū

O remus. et pro cathecuminis nostris: vt deus ⁊ dn̄s noster adaperiat aures precordiorū ipsoꝝ ianuāq; misericordie sue vt per lauacrum regeneratōnis accepta remissione oīm pctōꝝ et ipsi digni inueniātur i cristo iesu dn̄o nostro. Oremus. Flectamus genua leuate.

O mnipotēs sempiterne deus qui ecclesiā tuā noua sēper prole fecūdas. auge fidem ⁊ intellectū cathecuminis nrīs: vt renati fōte baptismatis adoptionis tue filiis aggregentur. Per dominum.

O remus dilectissimi nobis deū patrē oīpotentē. vt a cunctis mundū purget erroribus. morbos auferat. famē repellat. aperiat carceres vincula dissoluat. peregrināntibus reditū. īfirmātib; sanitatem nauigātibus portū salutis īdulgeat. Oremus. Flectamꝰ genua leuate

O mīpotēs sempiterne deꝰ mestorū cōsolatio. laborātiū fortitudo. perueniāt ad te preces de quacūq; tribulatione clamātiū. vt oēs sibi in necessitatib; suis miam tuam gaudeant affuisse. Per dn̄m.

O remꝰ et p hereticis et scismaticis. vt deꝰ et dn̄s noster eruat eos ab erroribus vniuersis: ⁊ ad sanctā matrē ecclesiā catholicā atq; apostolicā reuocare dignetur. Oremus. Flectamus genua leuate.

O mnipotens sempiterne deus q̄ saluas oēs ⁊ nemīnē vis perire. respice ad animas dyabolica fraude deceptas: vt omni heretica prauitate deposita: errantium corda resipiscāt: ⁊ ad veritatis tue redeant vnitatem. Per dominum.

O remus et pro perfidis iudeis vt deus et dominus noster auferat velamen de cordib; eoꝝ: vt ⁊ ipsi agnoscāt iesū cristū dn̄m nostrū. Hic nō dr̄. Flectamus. qr̄ p iudeis orat̄ qui hodie corā dn̄o derisorie genua flexerunt. Oremus

O mp̄s sempiterne deus: q̄ etiā iudaicā pfidiā a tua misericordia non repellis. exaudi p̄ces nostras quas p illius populi obcecatione deferimus. vt agnita veritatis tue luce q̄ est cristꝰ a suis tenebris eruant̄. Per eundē do. no.

O remus ⁊ pro paganis. vt deꝰ omp̄s auferat iniq̄tatē de cordibus eoꝝ ⁊ relictis ydolis suis conuertātur ad deū viuū ⁊ verū ⁊ vnicū filiū eius iesū cristū dn̄m nostrum cū quo ⁊ spiritu sctō viuit ⁊ regnat deꝰ. Oremꝰ. Flectamꝰ genua leuate.

O mp̄s sempiterne deus q̄ nō mortem peccatoꝝ sed vitā semp inq̄ris. suscipe propicius orōnē nostrā. et libera eos ab ydolorū cultura. ⁊ aggrega ecclesie tue sancte ad laudē ⁊ gloriā nomis tui. Per dn̄m

Finitis orationibꝰ dicitur cātando a duobus sacerdotibꝰ deferendo crucē coopertā ea que sequuntur

P Opule meꝰ quid feci tibi aut i quo cōtristaui te respōde michi qr eduxi te de terra egypti parasti crucem saluatori tuo.

Alii duo presbiteri respondeant

A Gyos otheos agyos iskyros agyos athanatos eleyson ymas. Chorus respondeat

S Anctus deus sāctus fortis sāctus ⁊ immortalis miserere nobis

Q Uia eduxi te p desertum quadraginta annis ⁊ manna cibaui te et introduxi in terram satis optimam parasti crucē saluatori tuo Agyos otheos. Sanctus deꝰ

Q Uid vltra debui facere tibi et nō feci ego quidē plātaui te vineam meam speciosissimā et tu facta es michi nimis amara aceto namqꝫ sitim meā potasti ⁊ lancea perforasti latus saluatori tuo Agyos otheos. Sctūs deꝰ Hic ostēdit crux.

E Cce lignum crucis in quo salus mūdi pepēdit venite adoremus. ps. Beati immaculati in via qui ambulant in lege domini. an̄.

C Rucem tuam adoramus dn̄e et sanctam resurrectionē tuam laudamus ⁊ glorificamus ecce enim propter crucem venit gaudium in vniuerso mundo. ps. Deus misereatur nostri et benedicat nobis illuminet vultum suum super nos et misereatur nostri. Alia an̄.

D Um fabricatoꝛ mundi mortis supplicium pateretur i cruce clamans voce magna tradidit spiritum et ecce velum templi scissuꝫ est: monumēta aperta sunt: terre motus enim factus fuerat magnus quia mortē filii dei clamabat mundus se sustinere non posse: aperto ergo militis lancea latere crucifixi domini exiuit sanguis et aqua in redemptionem salutis nostre. Alia an̄.

O Admirabile premiū cuius pōdere captiuitas redempta ē mundi tartara confracta sūt claustra inferni: aperta est nobis ianua regni. hyꝰ

C Rux fidelis inter omēs arbor vna nobilis nulla silua talem profert fronde flore germīe dulce lignū dulces clauos dulce pondus sustinens. Hymnus.

P Ange lingua gloriosi preliū certaminis et sup crucis tropheum. dic triumpho nobilem qualiter redēptor orbis imolatꝰ vicerit Crux fidelis. D e parentis pthoplasti fraude facta cōdolens quando pomi noxialis morte morsu corruit ipse lignum tunc notauit dāna ligni vt solueret. Crux fidel. H oc opꝰ nrē salutis ordo depoposcerat multiformis proditoris ars vt artē falleret et medelam ferret inde hostis vnde leserat. Crux fidelis. Q uando venit ergo sacri plenitudo temporis missus est ab arce patris natus orbis conditor atqꝫ ventre virginali caro factꝰ pdiit. Crux fidel. V agit infans inter arta positus presepta membra pannis inuoluta virgo

mater alligat pedes.manꝰ atq; crura stricta cingit fascia. Crux fidelis. Ultra sex qui iam peracta tempus implens corporis se volēte natus ad hoc passioni deditus agnus in cruce leuatur imolandus stipite Crux fidelis. Hic acetū fel arundo sputa claui lancea mite corpus perforatur sanguis vnda profluit terra ponthus astra mundus quo lauantur flumine. Crux fidel. Flecte ramos arbor alta tensa laxa viscera ꝛ rigor lentescat ille quem dedit natiuitas vt supni mēbra regis miti tendas stipite. Crux fidelis. Sola digna tu fuisti ferre preciū sc̄li atq; portū preparare nauta mūdo naufrago quem sacer cruor perūxit fusus agni corpore. Crux fidelis. Gloria et honor deo vsq̄quo altissimo vna p̄ri filioq; īclito paraclito cui laus est et potestas p eterna sc̄la. Amen. Quibꝫ finitis accipiat crucem sacerdos q̄ celebrat.et cantando incipiat hanc añ.

Super omnia ligna cedrorū tu sola excelsior in qua vita mundi pependit in qua cristus triūphauit et mors mortem superauit ineternum.

Postea accedat sacerdos ad altare paratū lineis lintheis Dyaconus vero mittat in calicem vinū et aquā sicut moris ē Corpus dn̄i sup pathenā et ita offeratur sacerdoti.qui ponens sup altare dicat.

Hoc corpus qd̄ pro vobis tradetur hic calix noui testamenti est in meo sanguine dicit dn̄s. hoc facite quotiēscunq; sumitis in meam cōmemorationem. Postea dicat sivoluerit Confiteor deo.et cetera. Et inclinans se ante altare dicat.

In spiritu humilitatis et in aīo contrito suscipiamur a te dn̄e.et sic fiat sacrificiū nostrū in conspectu tuo. vt a te suscipiatur hodie et placeat tibi dn̄e deus. Tunc erigens se ante altare dicat modice subleuans hostiam sanctā. Per ipsum et cū ipso.ꝛc. subsilentio faciens cruces per ordinem et postea dicat. Oremꝰ: Preceptis salutaribus moniti et diuina institutione formati audemꝰ dicere. Pater noster.ꝛc. vsq; in finem. Libera nos q̄s sumus dn̄e.ꝛc. Faciēs fractionē ꝛ dicens Per oīa secula seculorū. Pax dn̄i. Nec dicit̄ Agnus dei.nec pax dat̄. Postea cōmunicet nichil dicens. Postcō. Oremꝰ.

Respice q̄s dn̄e sup hanc familiā tuā pro qua dn̄s nr̄ iesus xp̄s non dubitauit manibus tradi nocentiū.et crucis subire tormētū. Qui tecum. Postea lauent̄ oīa altaria ecclesie.

Sabbato sancto In vigilia pasche incipitur benedictio cerei.

Exultet iam angelica turba celoꝝ.exultent diuina misteria.ꝛ pro tanti regis victoria: tuba intonet salutaris. Gaudeat se tellus tanti luminis irradiata fulgoribus.ꝛ eterni regis splendore illustrata: totius orbis se sentiat amisisse caliginē. Letetur ꝛ mater ecclesia tanti luminis adornata fulgoribus: et magnis populorum vocibus. hec aula resultet. Quapropter astantes vos fratres

carissimi ad tam miram sancti hu-
ius luminis claritatem. vna me-
cum queso dei omnipotentis mise
ricordiam inuocate. vt qui me non
meis meritis intra leuitarum nu-
merum dignatus es aggregare lu
minis sui gratiam infundendo ce-
rei huius laudem implere perficiat
Jesus cristus dn̄s noster. Qui vi-
uit et regnat cum deo patre in vni
tate spiritus sancti deus.

Per omnia secula seculorum:
Amen. Dn̄s vobiscum. Et cū
spiritu tuo. Sursum corda. Habemus
ad dn̄m. Gratias agamus dn̄o deo
nostro. Dignum et iustum est v ere qr
dignum ꝛ iustū est. Inuisibilem de
um oīpotētem patrem filiūqꝫ eius
vnigenitum dn̄m nostrum iesum
xp̄m sanctum quoqꝫ spiritum: toto
cordis ac mētis affectu: et vocis mi
sterio psonare. Qui pro nobis eter
no patri ade debitū soluit. et vete-
ris piaculi cautionē pio cruore de-
tersit. Hec sunt enim festa pascha-
lia: in quibus ille verus agnus oc-
ciditur: eiusqꝫ sanguine postes fide
lium consecrantur. Hec nox est in
qua primum patres nostros filios
israel eductos de egipto: rubrū ma-
re sicco vestigio transire fecisti Hec
igitur nox est: que peccatorum tene
bras colūne illum:natione purga-
uit. Hec nox est: que hodie per vni-
uersum mundū in cristum creden
tes a vicijs seculi segregatos. et ca
ligine peccatoꝝ reddit gratie. soci-
atqꝫ sanctitati. Hec nox est: in qua
destructis vinculis mortis. xp̄s ab
inferis victor ascendit. Michil enī
nobis nasci profuit: nisi redimi p-
fuisset. O mira circa nos: tue pieta
tis dignatio. O inestimabilis dile-
ctio caritatis: vt seruū redimeres fi
lium tradidisti. O certe necessariū
ade pctm̄: quod xp̄i morte deletum
est. O felix culpa: que talem ac tā-
tum meruit habere redemptorem.
O vere btā nox: q̄ sola meruit scire
tēpus et horā: in qua xp̄s ab inferis
resurrexit. Hec nox est: de qua scri-
ptū est: et nox vt dies illuiabitur. et
nox illuiatio mea in delicijs meis.
Huius igitur sanctificatio noctis
fugat scelera: culpas lauat: ꝛ reddit
innocentiā lapsis. ꝛ mestis leticiam
Fugat odia. concordiā parat. et cur
uat imperia. Tūc sacerdos vel dyaco
nus qui bn̄dicit cereū: bn̄dicat incensum
suauiter dicens. Dn̄s vobiscū. Oremus

Veniat omps̄ deus sup hūc in
censum larga tue benedictio
nis infusio. et hūc nocturnū splen-
dorē inuisibilibꝫ regnator incende.
vt non sacrificiū solū qd̄ in hac no
cte litandū est archana luīs tuiad
mixtione refulgeat. sꝫ quocūqꝫ loco
ex huiꝰ aliquid scīficationis fuerit
misterio deportatū. expulsa dyabo
lice fraudis neqͨtia virtuti tue ma
iestatis assistat. Per dn̄m nostrū ie
sum cristum filium tuū. Qui tecū
viuit et regnat in vnitate spiritus
sancti deus: per omnia secula secu
lorum. Amen Finita hac oratione
ponat incensum in cereo et dicat.

In huius igitur noctis gr̃a: suscipe
sancte pater icensi huius sacrificiū
vespertinū: qđ tibi ī hac cerei oblatio
ne solēni p ministroꝝ man⁹ de operi
bus apum: sacro sancta reddit eccle
sia. Hic accendatur cereus. Sed iam co
lūne huius p̄conia nouim⁹: quā in
honorē dei rutilans ignis accendit
Hi versus secreto dicant̄ dū ignis accēdit̄
Qui licet diuisus in partes mutu
ati lumis detrimenta non nouit.
Alitur liquantib⁹ ceris quas ī sub
stantiam preciose huius lampadis
apes mater eduxit. Apes ceteris q̄
subiecta sunt hoī aīantib; antecel
lit. Cū sit nimia corporis paruitate
ingentes aīos angustos versat ī pe
ctore virib; imbecillis sed fortis in
genio. O vere btā et admirabilis
apes: cuius nec sexū masculi violāt
fetus nō cassant nec filii destruūt ca
stitatem. Sicut sctā concepit virgo
maria. vgo peperit. et vgo p̄māsit.
O vere beata nox: q̄ expoliauit egi
ptios. ditauit hebreos. Nox in qua
terrenis celestia iūgūtur. Oramus
ergo te dn̄e. vt cereus iste in honorē
noīs tui consecratus: ad noctis hu
ius caliginē destruendam indefici
ens perseueret. In odorem suauita
tis acceptus: supernis luīaribus mi
sceatur. Flammas eius lucifer ma
tutinus inueniat. Ille inq̄ lucifer
qui nescit occasum. Ille qui regres
sus ab inferis: hūano generi seren⁹
illuxit. Precamur ergo te domine:
vt nos famulos tuos. omēmq; cle
rum et deuotissimū pplm. vna cū
papa nostro. N. et antistite nostro.
N. necnon et xp̄ianissimo rege no
stro. N. quiete tp̄m pace concessa in
his paschalibus festis conseruare,
digneris. Per dn̄m nr̄m ihm̄ xp̄m
filiū tuū. qui tecū viuit ⁊ regnat in
vnitate sp̄s scti deus. Per oīa se. se.
Post benedictionem cerei sequit̄ lc. i. gen̄. i
In principio creauit deus celū
et trā. Terra autē erat ianis
et vacua. et tenebre erant sup faciē
abyssi. et sp̄s dn̄i ferebat̄ sup aquas
Dixitq; deus. Fiat lux. Et fcā est
lux. Et vidit deus lucē q̄ esset bōa:
et diuisit lucem a tenebris Appella
uitq; lucem diē: et tenebras noctem
Factūq; est vespe et mane dies vn⁹
Dixit quoq; deus. Fiat firmamen
tū ī medio aquaꝝ: ⁊ diuidat aquas
ab aquis. Et fecit deus firmamen
tū. Diuisitq; aquas que erant sub
firmamento: ab his q̄ erant sup fir
mamentū Et fcm̄ est ita. Vocauit
q; deus firmamētū celū: et fcm̄ est
vespere ⁊ mane dies scd̄s. Dixit ve
ro deus. Cōgregētur aque que sub
Mater cristi coequata dū fuisti sic vocata & honore subdita. Illa mūdi īperatrix ista btā peccatrix leticie primordia fuderūt in ecclesia. Illa enī fuit porta per quā fuit lux exorta hec resurgētis nūcia mundū replet leticia. O maria magdalena audi vota laude plena apud xp̄m chorū istū clemēter concilia. Ut fōs sūme pietatis q̄ te lauit a pc̄tis seruos suos atq; tuos mūdet data venia. Hoc det eius grā qui regnat p secula. Allā. Scdm lucam. Ultimo

In illo tp̄e: Duo ex discipulis iesu ibant ipa die in castellū qd erat in spacio stadiorū sexagita ab ierl'm: noīe emaus. Et ipsi loq̄bant adinuicem: de his oībus que acciderant. Et fcm̄ est dū fabularēt et secū quererēt: et ipse iesus appropiquās ibat cū illis. Oculi aūt eorū tenebant: ne eū agnoscerēt. Et ait ad illos. Qui sūt hi sermones quos confertis adinuicem ambulantes et estis tristes? Et rn̄dens vn⁹ cui nomen cleophas: dixit ei: Tu solus peregrinus es in ierl'm: et non cognouisti que facta sūt ī illa. his diebz? Quibz ille dixit. Que? Et dixerūt De iesu nazareno qui fuit vir propheta potēs in opere et sermone: corā deo et omī pp̄lo. Et quomō tradiderūt eū sūmi sacerdotes et prīcipes nr̄i in dānationē mortis: et crucifixerūt eū. Nos aūt sperabam⁹ qr ipse esset redēpturus isrl'. Et nunc sup hec oīa. tercia dies est hodie: q̄ hec fcā sūt. Sz & mulieres quedā ex nr̄is terruerūt nos: q̄ ante lucē fuerūt ad monumētū. Et non īuento corpore eius. venerūt dicētes: se etiā visionē angelorū vidisse. qui dicunt eū viuere. Et abierūt quidā ex nostris ad monumentum. & ita inuenerūt sicut mulieres dixerunt. ip̄m vero non inuenerūt. Et ipse dixit ad eos. O stulti et tardi corde ad credendum: in omnibus que locuti sunt prophete. Nonne sic oportuit pati cristum: et ita intrare in gloriam suam. Et incipiens a moyse et omnibus pph̄etis: interpretabat illis ī oībus scripturis. q̄ de ipo erāt Et appropiquauerūt castello quo ibant: et ipse se finxit longius ire. Et coegerunt illū: dicentes. Mane nobiscū dn̄e qm̄ aduesperascit: & inclinata est iā dies. Et itrauit cū illis. Et factū est dū recūberet cū illis: accepit panē et benedixit ac fregit. & porrigebat illis. Et aperti sūt oculi eorū: et cognouerūt eū. Et ip̄e euanuit ab oculis eorū. Et dixerūt adīuicē. Nōne cor nr̄m ardens erat in nobis de iesu dū loqueret in via et apiret nobis scripturas? Et surgentes eadem hora. regressi sunt in ierl'm: et īuenerūt congregatos vndecim. et eos qui cū ipsis erant. dicētes. q̄ surrexit dominus vere: et apparuit symoni. Et ipsi narrabant que gesta erant in via. et quomodo cognouerunt eum: in fractione panis. Offr̄. Angelus domini descendit de celo & dixit mulieribus quem queritis surrexit sicut dixit alleluya. Secreta



Paschales hostias recensentes quesumus dñe vt quod frequẽtamus actu. comprehendamus effectu. Per do. Prefatio. Te quidẽ. Cõicantes. Hãc igitur. sicut in festo pasche. Cõm. Surrexit dñs et apparuit petro allelupa. Postcõm.

Impleatur in nobis quesumꝰ dñe sacramẽti paschalis sancta libatio: nosq̃ȝ de terrenis affectibus ad celeste transferat institutũ Per eundem. Feria. iii.

Aqua sapiẽtie potauit eos allelupa firmabitur in illis ⁊ nõ flectetur allelupa et exultauit eos ineternũ allelupa allelupa. ps. Confitemi dño qm̃ bonus: qm̃ in seculum mia eius. Oratio

Deus qui ecclesiam tuam nouo semper fetu multiplicas. concede famulis tuis. vt sacramentũ viuendo teneãt quod fide perceperunt. Per. Lcõ actuũ aploꝝ. xiii.

In diebus illis. Surgens paulus et manu silentium indicẽs ait. Viri frẽs: filii generis abraham. et qui in vobis timẽt deũ: vobis verbũ salutis huius missum est Qui eni habitãt ierlm̃ et principes eius ignorantes ihm̃ ⁊ voces ꝓphetarũ: que per om̃e sabbatũ legũtur iudicantes impleuerunt. Et nullã causam mortis iuenientes in eum petierũt a pilato vt interficerẽt eũ Cũq̃ȝ consũmassent oia que de ipo scripta erant: deponẽtes eum de ligno: posuerũt i monumẽto. Deus vero suscitauit eũ a mortuis tercia die: qui visus est ꝑ multos dies his qui simul ascenderãt cũ eo de galilea in ierlm̃: qui vsq̃ȝ nũc sũt testes eius ad plebem. Et nos vobis annũciamꝰ ea q̃ ad patres nr̃os repromissio facta est: quã deus adimpleuit filiis vr̃is. Resuscitans ihm̃ xp̃m: dñm nostrũ. ℟. Hec dies quã fecit dñs exultemus et letemur in ea. ℣. Dicãt nũc qui redempti sũt a dño quos redemit de manu inimici et de regionibꝫ cõgregauit eos. Allã. ℣. Eduxit dñs pplm̃ suũ i exultatione et electos suos in leticia. Prosa.

Zima vetus expurgetᷣ vt sincere celebretᷣ noua resurrectio. Hec est dies nr̃e spei huiꝰ mira vis diei legis testionio. Hec egiptũ spoliauit ⁊ hebreos liberauit de fornace ferrea. His i arto ꝯstitutis opus erat seruitutis lutũ later palea. Iã diuine laus ꝟtutis iã triũphi iã salutis nox erũpat libera. Hec est dies quã fecit dñs dies nr̃i doloris terminus dies salutifera. Lex est vmbra futuroꝝ xp̃s finis ꝓmissoꝝ qui cõsũmat oia. Cristi sanguis igneã ebetauit rũpheam amota custodia Puer nr̃i forma risus pro quo vervex est occisus vite signat gaudiũ. Ioseph exit de cisterna xp̃us redit ad superna post mortis suppliciũ. Hic drachones pharaonis drachovorat a drachonis imunis malicia Quos ignitus vulnerat hos serpẽtis liberat enei presentia. Anguẽ forat in maxilla xp̃s hamus ⁊ armilla in cauerna reguli. Manum mittit ablactatus et sic fugit exturba-

tus vetus hospes seculi. Irrisores
helysei dum conscendit domum dei
zelū calui sentiūt. Dauid arrepti-
cius hircus emissarius et passer ef
fugiunt. In maxilla mille sternit ⁊
de tribu sua spernit samson ma-
trimonium. Samson gaze portas
pandit et asportans portas scandit
montis supercilium̄. Sic de iuda leo
fortis fractis portis dire mortis die
surgit tercia. Rugiēte voce patris
ad superne signū matris tot reue-
xit spolia. Cetus ionā fugitiuum
veri ione signatiuū post tres dies
reddit viuum de ventris angustia
Botrus cypri reflorescit dilatatur
et excrescit synagoge flos marce-
scit et floret ecclesia Mane nouum
mane letum vespertinū tergat fle
tum quia vita vicit letum tempus
est leticie. Mors et vita conflixere
resurrexit xp̄us vere et cum cristo
surrexere m̄lti testes glorie. Iesu vi
ctor iesu vita iesu vite via trita cu
ius morte mors sopita ad pascha-
lem nos inuita mensam cum leti-
cia. Viue panis viuax vnda vera
vitis et fecūda tu nos pasce tu nos
munda ⁊ a morte nos secunda tua
saluet grā. Allā. Scd̄m lucam. xxiiii

In illo tempore: Stetit iesus
in medio discipulorum suo-
rum: et dixit eis. Pax vobis. Ego
sum: nolite timere. Conturbati ve
ro et conterriti: existimabant se spi
ritum videre. Et dixit eis. Quid
turbati estis et cogitationes ascen
dūt in corda vestra? Videte manus
meas et pedes meos: quia egoipse
sum. Palpate et videte: quia spiri-
tus carnem et ossa non habet: sicut
me videtis habere. Hec cum di-
xisset: ostendit eis manus et pedes.
Adhuc autem illis non credentib;
et mirātibus pre gaudio: dixit. Ha
betis hic aliquid: quod māducetur?
At illi obtulerūt ei partē piscis assi:
et fauum mellis. Et cum mandu
casset coram eis: sumens reliquias
dedit eis. Et dixit ad eos. Hec sunt
verba que locutus sum ad vos: cū
adhuc essem vobiscum. Qm̄ neces
se est impleri om̄ia que scripta sūt
in lege moysi. et pphetis. ⁊ psalmis
de me. Tunc aperuit illis sensum:
vt intelligerent scripturas. Et di-
xit eis. Qm̄ sic scriptū est. ⁊ sic opor
tebat pati xp̄m. et resurgere a mor
tuis: die tercia. Et predicare in no-
mine eius penitentiam et remissio
nem pctōꝝ: in omnes gentes. Offꝫ.

Intonuit de celo dn̄s et altissimus dedit
vocem suam et apparuerūt fontes aqua
rum alleluya. Secreta.

Suscipe dn̄e fidelium preces cū
oblationibus hostiarum. vt
per hec pie deuotionis officia ad ce
lestem gloriam transeamus. Per.
Prefatio. Te quidem omni tempore
Cōmunicantes. Hanc igitur. vt in
die pasche. Cōm. Si consurrexistis cum
cristo que sursū sunt querite alleluya vbi
cristus est in dextera dei sedens que sursū
sunt sapite alleluya. Postcōm.

Concede quesumus oīpotens
deus: vt paschalis redemptio

sacramēti. continua in nostris mē tibus perseueret. Per. Feria. iiii.

Venite benedicti patris mei percipite regnū alleluya. qđ vobis paratum est ab origine mundi alleluya allā allā. ps. Cantate dn̄o canticum nouum: quia mirabilia fecit. Glia patri. Orō

Deus qui nos resurrectionis dominice annua solēnitate letificas: concede propicius. vt per tpalia festa que agimus peruenire ad gaudia eterna mereamur. Per do. Lectio actuum apostolorum. iii

In dieb3 illis. Aperiens petrus os suū dixit. Viri israelite: et qui timetis deū audite. Deus abraham ⁊ deus ysaac. et deus iacob: deus patrum nostrorꝫ glorificauit filiū suū ihm̄: quem vos quidem tradidistis et negastis ante faciem pilati iudicante illo dimitti. Vos autem scm̄ et iustum negastis: et petistis virū homicidā donari vobis. Auctorē vero vite interfecistis: quē deus suscitauit a mortuis. cui9 nos testes sumus. Et nunc fratres scio quia per ignorātiam fecistis: sicut et principes vestri. Deus autem q̄ prenunciauit per os oīm prophetarum pati cristum suum: impleuit sic. Penitemini igitur et conuertimini: vt deleantur peccata vestra. ℟. Hec dies quam fecit dominus exultemus et letemur in ea. ℣. Dextera domini fecit virtutem dextera dn̄i exaltauit me. Alleluya. ℣. In die resurrectionis mee dixit dominus precedam vos in galileam.

Fulgens preclara Prosa. rutilat per orbem hodie dies in qua xp̄i lucida narrantur ouanter prelia. De hoste superbo quem iesus triūphauit pulcre decenter castra illius perimens teterrima. Infelix culpa eue qua caruimus om̄s vita. Felix proles marie qua epulamur modo vna. Benedicta sit celsa regina illa. Generās regem spoliantē tartara. Pollentem iam in ethera. Rex ineternū suscipe benignus preconia nostra sedule tibi canentia. Patris sedens ad dexterā. Victor vbiq3 morte superata atq3 triūphata polorꝫ possidens gaudia O magna o celsa o pulcra clemen tia xp̄i luciflua o alma. Laus tibi honorq3 ac vtus qui nr̄am ātiquā leuiasti sarcinā Roseo cruore agni benignissimi empta florida micat hec aula. Potenti vtute nr̄a qui lauit facinora tribuit dona fulgida. Stupēs valde in memet iā miror hodierna Tanta indignis pandere nobis sacramēta. Stirpe dauitica ortus de tribu iuda leo potēs surrexit in glia agnus visus est in tra fundans olim arua regna potens supera iustis reddens premia ī secula dignāter ouātia. Dic impie zabule qđ valet nūc fraus tua. Igneis nexus loris a xp̄i victoria. Om̄s lingue admiramini q̄s audiuit talia misteria. Vt mors mortē sic superaret rei perciperēt talem grām. Iudea incredula cur manes adhuc inuerecūda Perspice xp̄icolas qua-

liter leti canūt īclita. Redemptori carmina. Ergo pie rex criste nobis dans peccamina. Solue nexorum vincula. Electorꝶ agmina. Fac tecum resurgere ad beatam gloriā. Digna rependens merita. Paracliti sancti consolationē piā. Expectamus scdm promissionem tuam Per acta ascensionis sancta solemnia. Qua es regressus in celum tectus nube clara. Pollēs laude eterna.

Scdm iohannem vltimo

In illo tpe: Manifestauit se iterū ihūs discipulis suis. ad mare tyberiadis: manifestauit aūt sic. Erant autē simul symon petrus et thomas qui dicitur didimus. et nathanael qui erat a chana galilee et filii zebedei. et alii ex discipulis eius duo. Dixit ei symō petrus Vado piscari. Dicunt ei. Venimus et nos tecū. Et exierunt et ascenderūt in nauim: et illa nocte nichil prendiderūt. Mane autem facto: stetit ihūs in littore. Non enī cognouerunt discipuli quia ihūs est. Dixit ergo eis ihūs. Pueri: nunquid pulmentarium habetis: Rñderunt ei Non. Dixit eis. Mittite in dexterā nauigii rete: et inuenietis. Miserūt ergo rete: et iā nō valebāt illud trahere pre multitudine piscium. Dixit ergo discipulus ille quem diligebat ihūs: petro. Dñs est. Symō petrus cum audisset qꝛ dñs est: tunica succinxit se. Erat enī nudus: et misit se in mare. Alii aūt discipuli: nauigio venerūt. Non enī longe erāt a terra: sꝫ quasi cubitis ducētis trahentes rete pisciū. Vt ergo descenderūt in terram: viderūt prunas positas et piscem superpositū ꝛ panē Dixit eis ihūs. Afferte de piscibus quos prendidistis nūc. Ascendit ergo symon petrus et traxit rete in terrā plenū magnis piscibꝫ. centū quiquagita tribꝫ: et cū tanti essent non est scissum rete. Dixit eis iesus. Venite prandete. Et nemo audebat discūbentiū interrogare eū tu quis es: sciētes quia dñs est. Et venit ihūs et accepit panem et dedit eis. ꝛ piscem similiter. Hoc iam tercio manifestatus est ihūs discipulis suis: cū surrexisset a mortuis Offꝫ. Portas celi aperuit dñs et pluit illis manna vt ederent panem celi dedit illis panem angelorum manducauit homo

allelupa. Secreta.

Sacrificia dñe paschalibꝫ gaudiis imolamꝰ. quibꝫ ecclia tua mirabiliter et pascitur ꝛ nutritur. Per. Cō. Cristus resurgens ex mortuis iā non moritur allā mors illi vltra nō dñabitꝛ allā allā.

Postcō.

Ab omni nos q̄s dñe vetustate purgatos: sacramēti tui veneranda pceptio ī nouā trāsferat creaturam. Per.

Feria. v.

Victricē manū tuā dñe laudauerūt pariter allā qꝛ sapientia aperuit os mutū et liguas infantiū fecit disertas alleluya allā. ꝑ. Confitemini dño qm̄ bonus: qm̄ in seculum mia eius.

Orō.

Deus qui diuersitatē gentiū in ꝯfessione tui nois adunasti: da

vt renatis fonte baptismatis vna sit fides mentium et pietas actionum. Per dñm. Lectio actuum aplo℞. viii.

In diebus illis. Angelus domini locutus est ad philippũ dicens. Surge et vade contra meridianũ: ad viam que descendit ab ierl'm ad gazam: hec est deserta. Et surgens abiit. Et ecce vir ethiops eunuchus potens candacis regine ethiopũ qui erat super omnes gazas eius. venerat adorare in ierl'm: et reuertebatur sedens super currũ suũ. legensq3 ysaiam pphetam. Dixit aũt spũs philippo. Accede: et adiunge te ad currũ istũ Accurrens aũt philippus: audiuit illũ legẽtem ysaiam prophetam et dixit. Putas ne ĩtelligis que legis? Qui ait. Et quomodo possum intelligere: nisi aliquis ostenderit michi? Rogauitq3 philippũ vt ascenderet et sederet secum. Locus autẽ scripture: hic erat quẽ legebat. Tãq̃ ouis ad occisionem ductus est et sicut agnus coram tondente se. sine voce: sic non aperuit os suũ. In humilitate iudicium eius sublatũ est: generationem eius quis enarrabit? Qm̃ tollet̃ de terra vita eius Respondens aũt eunuchus: philippo dixit. Obsecro te. de quo propheta dicit hoc: de se an de alio aliquo? Aperiens autem philippus os suũ et incipiens a scriptura ista: euangelizauit illi ihm̃. Et dum irent p viam: venerũt ad quandã aquam Et ait eunuch⁹. Ecce aqua. Quis prohibet me baptizari? Dixit ei philippus. Si credis ex toto corde tuo licet. Et rñdens ait. Credo dei filium esse ihm̃. Et iussit stare currũ. Et descenderũt vterq3 ĩ aquã philippus ⁊ eunuchus. ⁊ baptizauit eũ Cũ aũt descendissent de aqua sp̃s dñi rapuit philippũ: et amplius nõ vidit eum eunuchus. Ibat autem per viã suã gaudens. et philippus inuentus est in azoto. Et pertrãsiẽs euangelizabat ciuitatibus cunctis donec veniret cesaream: nomẽ dñi nostri iesu cristi. ℟. Hec dies quã fecit dñs exultem⁹ et letemur in ea. ℣. Lapidẽ quẽ reprobauerũt edificantes hic fctũs est in caput anguli a dño fctm̃ est et est mirabile ĩ oculis nris. Allã. ℣. Angelus dñi descendit de celo et accedẽs reuoluit lapidẽ et sedebat super eũ. ℣. Rñdens aũt angelus dixit mulierib3 quem queritis ille autem dixerunt ihm̃ nazarenum.

Secundum iohannem. xx

In illo tempore: Maria stabat ad monumentum: foris plorans. Dum ergo fleret: inclinauit se. et prospexit in monumentũ. Et vidit duos angelos in albis sedentes: vnũ ad caput et vnũ ad pedes vbi positũ fuerat corpus iesu. Dicunt ei illi. Mulier q̃d ploras? Quẽ queris? Dixit eis. Quia tulerunt dominum meum: et nescio vbi posuerunt eum. Hec cum dixisset: cõuersa est retrorsum. Et vidit ihm̃ stantem: et non sciebat quia iesus est. Dixit ei iesus. Mulier quid ploras? Quem queris? Illa existimãs

quia ortolanus esset dixit ei. Dñe si tu sustulisti eu₂ dicito michi vbi posuisti eũ et ego eũ tolla₂. Dixit ei iesus Maria Cõuersa illa: dixit ei. Raboni quod dicitur magister. Dixit ei iesus Noli me tãgere Nõ dum enĩ ascendi ad patrẽ meũ Uade autem ad fratres meos. ⁊ dic eis Ascendo ad patrẽ meũ et patrẽ vestrum: deũ meũ et deũ vestrum Uenit maria magdalene annũcians discipulis quia vidi dominũ: et hec dixit michi. Offr₂. In die solẽnitatis vestre dixit dominus inducã vos in terram fluentem lac et mel allelupa. Secreta

Suscipe q̃s dñe munera populo₂ tuo₂ ꝓpicius: ut cõfessione tui nois ⁊ baptismate renouati sẽpiternã beatitudinẽ cõsequãtur P. Cõ. Populus acquisitionis annũciate virtutes eius allelupa qui vos de tenebris vocauit in admirabile lumen suum allã

Exaudi dñe allelupa. Postcõm. preces nostras: vt redemptionis nostre sacro sancta commercia et vite nobis conferant presentis auxilium: ⁊ gaudia sempiterna cõcilient. Per dñm. Feria sexta

Eduxit eos dñs in spe allelupa et inimicos eo₂ operuit mare allelupa allelupa allelupa. ps. Attẽdite popule meus legẽ meã inclinate aurem vestrã in verba oris mei Gloria patri. Oratio

Omps sẽpiterne de⁹ q̃ paschale sacramentũ in recõciliatiõis humane federe contulisti: da mentibus nostris vt quod ꝓfessione celebramus imitemur effectu. P. Lectio

Carissimi: (bti petri. apo. i. iii. Cristus semel ꝓ peccatis nostris mortuus est iustus ꝓ iniustis vt nos offerret deo: mortificatos q̃dẽ carne: viuificatos aũt spiritu In quo et his. q̃ in carcere erãt spiritaliter veniens predicauit qui increduli fuerant aliqñ. qñ expectabãt dei patientiã in dieb₂ noe cũ fabricaret archa: i qua pauci id est octo aĩe salue facte sũt ꝑ aquã Quod ⁊ nos nunc similis forme saluos facit baptisma. Nõ carnis depositio sordiũ: sed conscientie bone interrogatio in deũ. Per resurrectionẽ iesu cristi: qui est in dextera dei. R. Hec dies quam fecit dñs exultemus et letemur in ea. V. Benedictus qui venit in nomine dñi deus dñs et illuxit nobis. Allła. V. Benedictus es dei filius qui resurrexisti a mortuis miserere nobis. Secundũ

In illo tpe. matheum. xxviii Undeci discipuli abierunt ĩ galyleam: ĩ montẽ vbi cõstituerat illis iesus. Et videntes eũ adorauerũt: quidã aũt dubitauerunt Et accẽdens iesus locutus est eis dicẽs. Data est michi oĩs ptãs: ĩ celo ⁊ in terra Eũtes ergo docete oẽs gẽtes baptizãtes eos ĩ noĩe patris et filii ⁊ sps sctĩ. Docẽtes eos seruare oĩa quecunq₃ mandaui vobis. Et ecce ego vobiscũ sũ oibus diebus: vsq₃ ad cõsũmationẽ seculi. Offr₂. Erit vobis hic dies memorialis allelupa ⁊ in diẽ festũ celebrabitis solemnem dño in progeniis vestris legitimũ sempiternum diem

alleluya alleluya alleluya. Secreta
Hostias quesumus dn̄e placa-
tus assume: quas et p̄ rena-
torum expiatione peccati deferim⁹
et pro acceleratione celestis auxilii
Per dominum. Cōm. Data est michi
omnis potestas. ī celo ⁊ in terra alleluya
euntes docete omnes gentes baptizantes
eos in noīe patris ⁊ filii et spiritus sancti
Respice alleluya all'a Postcōm.
quesumus dn̄e populum tu
um et quem eternis dignatus es re
nouare misteriis: a tēporalibus cul
pis dignanter absolue. Per dn̄m.
Eduxit dn̄s po Sabbato.
pulum suū in exultatione
alleluya et electos suos ī le
ticia alleluya alleluya. ps̄. Cōfitemi
dn̄o ⁊ inuocate nomē ei⁹ ānūciate iter gētes
Concede quesu opa eius. Orō.
mus omnipotens deus vt qui
festa paschalia venerando egimus
per hec contingere ad gaudia eter-
na mereamur. p. Lctō. b. petri. apo. i. ii.
Carissimi Deponentes omnē
maliciam et omnem dolū ⁊
simulationes: et inuidias: ⁊ omnes
detractiones: sicut modo geniti in-
fātes rationabiles sine dolo. lac cō
cupiscite: vt in eo crescatis in salu
tem si tamen gustatis quoniā dul
cis est dominus. Ad quem acceden
tes lapidem viuum ab hominibus
quidē reprobatū: a deo aūt electū ⁊
honorificatū Et ipsi tanq̄ lapides
viui sup edificami domos spirita-
les: sacerdotiū sctm̄ offerētes spiri-
tales hostis acceptabiles deo p̄ iesū
cristum Propter quod cōtinet scri
ptura Ecce pono ī syon lapidē sū-
mū angularē electū preciosū ⁊ oīs
qui crediderit ī illū nō cōfūdet Vo
bis igit̄ honor credētib⁹: nō credēti-
b⁹ aūt lapis quē reprobauerūt edi-
ficantes: hic factus est in caput an
guli. Et lapis offensionis: et petra
scandali his q̄ offendunt verbo nec
credunt in quo ⁊ positi sūt Vos au-
tem gen⁹ electū regale sacerdotiū
gens sancta. populus acquisitiōis
vt virtutes annūcietis eius qui de
tenebris vos vocauit in admirabi-
lem lumē suū. Qui aliqn̄ non po-
pulus: nūc autem popul⁹ dei. Qui
nō cōsecuti miam: nūc autē miam
consecuti Alleluya. V. Hec dies quā fecit
dn̄s exultemus et letemur in ea Alleluya
Laudate pueri dn̄m laudate nomen dn̄i.
Secundum Johannem. xx.
In illo tp̄e: Vna sabbati ma-
ria magdalene venit mane
cū adhuc tenebre essēt ad monumē
tuꝫ ⁊: vidit lapidē sublatū a monu
mento. Cucurrit ergo et venit ad
symonem petruꝫ ⁊ ad aliū discipu
lum quē amabat iesus: et dixit eis.
Tulerūt dn̄m meum de monumē
to: et nescio vbi posuerūt eū: Exiit
ergo petrus et ille alius discipulus
et venerutt ad monumentū Cur-
rebāt autem duo simul ad monu
mentum: et ille alius discipul⁹ pre-
cucurrit citius petro: et venit prior
ad monumētū. Et cū se iclinasset
vidit posita litheamina nō tn̄ itro
iuit Venit ergo symon petr⁹ sequēs

eum: et introiuit in monumẽtum
Et vidit lintheamina posita et su
darium quod fuerat sup caput eiꝰ
non cũ lintheaminibus positũ: sed
separatim inuolutum in vnũ locũ
Tunc ergo introiuit et ille alius
discipulus qui venerat prior ad mo
numentum: et vidit et credidit Nõ
dum enim sciebat scripturas quia
oportebat eũ a mortuis resurgere.
Offer. Benedictus qui venit in nomine
domini benediximus vobis de domo do-
mini deus dñs et illuxit nobis alleluya
alleluya. Secreta

Concede quesumus domine se
p nos p hec misteria pascha
lia gratulari: vt continua nostre re
paratiõis operatio perpetue nobis
fiat causa leticie. Per Cõm. Omnes
qui in cristo baptisati estis cristum indui
stis alleluya. Postcommunio.

Redemptionis nostre munere
vegetati quesumus domine
vt hoc perpetue salutis auxilium
fide semper vera perficiat Per do.
Dominica prima in octaua pasche sic fi-
at vt in die per totum ꝛ in subsequenti eb
domada dicatur.

Quasi modo geniti īfantes
alleluya rationabiles sine
dolo lac concupiscite. alle
luya alleluya alleluya. ps. Exultate
deo adiutori nr̃o iubilate deo iacob Glo-
ria patri Oratio

Presta quesumus omnipotẽs
deus: vt qui paschalia festa p
egimus hec te largiente moribus
et vita teneamus. Per dominum.

Lectio epistole bti iohannis aplĩ. i. io.

Carissimi: Omne quod natũ
est ex deo: vincit mundũ Et
hec est victoria que vincit mundũ
fides nostra. Quis est autẽ qui vi-
cit mundum: nisi qui credit quoni-
am iesus est filius dei: Hic est qui
venit per aquam et sanguinẽ iesꝰ
cristus Non in aqua solum: sed in
aqua et sanguine. Et spiritus est
qui testificatur: quonia cristus est
veritas. Quia tres sũt: qui testimo
nium dant ĩ terra. Spiritus: aqua
et sanguis: et hi tres vnũ sunt. Et
tres sunt: qui testimonium dant ĩ
celo: pater: et filius: et spiritus san
ctus Et hi tres vnum sunt Si te
stimonium hominum accipimus
testimonũ dei maius est. Qm̃ hoc
est testimoniũ dei quod maius est:
qz testificatus est de filio suo. Qui
credit in filium dei: habet testimoni
um dei in se. Alleluya. v. Post dies octo
ianuis clausis stetit iesus ĩ medio discipu
lorum suorum et dixit eis pax vobis. Alle
luya. v. Surrexit dominus et occurrens
mulieribꝰ ait auete tunc accesserunt ꝛ ado
rauerunt eum. Secundum iohannẽ xx.

In illo tempore: Cum esset se
ro die illo vna sabbatoꝝ ꝛ fo
res essent clause vbi erat discipli cõ
gregati ppt metũ iudeoꝝ: venit ie-
sus ꝛ stetit in medio eorũ ꝛ dixit eis
Pax vobis. Et cũ hoc dixisset: ostẽ
dit eis manꝰ et latus. Gauisi sunt
ergo discipuli: viso domino. Dixit
ergo eis iterum. Pax vobis Sicut
misit me pat: et ego mitto vos Et

cū hoc dixisset: insufflauit et dixit eis Accipite spiritum sanctum: quorum remiseritis peccata remittuntur eis: et quorum retinueritis peccata retenta sunt. Diuisio.

Thomas autem vnus de duodecim qui dicitur didimus non erat cum eis quando venit iesus. Dixerunt ergo ei alii discipuli Vidimus dominum. Ille autem dixit eis Nisi videro in manibus eius fixuram clauorum et mittam digitum meum in locū clauorum: et mittā manum meam in latus eius non credam. Et post dies octo iterū erāt discipuli eius intus ꝛ thomas cum eis. Venit iesus ianuis clausis ꝛ stetit in medio: ꝛ dixit eis. Pax vobis Deinde dicit thome. Infer digitū tuum huc: et vide manus meas: et affer manum tuam et mitte in latus meū et noli esse incredulus sed fidelis. Respondit thomas: et dixit ei. Dominus meus et deus meus Dixit ei ies9. Quia vidisti me thoma credidisti: beati qui non viderūt et crediderunt. Multa quidem et alia signa fecit iesus in cōspectu discipulorum suorum que non sunt scripta i libro hoc. Hec autem scripta sunt vt credatis: quia iesus est cristus filius dei. Et vt credētes vitam habeatis: in nomine ipsius.

Offꝫ. Angelus domini descendit de celo ꝛ dixit mulieribꝫ quem queritis surrexit sicut dixit uobis allelupa. Secreta.

Suscipe munera quesumus domine exultantis ecclesie tue vt cui causam tanti gaudii prestitisti perpetuū fructum concede leticie Per. Prefacio. Te quidē. Cōmunicantes. Hanc igitur. Cōm. Mitte manum tuam et cognosce loca clauorum allelupa et noli esse incredulus sed fidelis allelupa allelupa. Postcōmunio

Quesum9 domine deus noster vt sacro sancta misteria que pro reparatōnis nostre munimine contulisti: ꝛ presens nobis remediū esse facias et futurum. Feria iiii.

Fratres: Ad hebreos. vltimo. Obsecro obedite prepositis vestris: et subiacete eis. Ipsi enim peruigilant quasi ratione pro animabus vestris reddituri: vt cū gaudio hoc faciant et non gementes. Hoc enim nō expedit vobis Orate pro nobis: confidimus eni quia bonam conscienciam habemus in oībus bene volentes conuersari Amplius autem deprecor vos hoc facere: quo celerius restituar vobis Deus autem pacis qui eduxit de mortuis pastorem magnū ouium i sāguine testamenti eterni dñm nrm̄ iesum cristum aptet vos i omni bono: vt faciatis eius voluntatem: faciens in vobis quod placeat coram se per iesum cristum Cui est gloria in secula seculoꝝ amen Euangeliū

Secundum marcum. xvi.

In illo tpe. Surgēs iesus mane prima sabbati: apparuit primo marie magdalene. de qua eiecerat septē demonia Illa vadēs nūciauit his qui cū eo fuerāt lugētibꝫ et

flentibus. Et illi audientes quia vi
ueret et visus esset ab ea: non credi
derunt. Post hec autem duobus ex
eis ambulantibus: ostensus est in
alia effigie euntibus in villam. Et
illi euntes: nunciauerunt ceteris.

Feria sexta Secundum matheum. vltio.

In illo tempore: Exierũt mu
lieres cito de monumẽto cũ
timore: et gaudio magno currẽtes
nũciare discipulis eius. Et ecce ie
sus occurrit illis dicens Auete. Illi
autem accesserunt et tenuerũt pe
des eius: et adorauerũt eũ. Tunc ait
illis iesus. Nolite timere. Ite nun
ciate fratribus meis vt eant in ga
lileam: ibi me videbunt. Que cum
abiissent: ecce quidã de custodienti
bus venerunt in ciuitatem et nũ
ciauerunt principibus sacerdotum
omnia que facta fuerant. Et con
gregati cum senioribus: cõcilio ac
cepto pecuniam copiosã dederunt
militibus dicentes. Dicite quia di
scipuli eius nocte furati sunt eum
nobis dormientibus. Et si hoc au
ditum fuerit a preside nos suadebi
mus ei et securos vos faciemus. At
illi accepta pecunia: fecerunt sicut
erãt docti. Et diuulgatum est ver
bum istud apud iudeos: vsque in ho
diernũ diem. Dñica. i. post oct. pasche

Misericordia dñi plena est
terra alleluya verbo dei ce
li firmati sũt alleluya al
leluya. ps. Exultate iusti in dño rectos
decet collaudatio. Oratio

Deus qui in filii tui humilita
te iacentem mundum erexisti fi
delibus tuis perpetuam concede
leticiam: vt quos perpetue mortis
eripuisti casibus gaudiis facias sẽ
piternis perfrui. p. Petri apostoli. i. ii

Carissimi: Cristus passus est p
nobis vobis relinquens exẽ
plum: vt sequamini vestigia eius.
qui peccatum non fecit nec inuen
tus est dolus in ore eius. Qui cum
male diceret: non maledicebat. Cũ
pateretur: non comminabat. Tra
debat autem iudicãti se iniuste: qui
peccata nostra ipse pertulit i corpo
re suo super lignũ: vt peccatis mor
tui iusticie viuamus: cuius liuore
sanati estis. Eratis eni: sicut oues
errantes. Sed conuersi estis nunc
ad pastorem et episcopum anima
rum vestrarum. Alleluya. v. Ego sum
pastor bonus qui pasco oues meas. Allelupa.
v. Cristus resurgens ex mortuis iã nõ mo
ritur mors illi vltra non dominabitur.

In illo Secundum iohannẽ. x.
tempore Dixit iesus discipu
lis suis. Ego sum pastor bonus Bo
nus pastor: animam suam ponit p
ouibus suis. Mercennarius autem
et qui non est pastor: cuius non sũt
oues proprie videt lupum venien
tẽ et dimittit oues et fugit. Et lu
pus rapit et dispergit oues Mercẽ
narius autem fugit quia mercẽna
rius est: et non pertinet ad eum de
ouibus Ego sum pastor bonus et
cognosco oues meas: et cognoscunt
me mee. Sicut nouit me pater et
ego agnosco patrem et aiam meam

pono pro ouibus meis. Et alias oues habeo que non sũt ex hoc ouili: et illas oportet me adducere & vocem meam audient. Et fiet vnum ouile et vnus pastor. Offer. Deus deus meus ad te de luce vigilo & in nomine tuo leuabo manus meas alla. Secreta

Benedictõnẽ nobis dñe cõferat salutarem sacra semp oblatio: vt quod agit misterio virtute perficiat Per do. Cõ. Ego sum pastor bonus allelupa & ego cognosco oues meas et cognoscunt me mee allelupa allelupa.

Presta nobis quesu Postcõm. mus omnipotens deus: vt viuificatõis tue gratiam consequentes in tuo sẽper munere gloriemur

Feria iiii. Lectio ep̃le beati petri apostoli

Fratres. Scientes q̃ non i. i. corruptibilibus argento vel auro redempti estis de vana vestra cõuersatiõe paterne traditiõis: sed precioso sanguine quasi agni incõtaminati et immaculati iesu cristi precogniti quidẽ ante mundi cõstitutionẽ: manifestati autẽ nouissimis temporibus ꝓpter vos qui per ip̃m fideles estis in deo qui suscitauit eũ a mortuis et dedit illi gloriam vt fides vestra et spes esset in deo. Aias vestras castigantes: in obedientia caritatis i fraternitatis amore. Simplici ex corde: attentius inuicẽ diligite renati non ex semine corruptibili s; icorruptibili p vbũ dei viui & pmanẽtis ieternũ q2 ois caro fenũ & omnis gloria eius tanq̃ flos feni Exaruit eni fenũ et flos eius decidit: verbũ autem dñi manet ineternum. Secundum lucam. xxiiii.

In illo tẽpore. Vna autẽ sabbati valde diluculo venerũt mulieres ad monumentũ: portantes que parauerant aromata. Et inuenerunt reuolutũ lapidẽ a monumento: et ingresse nõ inuenerũt corpus dñi iesu Et factũ est dũ mẽte cõsternate essent ecce duo viri steterunt iuxta illas in veste fulgenti. Cũ timerent aũt et declinarent vultum in terram: dixerunt ad illas. Quid queritis viuentem cum mortuis: Non est hic sed surrexit. Recordamini qualiter locut9 sit vobis cũ adhuc in galilea esset: dicens Quia oportet filium hoīs tradi in manus peccatorꝝ et crucifigi et die tercia resurgere. Et rememorate sũt verborum eius: et egresse a monumento nunciauerũt hec omia illis vndeci et ceteris omnib; Erat autem maria magdalene et iohanna et maria iacobi & cetere que cũ ip̃is erant que dicebãt ad apostolos hec Et visa sunt ante illos sicut deliramentũ verba ista: et nõ credebãt illis. Petrus autem surgens cucurrit ad monumentũ: et procumbẽs vidit lintheamina posita. Et abiit secum mirans: quod factum fuerat

Feria sexta. Ad corinthios. i. xv.

Fratres: Sicut in adam om̃s moriunt: ita et in cristo om̃s viuificabũt Vnusq̃sq; aũt i suo ordine p̃imicie xp̃s Deide hi qui sũt cristi: q̃ in aduentũ eius crediderũt

consummationem. Excelsus ⁊ immensus. Ibi fuerunt gigantes nominati: illi qui ab initio fuerũt statura magna scientes bellũ. Nõ hos elegit dñs: neq; viã discipline inuenerũt: ppterea perierũt. Et quoniam non habuerũt sapiẽtiã: interierũt propter suam insipientiam. Quis ascendit in celos et accepit eã: ⁊ deduxit eã de nubibus. Quis transfretauit mare et inuenit eã et attulit eã super aurũ electum? Nõ est qui sciat viã eius neq; qui excogitet semitas ei⁹. Sed qui scit vniuersa nouit illã: et adinuenit illam prudencia sua. Qui perfecit terrã in sempiterno tpe: et adimpleuit eam pecudibus et quadrupedibus. Qui emittit lucem et vadit et vocauit eã et audiuit eum ĩ tremore. Stelle aũt dederũt lumen in custodiis suis: et letate sunt. Vocate sũt: Dixerunt Adsumus. Et luxerũt ei cũ iocunditate: q̃ fecit illas. Hic ẽ de⁹ noster et non estimabitur alius ad illum. Hic adinuenit omnẽ viã discipline et dedit illã iacob puero suo ⁊ israel electo suo. Post hec sup terrã visus est: et cũ hominibus cõuersatus est. Tractus Sicut ceruus. Oratio.

Omps sẽpiterne deus q̃ pascha le sacramentũ quinquagínta dierũ voluisti misterio contineri presta vt gentiũ facta dispersio diuisione linguarũ ad vnã cõfessionem tui nois celesti munere cõgregetur. Per. Finito officio descendendũ est ad fõtes cãtando letaniã sicut in vigilia pasche

Ad missã. kyri eleysõ. Glia ĩ excelsis. Oratio

Presta quesumus omnipotens deus vt claritatis tue sup nos splẽdor effulgeat ⁊ lux tue lucis corda eorũ qui p gratiã tuam renati sunt sancti spiritus illustratione cõfirmet Per dominum

Lectio actuum apostolorum. xix.

In diebus illis Factũ est cum apollo esset corinthi: ⁊ paul⁹ pagratis supioribꝫ ptibus veniret ephesũ et inueniret quosdam discipulos dixit q; ad eos. Si spm̃ sctm̃ accepistis credentes. At illi dixerũt ad eũ Sed neq; si spũs sctũs est audiuimus. Ille vero ait In quo ergo baptizati estis? Qui dixerunt in iohãnis baptismate. Dixit aũt paulus: iohãnes baptizauit baptismo penitentie pplm: dicens ĩ eũ qui venturus est post ipsum vt crederẽt: hoc est in iesuꝫ His auditis baptizati sunt in noĩe dñi iesu. Et cum imposuisset illis manus paul⁹: venit spiritus sanctus super illos: et loq̃bantur linguis et prophetabant. Erant aũt omnes viri: fere duodecim Introgressus autem paulus synagogam cuꝫ fiducia: loquebatur per tres menses Disputans ⁊ suadens de regno dei. Allelu ya. v⁹ Confitemini dño quoniam bonus quoniam in seculum misericordia eius. Tractus

Laudate dominum omẽs gentes et collaudate eum omnes populi. v. Quoniam confirmata est super nos misericordia eius et veritas domini manet in eternum. Secundum iohannem. xiiii.

In illo tempore: Dixit iesus
discipulis suis. Si diligi-
tis me: mandata mea seruate. Et
ego rogabo patrem et alium para
clitum dabit vobis: vt maneat vo-
biscum ineternum: spiritum verita
tis quem mundus non potest ac-
cipere: quia non vidit eū nec scit eū
Vos autem cognoscetis eum quia
apud vos manebit et in vobis erit
Non relinquā vos orphanos veni
am ad vos Adhuc modicum: et mū
dus iam me non videbit Vos autē
videbitis me qꝛ ego viuo et vos vi-
uetis. In illo die vos cognoscetis qꝛ
ego sū ī prē meo et vos ī me et ego ī
vobis. Qui habet mandata mea ⁊
seruat ea ille ē qui diligit me. Qui
autem diligit me: diligetur a patre
meo. Et ego diligam eum ⁊ mani
festabo ei meipsū. Offꝛ. Emitte spiri
tum tuum et creabuntur et renouabis fa
ciem terre sit gloria domini in secula alle
m Munera quesu lupa. Secreta
mus domine oblata sancti-
fica nosqꝫ a peccatorū nostrorum
maculis emūda. Per. Prefacio. Qui
ascendens. Communicantes Hāc
igitur. Cōm. Vltimo festiuitatis die dice
bat iesus qui in me credit flumina de ven
tre eius fluent aque viue hoc autem dixit
de spiritu quē accepturi erant credentes ī
eum alleluya alleluya Postcōmunio.
Sancti spiritus domine corda
nostra mundet infusio: et sui
roris intima aspersione fecundet.
Per dominum. eiusdē.

In die penthecostes.



Spiritus domini re-
pleuit orbem terra-
rum alleluya ⁊ hoc
quod cōtinet omia
scientiam habet vo
cis alleluya alleluya alleluya. ps.
Exurgat deus et dissipentur inimici eius
et fugiant qui oderunt eum a facie eius.
Deus qui corda fideliū sā Orō
cti spiritus illustratione do-
cuisti: da nobis in eodem spiritu re
cta sapere ⁊ de eius semper sancta
consolatione gaudere Per dominū
In vnitate eiꝰdem ⁊c. Lectio actuum
apostolorum. ii.
In diebus illis. Dum comple
rentur dies pēthecostes. erāt
oīs discipuli pariter in eodē loco.
Et factus ē repēte de celo sonꝰ tāq̄
aduenientis spūs vehemētis ⁊ reple
uit totā domū vbi erāt sedētes. Et
apparuerunt illis dispertite ligue

onis vitulus serpens aries leo ver
mis. Os verbum splendor sol glia
lux z imago. Panis flos vitis mõs
ianua petra lapisqz. Angelus z spõ
sus pastorqz pphēta sacerdos. Atha
natos kyros theos panthon cratõ
ysus. Saluificet nos sic cui secla p
omnia dora. Amen. S. iohēm. iii.

i n illo tempore: Dixit iesus di
scipulis suis. Sic deus dilexit
mundum: vt filium suū vnigeni-
tum daret. vt omis qui credit in eū
nō pereat: sed habeat vitam eternā
Non enim misit deus filium suū
in hunc mundum. vt iudicet mun-
dum: sed vt saluetur mundus per
ipsum. Qui credit in eum: non iu-
dicatur. Qui autem non credit. iā
iudicatus est: quia non credit in no
mine vnigeniti filii dei. Hoc est au
tem iudiciū quia lux venit in mun
dum: et dilexerūt homines magis
tenebras ꝙ lucem. Erant enī illoꝝ
mala opera. Omnis enim qui ma
le agit odit lucem: et non venit ad
lucem. vt non arguant opera eius
Qui autem facit veritatem venit
ad lucem: vt manifestent eius opa:
quia in deo sunt facta. Offꝫ. Intonu
it de celo dñs et altissimus dedit vocem
suam et apparuerunt fontes aquaꝝ alla

p ropicius domine Secreta.
quesum⁹ hec dona sanctifica
et hostie spiritalis oblatione susce-
pta nosmetipsos tibi perfice mun⁹
eternū. Per dñm. Prefatio. Qui ascē
dens. Coicantes. Hāc igitur. Cōm.
Spiritus sctūs docebit vos alleluya que-
cunqz dixero vobis alleluya alla. Postcō.

a desto qs dñe pplo tuo et quē
misterijs celestibz imbuistis
ab hostium furore defende. Per do.

Accipite iocun- Feria. iiii.
ditatem glorie vestre al-
leluya grās agentes deo
allā qui vos ad celestia regna voca
uit alla alla alla. ps. Attendite popu-
le meus legem meā: inclinate aurē vestrā
in verba oris mei. Oratio.

a dsit nobis qs dñe virtus spi
ritus sancti: que et corda nr̄a
clementer expurget z ob omnibus
tueatur aduersis. Per. In vnitate
eiusdem. Lectō actuum aploꝝ. viii.

i n diebus illis. Cū audissent
apostoli qui erant therosoli-
mis quia recepisset samaria verbū
dei: miserūt ad eos petrū et iohēm.
Qui cū venissent orauerūt p ipsis:
vt acciperent spm̄ sanctum. Non-
dum enī in quēꝙ illoꝝ venerat. sed
baptizati tantū erant. in noīe dñi
iesu. Tunc imponebāt manus sup
illos: et accipiebant spm̄ sanctum.
Alla. v. Veni sancte spiritus reple tuorū
corda fideliū et tui amoris i eis ignem ac
cende. Alla. v. Sps sctūs procedens a thro
no apostolorū pectora inuisibili hodie per-
lustrauit potentia. Prosa

v eni sancte spūs et emitte ce-
litus lucis tue radium. Veni
pater pauperū veni dator munerū
veni lumen cordiū. Consolator op
time dulcis hospes aīe dulce refrige
riū. In labore requies in estu tem-
peries in fletu solaciū. O lux bea-

tissima reple cordis intima tuorum fidelium. Sine tuo numine nichil est in lui e nichil est innoxium. Lava qd est sordidum riga qd e aridum sana qd est saucium. Flecte qd est rigidum foue qd est frigidum rege quod est deuium. Da tuis fidelibus in te confidentibus sacrum septenarium. Da virtutis meritum da salutis exitum da perenne gaudium. Amen. Scdm iohem. x.

In illo tpe: Dixit ihus discipulis suis. Amen amen dico vobis: qui non intrat per ostium in ouile ouium. sed ascendit aliunde: ille fur est et latro. Qui aut intrat per ostium: pastor est ouium. Huic ostiarius aperit: et oues vocem eius audiunt. et pprias oues vocat noiatim: et educit eas. Et cum proprias oues emiserit. ante eas vadit: et oues illum sequuntur. qr sciunt vocem eius Alienum aut non sequunt sed fugiunt ab eo: qr non nouerunt vocem alienorum. Hoc prouerbium dixit eis iesus. Illi aut non cognouerunt: qd loqueretur eis. Dixit ergo eis iterum ihus Amen amen dico vobis: qr ego sum ostium ouium. Oes quotquot venerunt: fures fuerunt et latrones. sed non audierunt eos oues. Ego sum ostium ouium. Per me si quis introierit: saluabitur et ingredietur et egredietur. et pascua inueniet. Fur non venit nisi vt furetur: et mactet et perdat. Ego veni vt vitam habeant: et abundantius habeant Offer. Portas celi aperuit dns et pluit illis manna vt ederent panem celi dedit illis panem angelorum manducauit homo alla

Purificet nos dne qs Secreta muneris pntis oblatio et dignos sacra participatione pficiat. Per dnm. Com. Spiritus qui a patre procedit alla ille me clarificabit alla alla

Mentes nostras qs do Postcom. mine spiritus sanctus diuinis reparet sacramentis. qr ipe est remissio oim peccatorum. Per dnm.

Feria quarta in ieiuniis quatuor tpm.

Deus dum egredieris coram populo tuo alla iter faciens eis alla habitans in illis allelupa allelupa. ps. Exurgat deus et dissipentur inimici eius: et fugiant qui oderunt eum a facie eius. Gloria patri. Non dicitur dns vobiscum. Oratio

Mentes nostras qs dne spus paraclitus qui a te procedit illuminet et inducat in omem sicut tuus pmisit filius veritatem. Per eund In vnitate eiusd. lc. libri sapientie. i.

In diebus illis. Dixit salomon filiis israel. Diligite iusticiam qui iudicatis terram. Sentite de dno in bonitate: et in simplicitate cordis querite illum. Qm inuenitur ab his qui non tentant illum: apparet autem eis qui fidem habent in illum Peruerse eni cogitationes separant a deo: probata aut virtus corripit insipientes. Qm in maliuolam aiam non introibit sapientia: nec habitabit in corpore subdito pctis. Sctus eni spus discipline effugiet fictum: et auferet se a cogitationibus que sunt sine intellectu. et corripietur a superueniente iniquitate. Benignus est

enī spiritus sapientie: ⁊ non libera
bit maledictum a labiis suis. Quō
renum illius testis est deus: ⁊ cordis
eius scrutator est verus. et lingue il
lius auditor. Quō spūs dñi repleuit
orbem terrarū. ⁊ hoc quod continet
oia: scientiam habet vocis. Alla. v.
Emitte spiritū tuū et creabuntur et reno
uabis faciem terre. Hic dicit Dñs vo-
biscū. Orō
Presta q̄s omps et
misericors deus: vt spūs san
ctus adueniens templū nos glorie
sue dignanter inhabitando perfici
at. Per. Lectio actuū apostolor. ij.
In diebus illis. Stans petrus
cū vndecim: leuauit vocē suā
et locutus est eis. Viri fratres iudei
et qui habitatis ierl'm vniuersi: hoc
vobis notū sit et auribus percipite
verba mea. Non enī sicut vos esti
matis hi ebrii sunt. cū sit hora diei
tercia: sed hoc est q̄d dictū est per p-
phetā iohel. Et erit i nouissimis die
bus dicit dñs: effundā de spū meo
super omē carnē: et pphetabunt
filii vestri ⁊ filie vestre. Et iuuenes
vestri visiones videbūt: ⁊ senes vri
sōnia sōniabunt. Et quidem super
seruos meos et sup ancillas meas
in diebus illis. effundam de spiritu
meo: et prophetabūt. Et dabo pro-
digia in celo sursum: ⁊ signa in ter
ra deorsum. sanguinē et ignem et
vaporem fumi. Sol cōuertetur in
tenebras et luna in sanguinē: ante
q̄ veniat dies dñi magnus. et ma-
nifestus. Et ois quicunq̄ inuocaue
rit nomen dñi: saluus erit. Alleluya
v. Spiritus dñi repleuit orbem terrarū
et hoc quod continet omnia scientiam ha
bet vocis. Scdm iohannem vi
In illo tpe: Dixit iesus discipu
lis suis. Nemo potest venire
ad me nisi pater me⁹ qui misit me
traxerit eū: et ego resuscitabo eum
in nouissimo die. Scriptū est in p
phetis. Et erunt omnes docibiles
dei. Ois qui audiuit a patre et didi
cit: venit ad me. Non q2 patrem vi
dit quisq̄: nisi is qui est a deo. hic vi
dit patrem. Amen amē dico vobis
qui credit in me habet vitā eternā
Ego sum panis vite. Patres vri
manducauerunt māna in deserto
et mortui sunt. Hic est panis: de ce
lo descendens. Vt si quis ex ipo mā
ducauerit: non morietur Ego sum
panis viuus: qui de celo descendi.
Si quis manducauerit ex hoc pa-
ne: viuet ineternū. Et panis quem
ego dabo caro mea est: pro mundi
vita. Offer. Meditabor in mandatis tu
is que dilexi valde et leuabo manus me-
as ad mandata tua que dilexi. Secreta.
Accipe quesumus dñe munus
oblatum et dignanter opera
re vt q̄d misteriis agimus piis effe
ctibus celebremus. Per dñm. Cōm.
Pacem meam do vobis alleluya pacem
relinquo vobis alleluya alla. Postcōm.
Sumētes dñe celestia sacramē
ta quesumus clementiam tu
am vt quod temporaliter gerimus
eternis gaudiis cōsequamur. Per
dñm nostrum ihm xpm filiū tuū.
Qui tecum viuit etregnat in.

Spiritus domini replevit orbem terrarum alleluya et hoc quod continet omnia scientiam habet vocis alleluya all'a all'a. ps. Exurgat deus et dissipentur inimici eius: et fugiant qui oderunt eum a facie eius. Oratio

Concede qs omps deus: vt qui solennitatem doni sps sancti colimus celestibus desideriis accensi fontem vite sitiamus. Per dnm. In vnitate eiusd. lc. actuu aplor. viii.

In diebus illis. Philippus descendens in ciuitatem samarie: predicabat illis ihm. Intendebant autem turbe his que a philippo dicebantur. vnanimiter audientes et videntes signa et prodigia que faciebat. Multi autem eor qui habebant sps immudos: clamantes voce magna exibant. Multi aut clau di et paralitici: curati sunt. Factu est autem gaudiu magnu: in illa ciuitate. All'a. v. Emitte spm tuu et creabunt et renouabis faciem terre. Alleluya v. Veni sancte sps reple tuor corda fidelium et tui amoris in eis ignem accende.

In illo tpe: Scdm lucam. ix.

Conuocatis iesus duodecim apostolis: dedit illis virtutem et potestatem sup oia demonia: et vt languores curarent. Et misit illos predicare regnu dei: et sanare ifirmos et ait ad illos. Nichil tuleritis i via neq virga. neq peram. neq pane. neq pecuniam: neq duas tunicas habeatis. Et in quacunq domu itraueritis: ibi manete et inde ne exeatis. Et qcuq non receperint vos exeuntes de ciuitate illa: etiam puluerem pedu vestroru excutite. in testimoniu supra illos. Egressi aute circuibant per castella euangelizates: et curantes vbiq. Offr. Confirma hoc deus quod operatus es in nobis a templo tuo quod est in ierlm tibi offerent reges munera alleluya. Secreta.

Propicius dne qs hec dona sanctifica. et hostie spiritalis oblatione suscepta: nosmetipsos tibi pfice munus eternu. Per dnm. Com Factus est repente de celo sonus aduenietis sps vehementis vbi erant sedentes all'a et repleti sunt oms spu sancto loquetes magnalia dei all'a all'a. Postcom

Presta qs dne vt a nostris metibus carnales amoueat spiritus sanctus affectus et spiritalia nobis dona poteter infundat. Per dnm. in vnitate eiusd. Feria. vi.

Repleatur os meum laude tua all'a vt possim cantare all'a gaudebunt labia mea du cantauero tibi all'a all'a. p. In te dne speraui non confundar ineternu: in iusticia tua libera me et eripe me. Oro.

Da qs ecclesie tue misericors deus: vt spu sancto congregata hostili nullatenus icursione turbetur. P dnm. in vnitate eiusdem.

In dieb illis. lcö actuu aplor. ii

Aperiens petrus os suu dixit Viri israelite: audite verba hec. Jesu nazarenu viru approbatu a deo in vobis vtutib et pdigiis. et signis q fecit p illu deus in medio vri: sicut

vos scitis. Hūc definito consilio et prescientia dei traditū per manus iniquorꝫ affligētes interemistis. quē deus suscitauit solutis doloribꝫ inferni: iuxta qđ īpossibile erat teneri illū ab eo. Dauid eni dixit in eum Prouidebam dn̄m corā me semper qm̄ a dextris est michi ne cōmouear Propter hoc letatū est cor meū: ⁊ exultauit lingua mea: insuper ⁊ caro mea requiescet in spe. Qm̄ non derelinques in inferno aīam meā: nec dabis sanctū tuū videre corruptionem. Notas michi fecisti vias vite replebis me iocūditate: cū facie tua Alla. v. Emitte spm̄ tuū et creabunť ⁊ renouabis faciem terre. Alla. v. Sps dn̄i repleuit orbem terraꝝ et hoc quod continet oīa scientiā habet vocis. Scđm lucam. v

In illo tpe: factū est in vna dierum: et ihūs sedebat docens Et erant pharisei sedentes et legis doctores: qui venerāt ex oī castello galylee et iudee ⁊ ierl'm: et vtus dn̄i erat ad sanandū eos. Et ecce viri portantes in lecto hoīem q̄ erat paraliticus: et querebant eū inferre ⁊ ponere ante eū. Et non inuenientes qua parte eū inferrent pre turba: ascenderūt supra tectū: et per tegulas summiserunt illū cū lecto in mediū ante ihm̄. Quorꝫ fidem vt vidit: dixit. Homo. remittūť tibi pctā tua. Et ceperunt cogitare scribe et pharisei: dicentes. Quis est hic qui loquitur blasphemiā: Quis potest dimittere pctā. nisi solus deus: Vt cognouit aūt ihūs cogitationes eorum: rn̄dens dixit ad illos. Quid cogitatis mala. in cordibus vestris Quid est facilius dicere dimittunť tibi pctā. an dicere surge et ambula: Vt sciatis aūt q: filius hoīs habet potestatem in terra dimittendi pctā: ait paralitico. Tibi dico surge tolle lectū tuū: et vade in domū tuam. Et confestim surgens. corā illis tulit lectū suū in quo iacebat: et abiit in domū suā. magnificans deū. Et stupor apprehendit oīs. et magnificabant deū. Et repleti sūt timore dicētes. Quia vidimus: mirabilia hodie. Offꝫ. Lauda aīa mea dominum laudabo dn̄m in vita mea psallā deo meo q̄ diu ero alla. Secreta.

Sacrificia dn̄e tuis oblata conspectibꝫ ignis ille diuinꝰ assumat. qui discipuloꝝ xp̄i tui per spm̄ scm̄ corda succendit. p eund. eiusđ Cōm. Sps vbi vult spirat ⁊ vocem eius audis alla. et nescis vnde veniat aut quo vadat alleluya alla. Postcōm.

Sumpsimꝰ dn̄e sacri dona misterii humiliter deprcantes. vt que in tui cōmemoratione nos facere p̄cepisti: in nostre proficiant infirmitatis auxiliū. Per Sabbō.

Caritas dei diffusa est ī cordibus vr̄is alla per inhabitantem spm̄ eius in vobis alleluya alla. p̄. Dn̄e deus salutis mee: in die clamaui et nocte corā te. Orō

Mentibus nostris q̄s dn̄e spiritū scm̄ benignus infunde: cuius et sapientia conditi sumus. ⁊ puidentia gubernamur Per. In vnit

tate eiusd. Lectio iohelis prophete. ii.
Hec dicit dñs deus. Effundam de spū meo sup oēm carnem et prophetabūt filii vrī et filie vrē. Senes vestri sōnia sōniabūt: et iuuenes vrī visiones videbunt. Sed et super seruos meos ⁊ super ancillas meas in diebus illis effundā de spū meo et pphetabūt: et dabo prodigia in celo sursum et signa in terra deorsum: sanguiem et ignem et vaporem fumi. Sol cōuertetur in tenebras et luna ī sanguiem: ante ꝙ veiat dies dñi magnus et horribilis Et oīs quicūqꝫ inuocauerit nomen dñi: saluus erit. Alla. v. Emitte spm̄ tuum et creabunt̄ et renouabis faci

Illo nos igne em terre Orō.
qs dñe sps sanctus inflāmet quem dñs noster ihūs cristus misit in terris et voluit vehemēter accēdi. Qui tecū. Lcō libri leuitici. xxiii.
In diebus illis. Locutus est dominus ad moysen dicēs. Loquere filiis israel. et dices ad eos. Cum ingressi fueritis terrā quā ego dabo vobis. et messueritis segetē: feretis maipulos spicarum pmitias messis vestre ad sacerdotem. Qui eleuabit fasciculū corā dño: vt acceptabilis sit pro vobis. altero die sabbati: et sanctificabit illum. Numerabitis ergo ab ipso die. in quo obtulistis manipulos pmitiaꝝ septē ebdomadas plenas vsqꝫ ad alteram diem expletionis ebdomade septime: et sic offeretis sacrificiū nouū dño ex oīb; habitaculis vrīs

Panes pmitiarum duos de duabus decimis simile: quos eleuabit sacerdos corā dño: et vocabitis hūc diem celeberrimū atqꝫ sanctissimū Omne opus seruile non facietis in eo. Legitimū sempiternū erit in cūctis habitaculis et generationibus vestris. Dicit dñs: omps. Allā. v. Loquebantur variis liguis apostoli magna

Deus qui ad aīaꝝ lia dei. Orō.
medelam ieiunii deuotione castigare corpora precepisti: concede nobis ppicius mente ⁊ corpore semper tibi esse deuotos. Per dñm.
Lectio libri deuteronomii. xxvi.
In dieb; illis. Dixit moyses filiis israel. Audi israel que precipio tibi hodie. Cū intraueris terram quā dñs deus tuus tibi daturus est possidendam. et obtinueris eam atqꝫ habitaueris in illam tolles de cunctis frugibus tuis pmitias. et pones in cartallo. Pergesqꝫ ad locū quem dñs deus tuus elegerit: vt ibi nomen eius inuocetur. et accedes ad sacerdotem qui fuerit ī diebus illis: et dices ad eū Profiteor hodie coram dño deo tuo qui exaudiuit nos. et respexerit humilitatē nostram et laborem atqꝫ angustiā et eduxit nos de egipto ī manu forti et brachio extento in ingenti pauore in signis atqꝫ portentis: et introduxit nos ad locū istū. ⁊ tradidit nobis terrā lacte et melle manātē Et idcirco nunc offero pmitias frugum terre: quā dñs deus tuus dedit michi. Et dimittes eas: in con

spectu dñi dei tui. Et adorato dño deo tuo: epulaberis in oĩbus bonis que dñs deus tu⁹: dederit tibi. Alla. ℣. Spũs sctũs procedens de throno aplo℞ pectora inuisibili hodie plustrauit potentia

Orõ. Prã q̃s omps deus: vt salutaribus ieiuniis eruditi ab omnib; etiã viciis abstinentes propiciationem tuã facilius impetremus. Per. Lcõ libri leuitici. xxvi.

In diebus illis. Dixit dñs ad moysen. Loquere filiis isrl' et dices ad eos. Si in preceptis meis ambulaueritis. et mãdata mea custodieritis ⁊ feceritis ea: dabo vobis pluuias temporib; suis: et terra gignet germen suũ. ⁊ pomis arbores replebunt. Apprehendet messiũ tritura vindemiã: et vindemia occupabit sementẽ. Et comedetis panẽ vestrũ in saturitate: et absq; pauore hitabitis in terra vrã. Dabo pacem in finibus vestris: dormietis et non erit qui exterreat. Auferam a vobis malas bestias: et gladius nõ transibit terminos vestros. Persequemini inimicos vestros: ⁊ corruẽt coram vobis. Persequent quinq; de vris centũ alienos. et centũ ex vobis decem milia. Cadent inimici vestri in conspectu vestro gladio. Respiciam vos ⁊ crescere faciã. Multiplicabimini ⁊ firmabo pactũ meũ vobiscũ. Et comedetis vetustissima veterũ. et vetera nouis superuenientib; pricietis. Ponam tabernaculum meum in medio vestri et nõ abiiciet vos vltra anima mea.

Ambulabo inter vos et ero vester deus: vosq; eritis pplũs meus. Dicit dñs omps. Allelupa. ℣. Paraclitus spũs scũs quem mittet pater in noie meo ille vos docebit omẽm veritatem. Orõ.

Presta q̃s ops deus. sic nos ab epulis carnalibus abstinere vt a viciis irruentib; pariter ieiunemus. Per dñm nostrum ihm.

Lectio danielis prophete. iii.

Angelus domini descendit cũ azaria et sociis suis in fornacem et excussit flammam ignis de fornace: ⁊ fecit mediũ fornacis quasi ventum roris flantem. Flamma autem diffusa est sup fornacem cubitis quadragintanouẽ: et icendit quos repperit iuxta fornacẽ de caldeis ministros regis. qui eam incendebant: et non tetigit eos omnino ignis. neq; contristauit: nec quicq̃ molestie intulit. Tunc hi tres quasi ex vno ore laudabant et glorificabant. et benedicebant deũ in fornace dicentes. Benedictio.

Benedictus es domine deus patrum nostrorum. Et laudabilis et gloriosus in secula. Et benedictum nomen glorie tue quod est sanctum. Et laudabile ⁊ gloriosum in secula. Benedictus es i templo sancto glorie tue. Et laudabilis. Benedictus es super thronum sanctum regni tui. Et laudabilis. Benedictus es sup sceptrum regni diuinitatis tue. Et laudabilis et. Benedictus es qui sedes super cherubin intuens abyssos. Et lauda-

bilis et gloriosus. Benedictus es qui ambulas super pennas ventorum Et laudabilis. Benedicant te celi terra mare et omnia que in eis sūt Laudabilem et gloriosum in secula. Benedicant te omnes angeli et sancti tui. Laudabilem. Gloria patri et filio et spiritui sancto. Laudabili et glorioso in secula. Sicut erat in principio et nunc et semper et in secula seculorum amen. Laudabili et glorioso in secula. Benedictus es domie deus patrum nostrorum Et laudabilis et gloriosus in secula. Amen. Oratio.

Deus qui tribus pueris mitigasti flammas ignium. concede propicius: vt nos famulos tuos non exurat flamma viciorum. Per dñm nostrum iesum xpm.

In dieb; illis. lc. actuū aplorū. xiii. Conuenit vniuersa ciuitas: audire verbū dñi. Videntes aūt turbas iudei. repleti sunt zelo: et cōtra dicebant his que a paulo dicebant. blasphemantes. Tunc constanter paulus et barnabas dixerunt. Vobis oportebat primū loqui verbum dei: sed qm̄ repulistis illud. et indignos vos iudicastis eterne vite. ecce nos cōuertimur ad gentes. Sic enī precepit nobis dñs. Posui te in lucem gentib;: vt sis in salutē vsq; ad extremū terre. Audiētes aūt gētes gauise sunt: et glorificabāt verbū dñi. Et crediderunt quotquot erant preordinati: ad vitam eternā Disseminabatur autem verbum domini: per vniuersam regionem. Iudei autem concitauerunt religiosas mulieres et honestas: et primos ciuitatis: et excitauerunt persecutionem in paulum et barnabam: et eiecerunt eos de finibus suis. At illi excusso puluere pedum in eos: venerunt yconium. Discipuli autem replebantur gaudio: et spiritu sancto. Alleluya. V. Veni sancte spiritus reple tuorum corda fidelium et tui amoris in eis ignem accende. Tractus.

Laudate dominum omnes gentes et collaudate eum omnes populi. V. Quoniā confirmata est super nos misericordia eius et veritas domini manet ineternum. Scdm lucam. iiii.

In illo tempore: Surgens iesus de synagoga: introiuit in domum symonis. Socrus autē symonis tenebatur magnis febribus. Et rogauerunt illum pro ea. Et stans super illam: imperauit febri. et dimisit illam. Et continuo surgens: ministrabat illis. Cum sol autem occidisset: omnes qui habebant infirmos variis languoribus: ducebant illos ad eum. At ille singulis manus imponens. curabat eos. Exibant autem a multis demonia clamantia et dicentia: quia tu es filius dei. Et increpans non sinebat ea loqui: quia sciebant eū esse cristum. Facta autem die egressus ibat in desertum locum: et turbe requirebant eum. Et venerunt vsq; ad ipsum: et detinebant illum ne discederet ab eis. Quib; ille ait

Quia et aliis ciuitatibus: oportet me euãgelisare regnũ dei. Off. Dñe de⁹ salutis mee i die clamaui ⁊ nocte corã te itret orõ mea i cõspectu tuo dñe Secre.

Ut accepta tibi sint dñe nostra ieiunia pñta nobis quesum⁹ huius muneris sacramẽti purificatũ tibi pectus offerre Per. Cõmu. Non vos relinquã orphanos veniam ad vos iterum allelupa. ⁊ gaudebit cor vestrũ allelupa. all'a. Postcommunio.

Prebeãt nobis dñe diuinũ tua sancta feruorem quo eorum pariter et actu delectemur. et fructu Per. In die sancte trinitatis.



Benedicta sit sancta trinitas atq; indiuisa vnitas confitebimur ei q2 fecit nobiscum miam suã ps. Benedicam⁹ patrẽ et filium: cum sancto spiritu. Orõ.

Omnipotens sempiterne deus qui dedisti famulis tuis i cõfessione vere fidei eterne trinitatis gloriam agnoscere et in potentia maiestatis adorare vnitatẽ quesumus: vt eiusdem fidei firmitate ab omnibus semper muniamur aduersis. Per dominum eiusdẽ

Lectio libri apocalipsis bea. io. apo. iiii.

In diebus illis Vidi ostiũ apertũ in celo Et vox prima quã audiui tanq̃ tube loquentis mecũ dicens. Ascende huc et ostendam tibi q̃ oportet fieri cito. Post hec stati fui in spiritu: et ecce sedes posita erat in celo: et supra sedem sedens Et q̃ sedebat similis erat aspectui lapidis iaspidis et sardini. Et yris erat in circuitu sedis: similis visioni smaragdini. Et i circuitu sedis sedilia vigintiquattuor. Et super thronos vigintiquattuor seniores sedentes circunamicti vestimentis albis. ⁊ in capitibus eorum coronas aureas Et de throno pcedebãt fulgura: et voces et tonitrua. Et septẽ lãpades ardentes erãt ante thronum: qui sunt septem spiritus dei. Et in cõspectu sedis: tanq̃ mare vitreum simile cristallo. Et i medio sedis ⁊ in circuitu eius quattuor animalia plena oculis ante ⁊ retro. Et animal primum: simile leoni. Et secundum animal: simile vitulo Et tertiũ animal: habẽs faciẽ quasi hoĩs. Et quartũ aĩmal simile aq̃le volãti. Et quattuor aĩalia singula eorũ habebant alas senas

et in circuitu: et intus plena sunt oculis: et requiem non habebant die ac nocte dicentia. Sanctus: sanctus: sanctus dominus deus omnipotens: qui erat et qui est et qui venturus est. Et cum darent illa animalia gloriam et honorem et benedictionem sedenti super thronum: viventi in secula seculorum: procedebant vigintiquattuor seniores: ante sedentem in throno. Et adorabant viventem in secula seculorum amen. ℟. Benedictus es domine qui intueris abyssos et sedes super cherubin. ℣. Benedicite deum celi et coram omnibus viventibus confitemini ei Alleluya ℣. Benedictus es domine deus patrum nostrorum et laudabilis in secula Alleluya. ℣. Deus rex celorum qui sedes in septimo throno in trinitate miserere nobis. Prosa.

Profitentes unitatem veneremur trinitatem pari reuerentia. Tres personas asserentes personali differentes a se differentia. He dicuntur relatiue cum sint unum substantiue non tria principia. Siue dicas tres vel tria simplex tamen est usya non triplex essentia. Simplex esse simplex posse simplex velle simplex nosse cuncta sunt simplicia Non unius quam duarum siue trium personarum minor efficatia. Pater proles sacrum flamen deus unus sed hi tamen habent quedam propria Una virtus unum numen unus splendor unum lumen hoc una quod alia Patri proles est equalis nec hoc tollit personalis amborum distinctio Patri compar filioque spiritalis ab utroque procedit connexio. Non humana ratione capi possunt hee persone nec harum discretio. Non hic ordo temporalis non hic situs aut localis rerum circumscriptio. Nil in deo preter deum nulla causa preter eum qui creat causalia. Effectiua vel formalis causa deus et finalis sed nunquam materia. Digne loqui de personis vim transcendit rationis excedit ingenia. Quid sit gigni vel processus me nescire sum professus sed fide non dubia. Qui sic credit ne festinet et a via non declinet insolerter regia. Seruet fidem formet mores nec attendat ad errores quos damnat ecclesia Nos in fide gloriemur nos in una modulemur fidei constantia. Trine sit laus unitati siue simple trinitati coeterna gloria Amen.

Secundum iohannem secundo.

In illo tempore: Erat homo ex phariseis nichodemus nomine: princeps iudeorum Hic venit ad iesum nocte: et dixit ei. Rabbi: Scimus quia a deo venisti magister. Nemo enim potest hec signa facere que tu facis: nisi fuerit deus cum illo. Respondit iesus: et dixit ei Amen amen dico tibi nisi quis natus fuerit denuo: non potest videre regnum dei Dixit ad eum nichodemus Quomodo potest homo nasci cum sit senex: Numquid potest in ventrem matris sue iterato introire et renasci: Respondit iesus Amen amen dico tibi. nisi quis rena-

tus fuerit ex aqua et spū sācto nō potest introire in regnū dei. Quod natū est ex carne: caro est Et quod natū est ex spū: spūs est. Non mireris q2 dixi tibi oportet vos nasci denuo. Spūs vbi vult spirat et vocez eius audis: sed nescis vnde veniat aut quo vadat. Sic est oīs qui natus est ex spiritu. Respondit nichodemus ⁊ dixit ei. Quomodo possūt hec fieri? Respondit iesus: et dixit ei Tu es magister ī israel: ⁊ hec ignoras? Amē amē dico tibi quia quod scimus loquimur: ⁊ qd̄ vidim9 testamur ⁊ testioniū nostrū nō accipitis Si terrena dixi vobis et non creditis: quomodo si dixero vobis celestia credetis. Et nemo ascendit in celū nisi qui descendit de celo filius hominis qui est in celo. Et sicut moyses exaltauit serpentem in deserto ita exaltari oportet filium homīs. Vt omnis qui credit in ipsum non pereat: sed habeat vitam eternam. Offr. Benedictus sit deus pater vnigenitusq3 dei filius sanctus quoq3 spūs quia fecit nobiscum misericordiam suaz.

Sanctifica q̄s (Secreta. domine deus per tui sācti nominis inuocationē huius oblationis hostiam et per eā nosmetipsos tibi perfice munus eternū. Prefatio Qui cum vnigenito. Coio. Benedicimus deum celi et coram oībus viuentibus cōfitebimur ei quia fecit nobiscū misericordiam suam. Postcōmunio.

Proficiat nobis ad salutē corporis et anime domine deus huius sacramenti susceptio et sempiterne sancte trinitatis confessio. Per dominum Feria quarta

Ad colloscenses. tertio

Fratres. Mortificate membra vestra: que sūt sup terrā fornicationē īmūdiciā. libidinē cōcupiscētiā malā: et auariciā que est simulacrorū3 seruitus. Propter que venit ira dei super filios incredulitatis: in quibus vos aliquādo ambulastis: cū viueretis in illis. Nūc autem deponite et vos omnia: irā indignationē maliciā blasphemiā Turpis sermo de ore vestro non pcedat. Nolite mētiri inuicem: expoliantes vos veterē hominem cum actibus suis ⁊ induentes nouū: eū qui renouatur ī agnitione dei secūdum imaginē eius qui creauit eū. Vbi non est gentilis ⁊ iudeus: circūcisio et preputiū barbarus et scyta seruus et liber. Sed omnia et ī omnibus cristus. Secundum matheū. v.

In illo tēpore: Dixit iesus discipulis suis Nolite putare: quia veni soluere legem aut pphetas Non veni soluere: sed adimplere. Amen quippe dico vobis donec transeat celum ⁊ terra: iota vnum aut vnus apex non preteribit a lege: donec omnia fiant Qui ergo soluerit vnū de mādatis istis mīnimis et docuerit sic hoīes mīnimus vocabitur ī regno celorū Qui autē fecerit et docuerit: hic magnus vocabitur in regno celorum. Feria quinta.

Officium de corpore cristi



Cibauit eos ex adipe frumenti all'a et de petra melle saturauit eos alleluya alleluya. all'a. ps. Exultate deo adiutori nr̃o: iubilate deo iacob. Orõ.

Deus qui nobis sub sacramento mirabili passionis tue memoriã reliquisti. tribue quesumus: ita nos corporis et sanguinis tui sacra misteria venerari: vt redemptionis tue fructũ. in nobis iugiter sentiamus Qui viuis et re

Ad corinthios prime. xi.

Fratres. Ego enĩ accepi a domino: quod et tradidi vobis: quoniam dominus iesus ĩ qua nocte tradebatur: accepit panẽ et gratias agens fregit et dixit. Accipite ⁊ comedite hoc est corpus meũ quod pro vobis tradetur: Hoc facite in meam cõmemorationẽ. Similiter et calicem postq̃ cenauit dicens. Hic calix nouum testamentum est: ĩ meo sanguine Hoc facite quotienscunq; sumetis in meam commemorationem Quotienscunq; eñ manducabitis panem hunc et calicem bibetis: mortẽ dñi annunciabitis donec veniat. Itaq; quicũq; mãducauerit hunc panem vel biberit calicẽ domini indigne: reus erit corporis et sanguinis domini. Probet autem seipsum homo: et sic de pane illo edat: ⁊ de calice bibat Qui enim manducat ⁊ bibit indigne: iudicium sibi manducat et bibit: non diiudicans corpus domini. ℟. Oculi omniũ in te sperãt domine ⁊ tu das illis escam in tempore opportuno. ℣. Aperis tu manũ tuam et imples omne animal benedictione. Alleluya. ℣. Caro mea vere est cib; et sanguis meꝰ vere est potꝰ q̃ mãducat meã carnẽ et bibit meũ sanguinẽ in me manet et ego in illo. Prosa.

Lauda syon saluatorem lauda ducem et pastorẽ in hymnis et canticis. Quantum potes tãtum gaude quia maior omni laude nec laudare sufficis. Laudis thema specialis panis viuus et vitalis hodie proponitur. Quem in sacre mensa cene turbe fratrũ duodene datũ nõ ãbigitur. Sit laus plena sit sonora sit iocunda sit decora mentis iubilatio Dies enim solennis agitur in qua mense prima recolitur huius institutio. In hac mẽsa noui regis nouum pascha noue legis phase vetus terminat.

Vetustatem nouitas vmbram fu-
gat veritas noctem lux illuminat.
Quod in cena cristus gessit facien
dū hoc expressit ī sui memoriā Do-
cti sacris institutis panē vinū ī sa
lutis cōsecramus hostiā. Dogma
datur cristianis ꝙ in carnem tran
sit panis et vinū in sanguinē. Qđ
non capis quod non vides animo-
sa firmat fides preter rerū ordinem
Sub diuersis speciebus signis tā-
tū et non rebus latent res eximie.
Caro cibus sanguis potus manet
tamen cristus totus sub vtraqꝫ spe
cie. A sumente non cōcisus non cō
fractus nō diuisus integer accipit
Sumit vnus sumunt mille tantū
isti quātū ille nec supt⁹ cōsumitur
Sumunt boni sumunt mali sorte
tamen inequali vite vel interitus
Mors ē malis vita bonis vide pa
ris sumptionis ꝙ̄ dispar sit exitus
Fracto demū sacramento nō va-
cilles sed memento tantū esse sub
fragmēto ꝙ̄tū toto tegit Nulla rei
fit scissura signi tantū fit fractura
qua nec stat⁹ nec stat̄a signati mi-
nuit. Ecce panis āgeloꝝ fact⁹ cib⁹
viatoꝝ vere panis filioꝝ nō mittē
dus canib⁹ In figuris presignat̄ cū
ysaac imolatur. agnus pasche de-
putatur datur manna patribus.
Bone pastor panis vere iesu no-
stri miserere tu nos pasce nos tue-
re tu nos bona fac videre ī terra vi
uentiū. Tu qui cūcta scis et vales
Qui nos pascis hic mortales tuos
ibi cōmensales coheredes ꝛ sodales
fac sanctoꝝ ciuium. Amen. Scđm
iohannē vi.
In illo tp̄e Dixit iesus discipulis suis ꝛ turbis
iudeorū. Caro mea vere est cibus:
et sanguis meus vere est pot⁹ Qui
mādųcat meam carnē et bibit me
um sanguinē: in me manet et ego
in illo. Sicut misit me viuens pa-
ter: et ego viuo propter patrem. Et
qui manducat me: et ipse viuet pro
pter me. Hic est panis: qui de celo de
scendit Non sicut manducauerūt
patres vestri manna in deserto: et
mortui sunt. Qui manducat hunc
panem: viuet ineternū. Offꝫ Sacer
dotes incēsū dn̄i et panes offerunt deo et
ideo sancti erunt deo suo ꝛ non polluent
nomen eius allelupa. Secreta
Ecclesie tue q̄s dn̄e vnitatis ꝛ
pacis ꝓpicius dona concede
que sub oblatis muneribus misti-
ce. designāt̄ p. Prefacio. Qr p īcarna
ti. Cō. Quotienscūqꝫ manducabitis pa-
nem hūc et calicem bibetis mortem domi
ni annunciabitis donec veniat itaqꝫ qui
cunqꝫ manducauerit panē vel biberit ca-
licem domini indigne reus erit corporis ꝛ
sanguinis dn̄i allā. Postcōmunio.
Fac nos quesumus domine di
uinitatis tue sēpiterna frui-
tiōe repleri quā preciosi corporis et
sāguinis tui temporalis perceptio
prefigurat. Qui viuis et regnas.

Dominica prima post octabas pen
thecostes Introitus.

Domine in tua mīa speraui
exultauit cor meū in salu
tari tuo cātabo domīo qui

bona tribuit michi.ps. Usq̃zquo domine obliuisceris me i finẽ: usq̃zquo auertis faciem tuã a me. Oratio.

Deprecationẽ nostrã q̃s dñe benignus exaudi et quib; supplicandi prestas affectũ tribue defẽsionis auxilium Per.

Lectio epistole.btí iohis apostoli. i.iiii.

Carissimi De⁹ caritas est Jn hoc apparuit caritas dei ĩ nobis:qm̃ filiũ suũ unigenitu; misit deus in mundu;: ut uiuamus per eũ:Jn hoc est caritas nõ quasi nos dilexerimus deũ:sed qm̃ prior ipse dilexit nos.et misit filiũ suum ppiciationẽ p peccatis nrĩs. carissimi si deus dilexit nos:et nos debem⁹ ĩ inuicẽ diligere.Deum nemo uidit unq̃. Si diligamus inuicẽ deus in nobis manet:et caritas eius in nobis pfecta est.Jn hoc intelligimus qm̃ in eo manemus et ipse ĩ nobis qm̃ de spũ dedit nobis.Et nos uidimus et testificamur:qm̃ pater misit filiũ suum saluatorem mundi. Quisquis cõfessus fuerit qm̃ iesus est filius dei:deus ĩ eo manet et ipse in deo.Et nos cognouimus et credidimus caritati:qua; deus habet in nobis De⁹ caritas est:et qui manet in caritate in deo manet et deus in eo Jn hoc perfecta est caritas nobiscũ: ut fiduciam habeamus ĩ ĩ die iudicii: quia sicut ille est:⁊ nos sumus in hoc mundo Timor non est in caritate:sed perfecta caritas foras mittit timorẽ . qm̃ timor penam habet. Qui autem timet:nõ est perfectus in caritate.Nos ergo diligamus deum:quoniã ipse prior dilexit nos.Si quis dixerit quoniam diligo deum et fratrem suum oderit:mendax est. Qui enim non diligit fratrem suum quem uidet: deum quem non uidet quomodo potest diligere:Et hoc mandatu; habemus a deo:ut qui diligit deu; diligat et fratrem suũ.R. Ego dixi domine miserere mei sana animã meam quoniã peccaui tibi.Beatus qui itelligit super egenum et pauperẽ in die mala liberauit eum dñs.Allelujia.V.Deus iudex iustus fortis et patiens nũquid irascitur per singulos dies Secundum lucã xvi

In illo tempore. Dixit iesus turbis iudeoꝝ.et phariseorũ parabolã hanc Homo quidã erat diues.⁊ induebat purpurea ⁊ bisso: et epulabatur quotidie splẽdide Et erat quidã mẽdic⁹ noĩe lazarus qui iacebat ad ianuã ei⁹ ulceribus plenus cupiens saturari de micis que cadebant de mensa diuitis.⁊ nemo illi dabat.Sed et canes ueniebant et lingebãt ulcera eius Factum est autem ut moreretur mendicus et portaretur ab angelis in sinum abrahe . Mortuus est autem ⁊ diues et sepultus est in inferno Eleuans autem oculos suos cum esset in tormentis:uidit abraham a longe et lazaꝝ in sinu eius:⁊ ipse clamans dixit.Pater abrahã miserere mei:⁊ mitte lazarũ ut intingat extremũ digiti sui ĩ aquã ⁊ refrigeret linguã meã;quia crucior in hac flamma

Et dixit illi abraham Fili recordare qr recepisti bona in vita tua: ⁊ lazarus similiter mala. Nūc autem hic cōsolatur: tu vero cruciaris Et in his oībus inter vos ⁊ nos chaos magnū firmatum est: vt hi qui volunt hinc transire ad nos non possit neqꝫ inde huc trasmeare. Et ait Rogo ergo te pater vt mittas eū ī domo patris mei. Habeo enim quinqꝫ fratres vt testetur illis: ne et ipsi veniant in hunc locum tormētorū Et ait illi abraham Habent moysem et pphetas: audiant illos At ille dixit. Non pater abraham: sed si quis ex mortuis ierit: penitentiam agent. Ait aūt illi. Si moysē et pphetas non audiūt: neqꝫ si quis ex mortuis resurrexerit credent. Offꝫ Intende voci orationis mee rex meus ⁊ deus meus qm̄ ad te orabo dñe. Secreta.

Munera dñe oblata sanctifica vt tui nobis vnigeiti corp⁹ et sanguis fiat munus acceptum. Per. Cō. Narrabo omia mirabilia tua letabor et exultabo in te psallam noī tuo altissime. Postcommunio.

Hec nos cōmunio domine purget a crimine ⁊ celestis remedii faciat esse cōsortes. Per dominū

Dominica secunda.

Factus est dñs protector me⁹ ⁊ eduxit me ī latitudinē saluum me fecit qm̄ voluit me ps. Diligā te dñe fortitudo mea: dñs firmamentū meum et refugium meum et liberator meus Oratio

Deus in te sperantiū fortitudo adesto ppicius inuocationib; nrīs et qr sine te nichil potest mortalis infirmitas prā auxiliū grē tue vt in exequēdis mādatis tuis et voluntate tibi et actione placeamus. P.

Lectio li. apo. btī io. aplī. i. iii.

Carissimi: Nolite mirari si odit vos mund⁹. Nos scim⁹ qr translati sumus de morte ad vitā qm̄ diligimus fratres Qui non diligit: manet in morte. Oīs qui odit fratrē suuꝫ: homicida est. Et scitis qm̄ omis homicida nō habet vitā eternā: ī se manētē. In hoc cognoui m⁹ caritatē dei: qm̄ ille p nobis aīaꝫ suā posuit: ⁊ nos debem⁹ p frib⁹ nrīs aīas ponere Qui habuerit substātiā ius mundi ⁊ viderit frēm suū necessitatē habere ⁊ clauserit viscera sua ab eo quomodo caritatis dei manet ī eo: Filioli mei nō diligam⁹ vbo neqꝫ ligua: sed opere et veritate R. Ad dñm cū tribularer. clamaui et exaudiuit me. V. Dñe libera aīam meam a labiis iniquis ⁊ a ligua dolosa Alleluya V. Diligaꝫ te dñe virtus mea dñs firmamētū meum et refugiū meū et liberator meus Secundum lucam xiiii

In illo tpe Dixit ies⁹ discipl'is suis parabolā hanc Hō qdā fecit cenā magnā: ⁊ vocauit mltos Et misit seruū suū hora cene dicē inuitatis vt venirēt: qr iā parata sūt oīa. Et ceperūt siml' oēs excusare. Prim⁹ dixit. Villā emi: ⁊ necesse habeo exire et videre illam. rogo te habe me excusatū. Et alī dixit Iuga boum emi quinqꝫ: et coprobare illa

Rogo te habe me excusatū. Et alius dixit: vxorē duxi: et ideo non possū venire. Et reuersus seruus. nūciauit hec dño suo. Tunc iratus paterfamilias: dixit seruo suo. Exi cito in plateas et vicos ciuitatis: et pauperes ac debiles cecos et claudos introduc huc. Et ait seruus. Domine factū est vt imperasti. et adhuc locus est. Et ait dñs seruo. Exi in vias et sepes et compelle intrare: vt impleatur domus mea. Dico autem vobis: quod nemo virorum illorum qui vocati sunt: gustabit cenam meā. Offer. Factus est dñs firmamentū meum et refugium meum et liberator meus sperabo in eum. Secreta

Ecclesie tue dñe munera placatus assume que offerenda tribuisti et in nostre salutis potenter efficis transire misterium. Per. Cō. Cantabo domino qui bona tribuit michi et psallam noī domini altissimi. Postcō.

Tantis domine repleti muneribus presta quesumus: vt et salutaria dona capiamus: et a tua nunquam laude cessemus. Per.

Feria iiii. Lectio iohelis prophete ii.

Hec dicit dominus deus. Exultate filie syon. Et letamini in domino deo vestro quia doctorem iusticie dedit vobis et descendere faciet ad vos ymbrē matutinum et serotinum vt a principio. Et implebuntur horrea vestra frumento et redundabunt torcularia vino et oleo. Et comedetis vescentes et saturabimini et laudabitis nomē domini dei vestri qui fecit vobiscū mirabilia. Et non confūdetur populus meus in sempiternum: et scietis quia in medio israel ego sū. Et ego dominus deus vester et non est amplius: et non confundetur populus meus in sempiternum. Dixit dominus oīpotens. Scdm lucā. viii.

In illo tempore: Venit ad iesū vir cui nomen iayrus et ipse princeps synagoge erat: et cecidit ad pedes eius: rogans eum vt intraret in domum eius quia filia vnica erat illi fere annorum duodecim et hec moriebatur: et contigit dum iret a turba comprimebatur. Et mulier quedam erat ī fluxu sanguinis ab ānis duodecī: que ī medicos erogauerat omnē substātiam suam nec ab ullo potuit curari. Accessit retro et tetigit fimbriam vestimēti eius et cōfestim stetit fluxus sanguinis eius. Et ait iesus. Quis me tetigit Negantibus autem omnibus dixit petrus et qui cum illo erāt. Preceptor: turbe te comprimūt et affligunt et tu dicis quis me tetigit: Et dixit iesus: tetigit me aliquis. Nam et ego noui virtutem de me exisse. Videns autem mulier quia nō latuit venit tremens: et cecidit ante pedes eius. Et ob quam causam. tetigerit eum indicauit coram oī populo: et queādmodū cōfestī sanata sit. At ille dixit illi. Filia: fides tua te saluam fecit: vade ī pace. Adhuc illo loquēte: venit quidā ad pricipē synagoge dicens ei. Quia mortua

est filia tua. noli vexare illum. Jesus autem audito hoc verbo: respõdit patri puelle. Noli timere. Crede tãtum: et salua erit. Et cum venisset ad domum: nõ permisit secũ intrare quẽq̃. nisi petrum et iacobum. et iohãnem. et patrem puelle. et matrem. Flebãt autem oẽs: et plangebãt illã. At iesus dixit. Nolite flere: nõ enim mortua est puella: sed dormit. Et deridebant eum: scientes quia mortua esset. Ipse autem tenẽs manum eius: clamauit dicens. Puella surge. Et reuersus est sp̃s eius. et surrexit cõtinuo. Et iussit illi dari manducare. Et stupuerũt parẽtes eius. Quibus precepit ne alicui dicerent: quod factum fuerat. Dñica tercia.

Respice i me ꝛ miserere mei dñe qm̃ inops et pauper sum ego vide humilitatẽ meam et laborem meũ et dimitte oĩa pctã mea deus meus. ꝟ. Ad te domine leuaui aĩam meam: deus meus in te confido non erubescam. Oratio

Sancti nois tui dñe timorẽ pariter et amorem. fac nos habere perpetuum. quia nũq̃ tua gubernatione destituis: quos in soliditate tue dilectionis instituis. Per.

Lectio epistole beati petri apostoli. i. v.

Carissimi: Humiliamini sub potenti manu dei: vt vos exaltet in tempore visitationis. Omnem solicitudinem vestram proicientes in eũ. qm̃ ipsi cura est de vobis. Sobrii estote et vigilate: quia aduersarius vester dyabolus tanq̃ leo rugiens circuit querens quẽ deuoret. Cui resistite: fortes in fide. Scientes eandem passionem ꝛ que in mundo est: vestre fraternitati fieri. Deus autem omĩs gratie qui vocauit nos in eternam gloriã suam in cristo iesu modicum passos: ipe perficiet. confirmabit. solidabit q;. Ipsi gloria et imperium: in secula seculorum amen. ℞. Jacta cogitatum tuũ in dño et ipse te enutriet. ꝟ. Dũ clamarem ad dñm exaudiuit vocem meam ab his qui appropinquant michi Allelupa. ꝟ. In te dñe speraui non confũdar ineternum in iusticia tua libera me ꝛ eripe me inclina ad me aurem tuam accelera vt eripias me. Scdm lucam xv

In illo tempore: Erant appropinquantes ad iesum publicani et peccatores: vt audirent illũ. Et murmurabãt scribe et pharisei dicentes: quia hic peccatores recipit. et mãducat cum illis. Et ait ad illos: parabolam istam dicens. Quis ex vobis homo qui habet cẽtum oues. et si perdiderit vnam ex illis: nonne dimittit nonagintanouem in deserto: et vadit ad illam que perierat. donec iueniat illam. Et cum inuenerit eam: imponit i humeros suos gaudens. Et veniens domum: cõuocat amicos et vicinos. dicens illis. Congratulamini michi: quia inueni ouem meam que perierat. Dico autem vobis: q̃ ita gaudium erit in celo super vno peccatore penitentiam agete:

q̄ super nonagintanouem iustis. qui non indigent penitentia. Aut que mulier habēs dragmas decem et si perdiderit dragmam vnam: nonne accendit lucernam et euertit domum. et querit diligenter donec inueniat? Et cum īuenerit: cōuocat amicas et vicinas. dicēs. Cōgratulamini michi: quia īueni dragmam quam perdideram. Ita dico vobis: gaudium erit coram angelis dei. super vno peccatore: penitentiam agente. Offertoriū. Sperent in te omnes qui nouerunt nomen tuum domine qm̄ non derelinquis querentes te psallite domino qui habitat in syon qm̄ non est oblitus orationes pauperū. Secreta.

Oblatio nos domine tuo noī dicanda purificet. et de die ī diē ad celestis vite trāsferat actionem. Per dn̄m. Cō. Ego clamaui qm̄ exaudisti me deus inclina aurem tuam et exaudi verba mea. Postcōm.

Sumptis muneribus dn̄e q̄s. vt cum frequentatione misterii crescat nostre salutis effectus. Per

Feria quarta. Ad collosenses. iii.

Fratres: Omne quodcūq3 facitis aut in verbo aut ī opere: omnia in nomine domini iesu cristi facite: gratias agentes deo et patri per ipsum. Mulieres: subdite estote viris. sicut oportet ī domino. Viri. diligite vxores vestras: et nolite amari esse ad illas. Filii. obedite parentibus per omnia. Hoc enī placitum est a domino. Patres: nolite ad indignationem prouocare filios vestros. vt non pusillo animo fiant. Serui: obedite per omīa dominis carnalibus: non ad oculū seruientes. quasi hominibus placētes: sed in simplicitate cordis timētes deum. Quodcūq3 facitis: ex animo operamini. sicut domino. et nō hominibus: scientes q̄ a domino accipietis retributionem hereditatis. Per iesum cristum: dn̄m nr̄m.

Secundum matheum. quinto

In illo tempore: Dixit iesus discipulis suis. Esto consentiēs aduersario tuo cito: dū es ī via cum eo: ne forte tradat te aduersarius iudici. et iudex tradat te ministro: ꝛ in carcerem mittaris. Amen dico tibi. non exies inde: donec reddas nouissimum quadrantem. Audistis quia dictum est antiquis: nō mechaberis. Ego autem dico vobis: quia omnis qui viderit mulierem ad concupiscendam eam: iam mechatus est in corde suo. Quod si oculus tuus dexter scandalizat te: erue eum et proiice abs te. Expedit enim tibi: vt pereat vnum mēbrorum tuorum. q̄ totum corpus tuum mittatur in gehennam. Et si dextera manus tua scandalizat te: abscide eam. et proiice abs te. Expedit enim tibi vt pereat vnū membrorum tuorum q̄ totum corpus tuū: eat in gehennā. Dn̄ica. iiii

Dominus illuminatio mea et salus mea quem timebo dominus defensor vite mee a quo trepidabo qui tribulāt

me inimici mei ipsi infirmati sunt et ceciderũt. ps. Si consistant aduersũ me castra: non timebit cor meum. Orõ.

Protector in te sperantium deus sine quo nichil est validũ nichil sanctũ. multiplica super nos miam tuam: vt te rectore teduce sic transeamus per bona temporalia vt nõ amittamus eterna. Per do.

Ad romanos. viii

Fratres: Existimo enim q non sũt condigne passiones huius temporis: ad futuram gloriam que reuelabitur in nobis. Nam expectatio creature reuelationem filiorum dei expectat. Vanitati enim creatura subiecta est non volẽs: sed propter eum qui subiecit in spe. Quia et ipsa creatura liberabitur a seruitute corruptionis: in libertatem glorie filiorum dei. Scimus enim: q omnis creatura ingemiscit et parturit vsq; ad huc. Non solum autem illa: sed et nos ipsi primitias spiritus habentes: et ipsi intra nos gemimus adoptionem filiorum dei expectantes. redemptionem corporis nostri. In cristo iesu: dño nostro. R. Propicius esto domine pctis nostris nequando dicãt gentes vbi est deus eorum. V. Adiuua nos deus salutaris noster et propter honorem nõis tui dñe libera nos. Allelupa. V. Omẽs gentes plaudite manibus iubilate deo in voce exultationis.

Secundum lucam. sexto.

In illo tempore: Dixit iesus discipulis suis. Estote misericordes: sicut et pater vester misericors est. Nolite iudicare: et non iudicabimini. Nolite condemnare et non condemnabimini. Dimittite: et dimittetur vobis. Date: et dabitur vobis. Mensuram bonam & cõfertam et coagitatam. & supereffluentem dabunt in sinum vrm̃. Eadem quippe mensura qua mẽsi fueritis: remetietur vobis. Dicebat autem illis. et similitudinem. Nũquid potest cecus. cecũ ducere? Nõne ambo in foueam cadunt. Non est discipulus: super magistrũ. Perfectus autem omnis erit: si sit sicut magister eius. Quid autem vides festucam in oculo fratris tui: trabem autem que in oculo tuo est. nõ consideras? Et quomodo potest dicere fratri tuo. frater sine eiiciam festucam de oculo tuo: ipse in oculo tuo trabem non vidẽs? Ipocrita eiice primum trabem de oculo tuo: et tunc perspicies vt educas festucam: de oculo fratris tui.

Offertor. Illumina oculos meos ne vnq̃ obdormiam in morte nequando dicat inimicus meus preualui aduersus eum.

Secreta.

Respice domine quesumus munera supplicantis ecclesie: et saluti credẽtium perpetua sanctificatione sumenda concede. Per dñm. Cõm. Dominus firmamentum meum et refugium meũ et liberator me[9] deus meus adiutor meus

Postcõm.

Sancta tua nos domĩe deus sumpta viuificent. et misericordie sempiterne preparent expiatos. Per dñm.

Feria quarta. Ad ephesios. Primo.

Fratres: Non cesso gratias agere pro vobis. memoriam vestri faciens in orationibus meis vt deus et domini nostri pater glorie. det vobis spiritum sapientie et reuelationis in agnitione eius. Illuminatos oculos cordis vestri: vt sciatis que sit spes vocationis eius et que sint diuitie glorie hereditatis eius in sanctis: et que sit supereminens magnitudo virtutis eius in vos: qui credim⁹ scdm opationē potentie virtutis eius quā opatus est in xpo suscitans illū a mortuis. et cōstituēs ad dexteram suam in celestibus supra omnem principatū et potestatem et virtutem et dominationem: et omne nomen quod nominatur. non solum in hoc seculo: sed etiam in futuro.

Secundum matheum. xxi.

In illo tempore: Cum esset iesus in templo: accesserūt ad eum principes sacerdotum et seniores populi: dicentes. In qua potestate hec facis: et quis dedit tibi hāc potestatem: Respondit iesus: et dixit illis. Interrogabo vos. et ego vnū sermonem: quē si dixeritis michi. et ego vobis dicam in qua potestate hec facio. Baptismus iohannis vnde erat: de celo. an de hominib3. At illi cogitabant intra se: dicentes. Si dixerimus de celo: dicet nobis. Quare ergo nō creditis illi: Si autē dixerimus ex hoibus: timemus turbam. Omēs enim habebant iohannem: sicut prophetam. Et responderunt iesu: dicentes. Nescimus. Ait illis. et ipse. Neq3 ego dico vobis. in qua potestate: hec facio

Dominica quinta post trinitatem.

Exaudi domine vocem meam qua clamaui ad te adiutor meus esto ne derelinquas me neq3 despicias me deus salutaris meus ps. Dominus illuminatio mea: et salus mea quem timebo.

Da nobis quesumus Orō. domine: vt et mūdi cursus pacifice nobis tuo ordine dirigatur: et ecclesia tua tranquilla deuotione letetur. Per dñm nostrum ihm.

Lectio epistole beati petri apli. i. iii.

Carissimi: Omēs vnanimes in oratione estote. Compatientes fraternitatis amatores misericordes humiles: Non reddentes malum pro malo: vel maledictum pro maledicto. sed econtrario benedicentes: Quia in hoc vocati estis: vt benedictionem hereditate possideatis. Qui autem vult vitam diligere et videre dies bonos: coherceat linguam suam a malo: et labia eius ne loquantur dolum. Declinet autem a malo et faciat bonū: inquirat pacem et sequatur eam. Quia oculi dñi super iustos: et aures eius ad preces eorum. Vultus autem dñi: sup facientes mala. Et qs est q̄ vobis noceat: si boni emulatores fueritis: Sed et si quid patimini propter iusticiam: beati. Timorem autem eorum ne timueri-

tis: vt non cõturbemini. Dominũ autem cristum sanctificate: in cordibus vestris. R. Protector noster aspice deus et respice super seruos tuos. V. Domine deus virtutum exaudi preces seruorum tuorũ. Alleluya. V. Te decet hymnus deus in syon et tibi reddetur votum in ierusalem. Scdm lucam. v.

In illo tempore. Cum turbe irruerent ad iesum vt audirent verbum dei: et ipse stabat secus stagnum genezareth. Et vidit duas naues stantes secus stagnũ: piscatores autem descenderant et lauabant retia. Ascendens autem in vnam nauem que erat symonis: rogauit eum a terra reducere pusillum. Et sedens: docebat de nauicula turbas. Vt cessauit autem loqui dixit ad symonem. Duc in altum et laxate retia vestra ĩ capturam. Et respondẽs symõ: dixit illi. Preceptor. per totam noctem laborantes. nichil cepimus: in verbo autem tuo laxabo rete. Et cum hoc fecissent: concluserunt piscium multitudinem copiosam. Rumpebatur autem rete eorum: et annuerũt sociis qui erant in alia naui. vt venirent et adiuuarẽt eos. Et venerũt et impleuerunt ambas nauiculas ita vt pene mergerẽtur. Quod cũ videret symon petrus: procidit ad genua iesu dicens. Exi a me: quia homo peccator sum domine. Stupor enim circundederat eum: et omnes qui cum illo erant. in captura piscium quã ceperãt. Similiter autem iacobum et iohannem filios zebedei: qui erant socii symonis. Et ait ad symonem ihũs. Noli timere ex hoc iam homines: eris capiens. Et subductis ad terram nauibus: relictis omnibus: secuti sunt eum. Offertor. Benedicam dominum qui tribuit michi intellectum prouidebam deũ in conspectu meo semper quoniam a dextris est michi ne cõmouear. Secreta

Oblationibus quesumus domine placare susceptis: et ad te nostras etiam rebelles compelle propicius voluntates. Per dñm. Cõm. Vnam petii a domino hanc requiram vt inhabitem in domo dñi omnibus diebus vite mee. Postcõm.

Misteria nos domine sancta viuificent. et suo munere tueantũ. Per. Feria. iiii. Ad romanos. vi.

Fratres: Sicut per vnius delictũ mors intrauit in oĩs homines in condemnationem: sic et per vnius iusticiam. ĩ omnes homines in iustificationem vite. Sicut enim per ĩobedientiam vnius hominis peccatores constituti sũt multi: ita per vnius obedientiam iusti constituuntur multi. Lex enĩ subintrauit: vt abundaret delictũ. Vbi autem abundauit delictum: superabundauit et gratia. Vt sicut regnauit peccatum in mortem: ita et gratia regnet per iusticiam ĩ vitam eternam. In cristo iesu: domino nostro. Secundum lucam. ix.

In illo tempore: Factum est autem euntibus illis in viã

dixit quidam ad iesum. Sequar te te quocunqꝫ ieris. Ait illi ihūs. Vulpes foueas habent et volucres celi nidos vbi requiescunt: filius autē hominis non habet vbi caput suū reclinet. Ait aūt ad alterū. Sequere me. Ille autem dixit. Domine: dimitte me primum ire: et sepelire patrem meum. Dixit ei iesus. Sine mortuos sepelire mortuos suos: tu autem vade et annuncia regnū dei. Et ait alter. Sequar te dn̄e. Sꝫ primum permitte michi renunciare his qui domi sunt. Et ait ad illū ihūs. Nemo mittens manum sup aratrum et aspiciens retro: aptus est regno dei. Dn̄ica sexta.

D ns̄ fortitudo plebis sue et protector salutariū cristi sui est saluū fac ppl̄m tuum domine et bn̄dic hereditati tue et rege eos vsqꝫ in seculum. ps̄. Ad te dn̄e clamabo deus meꝰ ne sileas a me: nequando taceas a me et assimilabor descendentibus in lacum. Oratio

Deus qui diligentibꝫ te bona inuisibilia preparasti. infunde cordibus nostris tui amoris affectum: vt te in oi̅bus et sup oi̅a diligentes pmissiones tuas que oi̅e desiderium superāt consequamur Per dn̄m. Ad romanos. vi.

Fratres: Quicunqꝫ baptizati sumus in cristo iesu: in morte ipsius baptizati sumꝰ. Cōsepulti enī sumus cū illo per baptismū in mortē: vt quomō surrexit xp̄s a mortuis per gl̄iam patris. ita ꝛ nos in nouitate vite ambulemus. Si enī cōplantati facti sumꝰ similitudinē mortis eius: simul et resurrectionis erimꝰ. Hoc sciētes qꝛ vetus homo nr̄ simul crucifixus est vt destruat corpus pcti: vt vltra nō seruiamus pctō. Qui enī mortuus est iustificatus est a pctō. Si enī mortui sumꝰ cū cristo: credimus quia simul etiam viuemus cū xp̄o. Sciētes qꝛ xp̄s resurgens a mortuis iā non moritur: mors illi vltra nō dominabitur. Quod enī mortuus est pctō: mortuus est semel. Quod aūt viuit: viuit deo. Itaqꝫ et vos existimate. vos mortuos quidē esse pctō viuentes aūt deo. In xp̄o iesu: dn̄o nostro. R. Cōuertere dn̄e aliquātulū et deprecare sup seruos tuos. v. Dn̄e refugium fct̄us es nobis a generatione et pgenie. Alla. v. Attendite pp̄le meꝰ legē meā

In illo tp̄e: Dixit ihūs discipulis suis Scd̄m mathe. v Amen amē dico vobis: nisi abūdauerit iusticia vr̄a plusqꝫ scribarū et phariseoꝝ: nō intrabitis in regnū celoꝝ. Audistis qꝛ dictū est antiquis: non occides. Qui aūt occiderit: reus erit iudicio. Ego aūt dico vobis: qꝛ oi̅s qui irascit fratri suo: reus erit iudicio. Qui aūt dixerit fr̄i suo racha: reus erit concilio. Qui aūt dixerit fatue: reꝰ erit gehēne ignis Si ergo offers munꝰ tuū ad altare. et ibi recordatus fueris qꝛ frater tuꝰ habet aliq̇d aduersū te: relique ibi munꝰ tuū añ altare. ꝛ vade prius recōciliari fr̄i tuo. Et tunc veniēs: offeres

munus tuū. Offe. Perfice gressus meos in semitis tuis vt non moueant vestigia mea inclina aurem tuā michi et exaudi verba mea mirifica mias tuas qui saluos facis sperantes in te dñe. Secreta.

Propiciare quesumus dñe supplicationibus nostris. et has oblationes famulorū famularūq3 tuarū benignus assume. vt qđ singuli obtulerunt ad honorem noīs tui: cūctis proficiat ad salutem. P. Cōm. Circuibo et imolabo in tabernaculum eius hostiam iubilationis cantabo et psalmum dicam domino. Postcōm.

Quos celesti dñe dono saciasti presta q̄s. vt a nostris mūdemur occultis. et ab hostium liberemur insidiis. Per dñm nostrum.

Feria quarta. Ad hebreos. xii. et xiii.

Fratres: Habeamus gratiam per quam seruiamus placentes deo cum metu et reuerentia. Et enī deus noster: ignis cōsumens est. Caritas fraternitatis maneat in vobis: et hospitalitatem nolite obliuisci. Per hāc enim placuerunt quidam deo: angelis hospicio susceptis. Memento te vinctorum tanq̄ simul vincti: et laborantiū tanq̄ et ipsi in corpore manentes. Honorabile connubiū in omnibus: et thorus immaculatus. Fornicatores enim et adulteros iudicabit deus. Sint mores sine auaricia: contenti presentibus. Ipse enim dixit. Non te deseram neq3 derelinquam: ita vt et nos cōfidenter dicamus Dominus michi adiutor est: non timebo quid faciat michi homo. Mementote prepositorum vestrorū qui vobis locuti sūt verbum domini: quorum intuentes exitum conuersationis imitamini fidem. Jesus cristus heri et hodie: ipse seruet in secula seculorum

Secundum marcum. Decimo.

In illo tempore: Cum ingressus esset iesus in via: procurrens quidam genu flexo ante eum rogabat eum dicens. Magister bone: quid faciam vt vitam eternam percipiam. Jhūs aūt dixit ei. Quid me dicis esse bonum? Nemo bonus nisi solus deus. Precepta nosti? Que? Non adulteres: non occidas non fureris. non falsum testimoni dixeris: non fraudem feceris. Honora patrem tuum. et matrem tuam Et ille respondens: ait illi. Magister bone: hec omnia custodiui a iuuentute mea. Jesus autem intuitus. dilexit eum. et dixit illi. Vnum tibi deest. Vade: quecunq3 habes vēde: et da pauperibus. Et habebis thesaurum in celo: et veni et sequere me. Dñica vii. post trinitatem.

Omnes gētes plaudite manibus iubilate deo in voce exultationis. ps. Subiecit populos nobis: et gentes sub pedibus nostris. Gloria patri. Oratio.

Deus virtutum cuius est totum quod est optimum. insere pectorib3 nrīs amorē tui nois et presta ī nobis religionis augmētū: vt que sūt bona nutrias ac pie

tatis studio que sunt nutrita custo dias. Per dñm nostrum iesum.

Ad romanos. vi.

Fratres: Humanum dico propter infirmitatem carnis vestre. Sicut enim exhibuistis membra vestra seruire immundicie et iniquitati ad iniquitatem: ita nūc exhibete membra vestra seruire iusticie in sanctificationem. Cum enī serui essetis peccati: liberi fuistis iusticie: Quem enim fructum habuistis tūc in illis in quibus nūc erubescitis. Nam finis illorum mors est. Nūc vero liberati a peccato serui autem facti deo: habetis fructū vestrum in sanctificationem. finē vero vitam eternam. Stipendia enim peccati: mors. Gratia autem dei: vita eterna. In cristo iesu: dño nostro. ℟. Beata gens cuius est dominus deus eorum populus quem elegit dominus in hereditatem sibi. ℣. Verbo dñi celi firmati sunt et spiritu oris eius omnis virtus eorum. Alleluya. ℣. Exultate deo adiutori nostro iubilate deo iacob sumite psalmū iocundū cum cythara.

Secundum marcum. viii.

In illo tempore: Cum turba multa esset cum iesu: nec haberent, qđ manducarent. cōuocatis discipulis suis ait illis. Misereor super turbam: qꝛ ecce iam triduo sustinēt me: nec hñt qđ manducēt. Et si dimisero eos ieiunos in domū suam: deficient in via. Quidam eniꝫ ex eis delonge venerūt. Et responderūt ei discipuli sui. Vnde istos poterit qs hic saturare panibus in solitudine. Et interrogauit eos. Quot panes habetis. Qui dixerunt. Septem. Et precepit turbe discūbere super terram. Et accipiēs septem panes: grās agens fregit. et dabat discipulis suis vt apponerent. Et apposuerunt turbe. Et habebant pisciculos paucos: ⁊ ipos benedixit et iussit apponi. Et manducauerūt et saturati sunt. Et sustulerūt qđ superauerat de fragmentis. septem sportas. Erant autem qui manducauerant quasi quattuor milia: et dimisit eos. Offꝰ. Sicut in olocaustum arietum et taurorum et sicut in milibus agnorum pinguium sic fiat sacrificiū nostrum in conspectu tuo hodie vt placeat tibi quia non est confusio confidentibus in te domine. Secreta.

Propiciare dñe supplicationibus nostris: et has oblationes ppli tui benignus assume. et vt nullius sit irritum votū: nullius vacua postulatio presta. vt qđ fideliter petimus: efficaciter consequamur. Per dñm. Cōm. Inclina aurē tuā accelera vt eruas nos. Postcōm.

Repleti domine muneribꝫ tuis tribue quesumus. vt eorū et mūdemur effectu et muniamur auxilio Per dñm nostrum ihm.

Feria quarta. Ad romanos. viii.

Fratres: Nunc nichil damnationis est his qui sunt in cristo iesu. qui non secūdum carnem ambulāt. Lex enī sps vite in xpo iesu liberauit me a lege pctī ⁊ mortis

Nam quod impossibile erat legi i qua infirmabamur per carnē: deus filium suum mittens in similitudinem carnis: de peccato dānauit peccatum in carne: vt iustificatio legis iplcretur in nobis: qui nō secundū carnem ambulamus: sed secūdū spiritū. Qui enim secundū carnem sunt: que carnis sunt sapiunt. Qui vero secūdum spiritū: que spiritus sunt sentiūt. Nam prudētia carnis mors est. Prudentia aūt spiritus: vita ꝛ pax. In cristo iesu domino nostro Secūdū matheū. xvi

In illo tempore: Accesserunt ad iesum saducei et pharisei tentantes eum: ꝛ rogauerunt eum vt signum de celo ostēderet eis. At ille respondens ait eis. Facto vespere dicitis serenum erit: rubicundū est enim celum: et manet hodie tempestas: rutilat enim triste celū. Faciem ergo celi diiudicare nostis. Signa autem tempora non potestis scire: generatio mala ꝛ adultera signum querit: et signum non dabitur ei: nisi signum ione pphete. Et relictis illis abiit. Et cum venisset discipuli eius transfretū: obliti sūt panes accipere. Qui dixit illis. Intuemini et cauete a fermento phariseorū et saduceorū. At illi cogitabāt iter se. dicētes: qꝛ panes nō accepimus. Sciens autem iesus cogitationes eorum: dixit. Quid cogitatis iter vos modice fidei: quia panes nos habetis: Nondum intelligitis nec recordamini quiqꝫ panū quinqꝫ milia hominū. Et quot cophinos sustulistis. Neqꝫ septem panum i quattuor milia hominuꝫ Et quot sportas sumpsistis. Quare non intelligitis: quia non de pane dixi vobis: cauete a fermēto phariseorum et saduceorum. Tunc intellexerunt quia non dixerat cauēdū ē a fermēto panū: sed a doctrina phariseoꝝ. et saduceoꝝ Dñica. viii.

Suscepimus deus miam tuam in medio templi tui secundū nomen tuum deus ita et laus tua in fines terre. iusticia plena est dextera tua. ps. Magnus dominus et laudabilis nimis: in ciuitate dei nostri in monte sancto eius Oratio

Deus cuius prouidentia i sui dispositione non fallitur: te supplices exoramus: vt noxia cuncta submoueas ꝛ oīa nobis profutura concedas. Per dñm nostrū.

Fratres Ad romanos viii.

Debitores sumus nō carni vt secundum carneꝫ viuamus. Si eni secundū carnē vixeritis moriemini Si autē spiritu facta carnis mortificaueritis: viuetis. Quicunqꝫ enim spiritu dei aguntur: hi filii sunt dei. Non enim accepistis spiritū seruitutis iterum in timore: sed accepistis spiritū adoptionis filioꝝ in quo clamamus abba pater. Ipse eni spūs testimoniū reddit spiritui nostro qꝛ sumus filii dei. Si autē filii: ꝛ heredes. Heredes quidem dei coheredes autem cristi. Responsoriū.

Esto michi in deum protectorem et in lo

cum refugii: vt saluum me facias. V. De⁹ in te speraui domine nõ confundar i eternum Alleluya. Domie deus salutis mee in die clamaui et nocte coram te. Scdm matheum. vii.

In illo tẽpore: Dixit iesus discipulis suis. Attendite a falsis prophetis qui veniunt ad vos in vestimẽtis ouium: intrinsecus autem sunt lupi rapaces. A fructibus eorum cognoscetis eos. Nunquid colligunt de spinis vuas aut de tribulis fic⁹? Sic omnis arbor bona: bonos fructus facit. Mala autem arbor fructus malos facit. Nõ potest arbor bona: fructus malos facere: neq₃ arbor mala fructus bonos facere. Omis arbor que non facit fructum bonum: excidetur et in ignem mittetur. Igitur ex fructib₃ eorum: cognoscetis eos. Non omnis qui dicit michi domine dñe: intrabit in regnum celorũ. Sed quicunq₃ facit voluntatẽ patris mei qui in celis est: ipse intrabit in regnũ celorum. Off. Populu₃ humilem saluũ facies domine et oculos superborum humiliabis quoniã quis de⁹ preter te domine. Secreta.

Deus qui legalium differentiam hostiarum vnius sacrificii perfectione sanxisti: accipe sacrificium a deuotis tibi famulis: et pari benedictione sicut munera abel sanctifica: vt quod siguli obtulerũt ad maiestatis tue honorem: cũctis proficiat ad salutem. Per dominũ. Communio. Gustate et videte quoniam suauis est dñs beatus vir qui sperat in eo.

Tua nos Postcõmunio domine medicinalis operatio et a nostris peruersitatibus clementer expediat: et ad ea que sunt recta perducat. Per dñm nostrum.

Feria iiii. Ad romanos. v.

Fratres Scimus quoniã cũ adhuc peccatores essemus: cristus pro nobis mortuus est. Multo igitur magis iustificati in sanguine ipsius: salui erimus ab ira p ipsu₃. Si enim cum inimici essemus: recõciliati sumus deo per mortem filii eius: multo magis reconciliati salui erimus in vita ipsius. Non solũ autem: sed et gloriamur i deo. Per iesum cristum dominum nostrum. Secundum marcum ix.

In illo tempore. Dixerunt discipuli ad iesum. Magister vidimus quẽdã i nomine tuo eiciẽtem demonia: et phibuimus eũ qr non sequitur nos. Jesus autem ait illis. Nolite prohibere eum. Nemo est enim qui facit virtutem in nomine meo: et possit cito male loqui de me. Qui enim non est aduersu₃ vos: pro vobis est. Quisquis enim potum dederit vobis calicem aque in noie meo: quia cristi estis: amen dico vobis: non perdet mercedẽ suã. Et quicũq₃ scãdalizauerit vnum ex his pusillis credẽtibus in me: bonum est ei magis si circundaretur mola asinaria collo eius: et in mare mitteretur. Et si scãdalizauerit te man⁹ tua: abscinde illã. Bonũ ẽ tibi debilẽ itrare i regnũ dei: q̃ duas

man⁹ habentem ire in iehennā in
ignem inextinguibilem : vbi ver-
mis eorum non moritur. ⁊ ignis nō
extiguitur .et si pes tuus scandali
zat te: amputa illū Bonum est tibi
claudum intrare ad vitā eternam:
q̄ꝑ duos pedes habentem mitti in
iehennā ignis inextiguibilis: vbi
vermis eoꝝ non moritur: et ignis
non extiguitur. Et si oculus tuus
scādalizauerit te: erue eū et proice
abs te Bonū est tibi luscū introire
in regnum dei: q̄ꝑ duos oculos ha-
bentē mitti in iehennā ignis. Vbi
vermis eorū non moritur: et ignis
non extinguitur Dominica ix.

Ecce deus adiuuat me et do
minus susceptor ē anime
mee auerte mala inimicis
meis et in veritate tua disperde il-
los protector meus dñe. ps. Deus in
noīe tuo saluum me fac: et in misericor-
dia tua libera me Oratio

Largire nobis dñe quesumus
semper spiritū cogitādi que
recta sunt propicius et agendi: vt q̇
sine te esse non possumus secundū
te viuere valeam⁹ P. Ad corīthios i. ix.

Frēs: Non sim⁹ concupiscētes
malorū: sicut et illi concupie
runt. Neqꝫ ydolatre efficiamini
sicut quidā ex ipsis: queādmodum
scriptum est. Sedit populus man-
ducare et bibere: et surrexerunt lu-
dere Neqꝫ fornicemur sicut quidā
eorum fornicati sunt: et ceciderunt
vna die vigintitria milia. Neqꝫ tē
temus cristum: sicut quidam eo-
rum tentauerunt: et a serpentibus
perierunt. Neqꝫ murmuraueritis
sicut quidā eorum murmurauerūt
et perierūt ab exterminatore. Hec
autē omnia: in figura contingebāt
illis. Scripta sunt autem ad corre
ctionem nostram: in quos fines se
culoꝝ deuenerūt. Itaqꝫ qui se existi
mat stare: videat ne cadat Tenta
tio vos non comprehendat: nisi hu
mana. Fidelis autem deus est qui
non patietur vos tentari super id
quod potestis: sꝫ faciet etiam cum
tentatione prouentum: vt possitis
sustinere. R. Domine dñs noster quā
admirabile est nomen tuum in vniuersa
terra. V. Quoniam eleuata est magnificē
tia tua super celos. Alleluya. V. Dñe refu
gium factus es nobis a generatione et ꝓ
genie. Secundum lucam. xvi

In illo tempore: Dixit ies⁹ di-
scipulis suis parabolā hanc
Homo quidā erat diues qui habe
bat villicum. Et hic diffamatus ē
apud illum: quasi dissipasset bona
ipsius. Et vocauit illum: et ait illi
Quid hoc audio de te: redde ratio-
nem villicatiōis tue. Jam enim nō
poteris villicare Ait autem villicus
intra se. Quid faciam quia domi-
nus me⁹ auffert a me villicationē
Fodere non valeo: mendicare erube
sco Scio quid faciam: vt cum amo
tus fuero a villicatione: recipiant
me in domos suas. Cōuocatis ita
qꝫ singulis debitoribus domini sui
dicebat p̄mo. Quātum debes dño
meo: At ille dixit Centū cados olei

Dixitq; illi Accipe caucionem tuã et sede cito scribe q̇nquaginta. De inde alio dixit. Tu vero quãtũ debes: Qui ait. Centũ choros tritici. Dixitq; illi Accipe litteras tuas et scribe octoginta Et laudauit dñs villicum iniquitatis: qr prudenter fecisset. Quia filii huius seculi prudentiores filiis lucis: in generatione sua sunt. Et ego vobis dico. Facite vobis amicos de mãmona iniquitatis: vt cum defeceritis recipiant. vos: in eterna tabernacula.

Offer. Justitie domini recte letificãtes corda et dulciora super mel et fauum nam et seruus tuus custodit ea. Secreta

Suscipe quesumus domine munera que tibi de tua largitate deferimus: vt hec sacro sãcta misteria gratie tue operante virtute: et presentis vite nos cõuersatione sãctificent et ad gaudia eterna perducant Per. Cõ. Primũ querite regnũ dei et oĩa adiicientur vobis dicit dñs. Postcõ.

Sit nobis domine quesumus reparatio mentis et corporis celeste misteriũ: vt cuius exequimur cultum sentiamus effectum. Per.

Feria iiii. Ad romanos vi.

Fratres nescitis quoniã cui exhibuistis vos seruos ad obediẽdũ serui estis eius cui obedistis siue peccati in mortẽ siue obeditionis ad iusticiã. Gratias aũt deo quod fuistis serui peccati obedistis autẽ ex corde in eã formã doctrine ĩ qua traditi estis. Liberati aũt a peccato serui facti estis iusticie. In xp̄o iesu dño nrõ.

Secũdũ lucã. xvi

In illo tp̄e. Dixit iesus discipulis suis Qui fidelis ẽ ĩ minimo: et in maiore fidelis est. Et q̇ ĩ modico ĩiquus est: et ĩ maiore iniquus est. Si ergo ĩ iniquo mãmona fideles nõ fuistis: qd̄ verũ est q̇s credet vobis: Et si ĩ alieno fideles nõ fuistis quod vestrũ ẽ: quis dabit vobis. Nemo potest duobus dñis seruire Aut enĩ vnũ odiet et alterũ diliget aut vni adherebit: et alterum cõtẽnet. Non potestis deo seruire et mãmone. Audiebant enĩ hec oĩa pharisei qui erant auari. et deridebant illũ. Et ait illis. Vos estis qui iustificatis vos corã hoĩnibus: deus aũt nouit corda vestra. Qr quod hoĩnibus altũ est: abominacio est ante deũ

Dominica decima

Dum clamarẽ ad dñm exaudiuit vocẽ meã ab his qui appropinquant michi et humiliauit eos qui est ãte secula et manet ĩ eternũ iacta cogitatũ tuũ in dño et ipse te enutriet. ps. Exaudi deus orationẽ meã et ne despexeris deprecationem meam intende michi et exaudi me. Orõ.

Pateant aures miẽ tue domine precibus supplicantium et vt petentibus desiderata concedas: fac eos que tibi sũt placita postulare per. Ad corinthios i. xii.

Fratres. Scitis qm̄ cũ gẽtes essetis ad simulachra muta: prout ducebamini euntes Ideo notũ vobis facio quod nemo in spiritu dei loquens dicit anathema iesu. Et

nemo potest dicere dñs iesus: nisi i spiritu sancto. Diuisiões vero gratiarum sunt:idem aũt spiritus Et diuisiones ministrationũ sunt idẽ autem dñs. Et diuisiones operantiũ sũt:idem vero deus qui operatur oia in omnibus. Unicuiqz aũt datur manifestatio spiritus ad vtilitatem. Alii quidẽ per spiritũ datur sermo sapientie Alii aũt sermo sciẽtie secundũ eundẽ spiritũ Alii fides in eodẽ spiritu. Alii gratia sanitatum i vno spiritu. Alii operatio virtutũ:alii pphetia:alii discretio spirituum Alii genera linguarum :alii interpretatio sermonũ Hec aũt oia operatur: vnus atqz idem spiritus. Diuidens singulis prout vult. R. Custodi me dñe vt pupillã oculi sub vmbra alarum tuarũ protege me. V. De vultu tuo iudicium meum prodeat oculi tui videant equitates. Allelupa. V. Domin9 regnauit decorẽ induit induit dñs fortitudinem et precinxit se virtute. Secundum

I illo tempore (lucã xix

Cum appropiquaret iesus ierusalem: videns ciuitatem fleuit super illã dicens Quia si cognouisses et tu. Et quidẽ in hac die. tua que ad pacẽ tibi:nunc aũt abscõdita sũt ab oculis tuis. Quia veniẽt dies in te et circundabunt te inimici tui vallo:et circundabũt te et coangustabũt te vndiqz:et ad terram psternent te:et filios tuos qui inte sũt. Et non relinquent in te lapidem super lapidem: eo qp non cognoueris tempus visitationis tue Et ingressus i templum cepit eiicere vendentes in illo et emẽtes: dicẽs illis. Scriptũẽ quia dom9 mea domus orationis est Vos autem fecistis illam speluncam latronum. Et erat docens quotidie in tẽplo Offr. Ad te domine leuaui animam meam deus meus in te confido nõ erubescã neqz irrideaãt me inimici mei etenim vniuersi q̃ te expectãt nõ cõfũdẽtur. Secre.

Concede nobis hec quesumus domine frequẽtare mysteria quia quotiens hostie huius cõmemoratio celebratur:opus nostre redemptionis exercetur. Per Communio. Acceptabis sacrificium iustitie oblationes et olocausta super altare tuũ dñe. Postcõ.

Qui nobis domine communio sacramenti et purificationẽ conferat et tribuat vnitatem Per

Feria iiii. Ad corinthios i.xv

Fratres. Non omnis caro eadem caro:sed alia hominum alia pecorum alia volucrum alia autem pisciũ. Et corpora celestia et corpora terrestria. Sed alia:quidem celestium gloria:alia autem trestrium. Alia claritas solis: alia claritas lune, alia claritas stellarũ Stella autem a stella differt i claritate:sic et resurrectio mortuorum Seminatur in corruptione:surget in icorruptione. Seminatur i ignobilitate:surget in gloria. Seminatur in infirmitate:surget in virtute Semiatur corpus animale. surget corp9 spũtale. sicut ẽ corp9 animale ẽ et spiritale. Sicut scriptuz

est. Factus est primus homo adam in animam viuentem: nouissimus adam in animã viuificantẽ. Sed non prius quod spirituale est sed qđ animale deinde quod spirituale In cristo iesu dño nostro. Scđm lucã. xxi

I Illo tempore: Dixit iesus discipulis suis Cum autẽ videritis circundari ab exercitu ierusalem: tunc scitote quia appropiquabit eius desolatio. Tunc qui in iudea sũt fugient ad montes: et qui ĩ medio eius erunt discedant. Et qui in regionibus: non intrent in eam: quia dies vltionis hi sunt: vt impleantur omnia que scripta sũt De his qui in vtero habent: et que vbera dant ĩ illis diebus. Erit enĩ pressura magna super terrã: et ira populo huic. Et cadent in ore gladii: et captiui ducentur ĩ omnes gẽtes. Et ierusalẽ calcabit a nationibus donec impleantur tempora gentium Et erunt signa in sole et luna et stellis et in terris pressura gẽtiũ p̄ cõfusiõe sonit⁹ maris et fluctuum Arescentibus hominib; pre timore et expectatione: que superueniẽt vniuerso orbi. Dñica vndecima

D Deus in loco sancto suo de⁹ qui inhabitare facit vnanimes in domo ipse dabit virtutem et fortitudinẽ plebi sue. P̄s. Exurgat deus et dissipẽtur inimici eius: et fugiant qui oderunt eũ a facie ei⁹

Deus q̇ oĩpotẽtiã tuã parcẽdo maxie ⁊ miserãdo manifestas: mlt̄iplica sup nos gratiã tuã vt ad tua promissa currentes: celestium bonorum facias esse consortes Per Ad corinthios prime xv.

F Fratres Notũ vobis facio euãgelium quod predicaui vobis quod et accepistis in quo ⁊ statis p quod et saluemini. Qua ratione predicauerim vobis si tenetis nisi frustra credidistis. Tradidi enĩ vobis ĩ primis quod et accepi: quoniam cristus mortuus est pro peccatis nostris secundum scripturas Et quia sepultus est et quia resurrexit tercia die: secundum scripturas. Et quia visus est cephe: et post hec vndeci. Deinde visus est plusq̃ quingentis fratribus simul: ex quibus multi manent vsq; adhuc. quidam autem dormierunt. Deinde visus est iacobo. deinde apostolis omnibus. Nouissime autem omnium tanq̃ abortiuo: visus est et michi. Ego enim sum minimus apostolorum. qui non sum dignus vocari apostolus: quoniam persecut⁹ sũ ecclesiam dei. Gratia aũt dei sũ id quod sũ. Et gratia eius: ĩ me vacua non fuit ℟. Indeo sperauit cor meum et adiutus sum ⁊ refloruit caro mea et ex voluntate mea cõfitebor illi. ℣. Ad te domine clamaui deus meus ne sileas ne discedas a me. Allelupa. ℣. Venite exultemus domino iubilemus deo salutari nostro. Secundum lucam xviii

I In illo tempore: Dixit iesus ad quosdam qui in se confidebant tanq̃ iusti et aspernabantur ceteros parabolã istam dicens

Duo hoĩes ascẽdert ĩ tẽplũ vt ora rẽt vn⁹ phariseus: ⁊ alter publican⁹ Pharise⁹ stans: hec apud se orabat Deus gratias ago tibi: q2 nõ sum sicut ceteri hominũ. Raptores iniu sti adulteri: velut etiã ⁊ hic publica nus. Jeiuno bis ĩ sabbato: decimas do omniũ que possideo. Et publica nus alonge stans: nolebat oculos ad celum leuare s3 percutieb at pe ctus suũ. dicens Deus ppicius esto michi peccatori. Amẽ dico vobis de scendit hic iustificatus in domũ su am ab illo. Quia omis qui se exal tat humiliabitur: et qui se humili at exaltabitur. Offe. Exaltabo te dñe quoniã suscepisti me nec delectasti inimi cos meos super me dñe clamaui ad te et Tibi dñe saluasti me. Secreta Sacrificia dicata reddantur que sic ad honorẽ nois tui deferen da tribuisti: vt eadem remedia no stra fieri prestares. Per dominum. Cõ. Honora dñm de tua substantia et de premiciis frugũ tuarũ vt impleatur hor rea tua saturitate et vino torcularia redũ dabunt. Postcõm. Quesumus dñe deus noster: vt quos diui nis non desinis reparare sacramẽ tis: tuis nõ destituas benignus au xiliis. Per. Feria iiii. Ad corinthios. i. vi Fratres: Nescitis qm̃ corpora vestra mẽbra sunt cristi. Tol lens ergo mẽbra cristi faciam mẽ bra meretricis: Absit. An nescitis qm̃ qui adheret meretrici vnũ cor pus efficitur. Erunt enĩ inquit duo in carne vna. Qui autem adheret

dño vnus spiritus ẽ. Fugite fornica tionem. Omne peccatũ quodcũq3 fecerit homo: extra corpus est. Qui aũt fornicatur: in corpus suum pec cat. An nescitis qm̃ membra vestra templũ sunt spiritus sancti qui in vobis est: quẽ habetis a deo et non estis vestri. Empti enĩ estis precio magno. Glorificate et portate deũ in corpore vestro. Secundũ lucã .xx. In illo tempore: Accesserũt ad iesum quidam saduceorũ qui negant esse resurrectionẽ: ⁊ interro gauerũt eũ dicẽtes. Magister moy ses scripsit nobis. Si frat alicuius mortuus fuerit habens vxorẽ: et hic sine liberis fuerit vt accipiat frater eius eam in vxorem: et suscitet se men fratri suo. Septem ergo fra tres erant: et primus accepit vxorẽ ⁊ mortuus est sine filiis. Et sequẽs accepit illam: et ipse mortuus est si ne filio: et tercius accepit illam. Si militer et omnes septem non reli querunt semen: et mortui sunt. No uissime omniũ mortua est mulier In resurrectione ergo cui⁹ erit vxor Siquidem septem habuerunt ipsã vxorem. Et ait iesus. Filii huius seculi nubunt et traduntur ad nu ptias. Jlli vero qui digni habebun tur seculo illo ⁊ resurrectiõe ex mor tuis neq3 nubẽt neq3 ducent vxores neq3 ei vltra mori poterũt. Equales enĩ angelis sũt et filii sũt dei. cum sint filii resurrectionis. Quia vero resurgunt mortui et moyses osten dit secus rubũ sicut dicit: dñm deũ

abraham et deum ysaac ⁊ deum iacob Deus aũt non est mortuoꝝ sꝫ viuoꝝ. Omnes enim viuunt ei Respõdentes aũt quidam scribarum dixerunt. Magister bene dixisti Et amplius nõ audebãt eũ. quicꝙ interrogare. Dominica xii

Deus in adiutoriũ meum intende dñe ad adiuuãdum me festina cõfũdantur et reuereãtur inimici mei qui querũt aĩam meam ps. Auertantur retrorsũ et erubescant: qui volunt michi mala

Omnipotẽs sempiterne deus orõ qui abundãtia pietatis tue et merita supplicũ excedis et vota effunde super nos miam tuã: vt dimittas que ꝯscientia metuit ⁊ adiicias quod oratio nõ presumit. Per.

Ad corinthios secunde. iii.

Fratres fiduciam talem habemus per cristum ad deum: non ꝙ sufficientes sumus aliquid cogitare a nobis quasi ex nobis sed sufficientia nrã ex deo est. Qui et ydoneos nos fecit ministros noui testamenti: nõ littera sed spiritu Littera enim occidit: spũs aũt viuificat. Quod si ministratio mortis litteris deformata ĩ lapidibus fuit ĩ gloria ita vt nõ possent filii israel intendere ĩ faciẽ moysi propter gloriam vultus eius que euacuatur. quomodo non magis ministratio spiritus erit in gloria: Nam si ministratio damnationis ĩ gloria est multo magis abundat ministeriũ iusticie in gloria. ℟. Benedicam dñz in omni tẽpore semp laus eius ĩ ore meo ℣. In dño laudabit aĩa mea audiant mãsueti et letẽtur. Alleluya. Dñs deꝰ magnꝰ dñs et rex magnus super omnẽ terram.

Secundum marcum. vii.

In illo tempore: Exiens iesus de finibus tyri venit ꝑ sydonem ad mare galilee: inter medios fines decapoleos. Et adducunt ei surdũ ⁊ mutũ: et deprecabantur eũ vt imponat illi manũ Et apprehẽdens eũ de turba seorsũ: misit digitos suos ĩ auriculas eius. Et expuens tetigit linguã eius. Et suspiciens in celũ: ingemuit et ait illi Effeta: quod est adaperire Et statim aperte sũt aures eius: et solutum est vinculum lingue eius et loquebatur recte. Et precepit illis: ne cui diceret. Quãto aũt eis precipiebat tanto magis plus predicabant: ⁊ eo amplius admirabantur dicentes. Bene oĩa fecit: et surdos fecit audire et multos loqui. Offer. Precatus est moyses in cõspectu dñi dei sui ⁊ dixit precatus est moyses ĩ conspectu dñi dei sui et dixit quare dñe irasceris ĩ pplo tuo parce ire aĩe tue memento abrahã ysaac ⁊ iacob qbꝰ iurasti dare terrã fluẽtẽ lac et mel et placatꝰ factus ẽ dñs de malignitate quã dixit facere populo suo. Secreta

Respice dñe qs nostrã propiciꝰ seruitutẽ vt quod offerimus sit tibi munus acceptum et nostre fragilitatis subsidiũ Per. Cõmunio

De fructu operũ tuorũ dñe satiabitur terra et vinũ letificet cor hoĩs vt exhilaret faciem in oleo et panis cor hoĩs cõfirmet

Sentiamus domine qs tui perceptione sacramenti subsidium mentis et corporis: vt in vtroqz saluati celestis remedii plenitudine gliemur. Per dnm. Feria. iiii.

Fratres: Ad corinthios ii. iiii. Non predicam⁹ nosmetipos sed ihm xpm dnm nrm. Nos autē seruos vrōs per ihm: qm deus qui dixit de tenebris lucem splendescere. ipse illuxit in cordib; nostris ad illuminationem scientie et claritatis dei. in faciem ihū xpi. Habem⁹ autem thesaurum istum in vasis fictilibus: vt sublimitas sit virtutis dei. et non ex nobis. In omnib; tribulationem patimur: sed nō angustiamur. Aporiamur: sed non destituimur. Persecutionē patimur: sed non derelinquimur. Deiicimur sed non perimus. Semper enī mortificationem iesu in corpore nostro circūferentes: vt et vita iesu: in corporibus nostris manifestetur.

In illo tpe: Scdm matheū. ix. Transeunte iesu: secuti sunt eū duo ceci: clamantes et dicentes. Miserere nostri fili dauid. Cū aūt venisset domū: accesserunt ad eum ceci: et dixit eis ihūs. Creditis quia hoc possum facere vobis? Dicūt ei Vtiqz dñe. Tūc tetigit oculos eoꝝ dicens. Scdm fidem vestram: fiat vobis. Et aperti sunt oculi cecoꝝ. Et cōminatus est eis ihūs: dicens. Videte. ne quis sciat. Illi aūt exeūtes: diffamauerūt illum in totam terram illā. Egressis aūt illis: ecce obtulerūt ei hoiem mutū et demoniū habentem. Et eiecto demonio locutus est mutus. et admirate sūt turbe: dicentes. Nunqꝫ sic apparuit in isrl. Pharisei autem dicebāt. In principe demonioꝝ: eiicit demonia Et circuibat iesus ciuitates oēs ꝛ castella: docens in synagogis eorū et predicans euāgelium regni. Et sanans oēm languorem: et oēm infirmitatem. Dñica. xiii.

Respice dñe in testamentū tuū et aīas pauperū tuorum ne derelinquas in finē exurge dñe et iudica causam tuam et ne obliuiscaris voces querentiū te. ps. Vt quid deus repulisti in finem: irat⁹ est furor tu⁹ sup oues pascue tue. Orō

Omnips et misericors deus de cuius munere venit. vt tibi a fidelibus tuis digne et laudabiliter seruiatur. tribue nobis qs: vt ad pmissiones tuas sine offensione curramus. Per. Ad galathas iii.

Fratres: Abrahe dicte sunt promissiones: et semini eius. Nō dicit et seminibus quasi in multis: sed quasi in vno. et semini tuo. qui est xps. Hoc autem dico testamentū confirmatū a deo: que postquadringentos ꝛ triginta annos facta est lex: non irritū facit ad euacuandam promissionem. Nam si ex lege hereditas: iam nō ex pmissione. Abrahe aūt: per repromissionem donauit deus. Quid igitur lex? Propter trāsgressiones posita est: donec veniret semen cui promiserat or-

dinata per angelos in manu me-
diatoris. Mediator aũt vnius non
est: deus autem vnus est. Lex ergo
aduersus ꝓmissa dei? Absit. Si eni
data esset lex que posset viuificare
vere ex lege esset iusticia. Sed con-
clusit scriptura oĩa sub pctõ: vt pro
missio ex fide iesu cristi: daretur cre
dentibus. ℟. Respice dñe in testamen-
tũ tuum et aĩas pauperum tuoꝝ ne obli-
uiscaris ĩ finem. ℣. Exurge dñe et iudica
causam tuam memor esto opprobrii seruoꝝ
tuorum. Alleluya. ℣. Dñs regnauit exul-
tet terra letentur insule multe

Secundum lucam. x.

In illo tempore: Dixit ihũs di
scipulis suis. Beati oculi qui
vidẽt que vos videtis. Dico enim
vobis: ꝙ multi prophete et reges vo
luerũt videre que vos videtis ⁊ nõ
viderunt: et audire que auditis. et
non audierunt. Et ecce quidam le
gisperitus surrexit: tentans illũ et
dixit. Magister. quid faciendo vitã
eternam possidebo? At ille dixit ad
eum. In lege qd scriptũ est: quomõ
legis? Ille autem respondens: dixit.
Diliges dñm deum tuum ex toto
corde tuo. et ex tota anima tua: et
ex omnibus viribus tuis et ex om
ni mente tua: et proximum tuum
sicut teipsum. Dixitqꝫ illi. Rectẽ re
spondisti. Hoc fac et viues. Ille au
tem volens iustificare seipsum: di-
xit ad iesum. Et quis est meus ꝓ-
ximus? Suspiciens autem iesus:
dixit. Homo quidam descendebat
ab ierusalem in iericho: et incidit in
latrones. Qui etiam despoliauerũt
eum. et plagis impositis abierunt
semiuiuo relicto. Accidit autem vt
sacerdos quidam descenderet eadẽ
via: et viso illo: preteriit. Similiter
et leuita cum esset secus locum et
videret eum: pertransiit. Samari
tanus autem quidam iter faciens
venit secus eum: et videns eum mi
sericordia motus est. Et appropi-
ans alligauit vulnera eius: infun
dens oleum et vinũ. Et imponens
illum in iumentum suum duxit ĩ
stabulum: et curam eius egit. Et
altera die protulit duos denarios:
et dedit stabulario. et ait. Curam il
lius habe: et qdcũqꝫ superogaueris
ego cũ rediero. reddã tibi. Quis ho
rum trium videtur tibi proximus
fuisse illi qui incidit ĩ latrones? At
ille ait. Qui fecit misericordiam in
illum. Et ait illi ihũs. Vade: et tu
fac similiter. Offer. In te speraui domi
ne dixi tu es deus meus in manibus tuis
tempora mea. Secreta.

Hostias domine qs propicius
intende: quas sacris altarib;
exhibemus. vt nobis indulgẽtiam
largiendo tuo nomini dent vigorẽ
Per dñm nostrũ ihm. Cõm. Panem
de celo dedisti nobis domine habentem
omne delectamẽtum et omnem saporem
suauitatis. Postcõm.

Viuificet nos quesumus domi
ne huius participatio sancta
misterii: et pariter nobis expiatio-
nem tribuat et munimen. Per do.

Feria. iiii. Ad corinthios. ii. v.

Fratres: Scimus quoniam si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur: q edificationem ex deo habemus domũ non manu factam eternam in celis. Nam et in hoc igemiscimus habitationem nostram que de celo est supinduі cupientes: si tamen vestiti et non nudi. inueniamur: Nam et qui sumus in hoc tabernaculo.ingemiscimus grauati. eo q volumus expoliari: sed superuestiri vt absorbeatur qđ mortale est a vita. Qui autẽ efficit nos in hoc ipsum: deus qui dedit nobis pign⁹ spiritus. Audientes igitur semper et scientes: quoniam dum sumus in corpore: peregrinamur a domio. Per fidem enim ambulamus: et non per speciem. Audemus autem et bonam voluntatem habemus: magis peregrinari a corpore. et presentes esse ad dñm. Et ideo contendimus siue absentes siue presentes placere illi. Omnes enim nos manifestari oportet ante tribunal cristi: vt referat vnusquisq ppria corporis prout gessit. siue bonum siue malum. Scientes ergo timorem domini hominibus suademus: deo autem manifesti sumus. Spero aũt in conscientiis vestris: manifestos vos esse. Per iesum cristum: dominum nostrum. Scdm matheũ. xii.

In illo tempore: Abeuntes pharisei: consilium faciebant aduersus ihm: quomodo eum perderent. Jesus autem sciens: recessit inde. Et secuti sunt eum multi: et curauit eos omnes. Et precepit eis ne manifestum eum facerent: vt adimpleretur qđ dictũ est per ysaiã prophetã dicentem. Ecce puer meus quem elegi: dilectus meus ĩ quo bene complacuit anime mee. Ponam spiritum meum super eum: et iudicium gentibus nũciabit. Non contendet neq clamabit neq audiet aliquis in plateis vocem eius Arundinem quassatã non confringet: et lignum fumigans nõ extinguet donec eiiciat ad victoriam iudicium. Et in nomine eius: gentes sperabunt. Dñica.xiiii

Protector noster aspice deus et respice in faciem cristi tui: q2 melior est dies vna in atriis tuis super milia. ps. Quã dilecta tabernacula tua domine virtutũ: concupiscit et deficit anima mea in atria domini. Gloria patri. Oratio.

Omps sempiterne deus da nobis fidei spei et caritatis augmentum. et vt mereamur assequi qđ promittis: fac nos amare quod precipis Per do. Ad galathas. v.

Fratres: Spiritu ambulate: et desideria carnis non perficietis. Caro enim concupiscit aduersus spiritum: spiritus autẽ aduersus carnem. Hec enim sibi inuicem aduersantur: vt non quecũq vultis illa faciatis. Quod si spiritu ducimini: non estis sub lege. Manifesta autem sunt opera carnis. Que sunt. fornicatio. immundicia

auaricia.impudicicia.luxuria ydolorum seruitus.Veneficia.inimicicie.contentiones.emulationes.ire.rixe.dissenciones.hereses.secte.inuidie. Homicidia.ebrietates.comessationes.et his similia.Que predico vobis sicut predixi: quoniã qui talia agunt regnum dei non consequentur.Fructus autem spiritus est:caritas.gaudium.pax.patiẽtia.longanimitas.bonitas.beĩgnitas.mansuetudo.fides.modestia.contiñẽtia.castitas.aduersus huiusmodi:non est lex.Qui autem sunt xpi carnem suam crucifixerunt: cum viciis et concupiscentiis. R. Bonum est confidere in domino ꝙ confidere in homine. v. Bonum est sperare in domino ꝙ sperare in principibus. Alleluya.v.Jubilate deo omnis terra seruite domino in leticia. Scdm lucã.xvii.

In illo tempore:Dum iret iesus in ierusalem: transibat per mediam samariam in galyleã Et cum ingrederetur quoddã castellum:occurrerunt ei decem viri leprosi.Qui steterunt alonge:et leuauerunt vocem:dicentes.Jesu preceptor:miserere nostri.Quos vt vidit:dixit.Jte ostendite vos sacerdotibus.Et factũ est dum irent:mũdati sunt.Vnus autem ex ipsis:vt vidit quia mundatus est:regressus est cum magna voce.magnificans deum.Et cecidit in faciem ante pedes eius.gratias agẽs.Et hic erat samaritanus.Respondens iesus: dixit.Nonne decem mundati sunt et nonem vbi sunt:Non est inuẽtus qui rediret ꝛ daret gloriam deo nisi hic alienigena.Et ait illi.Surge vade.quia fides tua: te saluum fecit. Offertor.Jmmittit angelum dominus in circuitu timentium eum et eripiet eos gustate et videte quoniam suauis est dominus. Secreta.

Propiciare quesumus domine populo tuo propiciare muneribus:vt hac oblatione placatus et indulgentiam nobis tribuas et postulata concedas.Per dñm. Cõm. Panis quem ego dedero caro mea est pro seculi vita. Postcõm.

Sumptis domine celestibus sacramentis ad redemptionis eterne quesumus proficiamus augmentum.Per dñm Feria.iiii. Ad corinthios. ii.vi.et vii

Fratres:Nolite iugum ducere cum infidelibus.Que est enĩ participatio iusticie cum ĩiquitate:Aut que societas luci ad tenebras:Que autem cõuentio xpi ad belial:Aut que est pars fidelis cum infideli:Quis aũt consensus templo dei cum ydolis:Vos enim estis templum dei viui:sicut dixit dominus deus.Quoniam ĩhabitabo in illis et ambulabo inter eos.et ero illorum deus:et ipsi erunt michi populus.Propter qd exite de medio eorum: et separamini dicit dominus.Vos qui portastis vasa domini:immundum ne tetigeritis:ꝛ ego recipiam vos.Et ero vobis in patrem:et vos eritis michi in filios et

filias: dixit dominus omnipotens. Has igitur promissiones habētes carissimi: mundemus nos ab omni inquinamento carnis. et spiritus perficientes sanctificationem: in timore dei. Scdm lucam. xii.

In illo tempore: Ait ad iesum quidam de turba. Magister: dic fratri meo: vt diuidat mecū hereditatē. At ille dixit ei. Homo: q̄s me constituit iudicem aut diuisorem sup vos. Dixitq̄ʒ ad illos. Videte et cauete ab omni auaricia: q2 nō in abundātia cuiusq̄ʒ vita eius est ex his que possidet. Dixit autē similitudinem: ad illos dicens. Hominis cuiusdā diuitis. vberes fructus ager attulit: et cogitabat itra se dicens. Quid faciam q̄ non habeam quo congregem fructus meos: Et dixit. Hoc faciam. Destruam horrea mea et maiora faciam: et illuc congregabo omnia que nata sunt michi. et bona mea. et dicā anime mee. Anima mea habes multa posita in annos plurimos: requiesce comede. bibe. et epulare. Dixit aūt illi deus. Stulte: hac nocte aīam tuam repetunt a te: que autem parasti cuius erūt. Sic est qui sibi thesaurizat: et nō est in deo diues. Dixitq̄ʒ ad discipulos suos. Ideo dico vobis: nolite solliciti esse anime vestre quid manducetis: neq̄ʒ corpori vestro q̄d induamini. Anima plus est q̄ esca: et corpus plusq̄ʒ vestimētum. Considerate coruos. quia non seminant. neq̄ʒ metūt. Quib3 non est cellarium neq̄ʒ horreum: sed deus pascit illos. Dnica. xv.

Inclina domine aurem tuam ad me et exaudi me saluum fac seruum tuū deus meus sperantem in te miserere michi domine quoniam ad te clamaui tota die. ps. Letifica animam serui tui: quoniam ad te domie animam meam leuaui. Gloria patri. Oratio.

Custodi domine quesumus ecclesiam tuam propiciatione perpetua: et quia sine te labitur humana mortalitas: tuis semper auxiliis. et abstrahatur a noxiis et ad salutaria dirigatur. Per dnm.

Ad galathas. vi.

Fratres: Si spiritu viuimus spiritu et ambulemus. Non efficiamur inanis glorie cupidi: inuicem prouocantes. inuicem inuidentes. Fratres: et si preoccupatus fuerit homo in aliquo delicto: vos qui spirituales estis: huiusmodi instruite in spiritu lenitatis. Considerans teipsum: ne et tu tenteris. Alter alterius onera portate: et sic adimplebitis legem cristi. Nam si quis existimat se aliquid esse cum nichil sit: ipse se seducit. Opus autem suum probet vnusquisq̄ʒ: et sic in semetipso tantum gloriam habebit. et non in altero. Vnusquisq̄ʒ enim: onus suum portabit. Comunicet autē is qui cathecizatur verbo: ei qui cathecizat. in omnibus bonis. Nolite errare: deus non irridetur. Que enim seminauerit homo

hec et metet. Quoniam qui seminat
in carnem suam: de carne et metet
corruptionem. Qui autem seminat
in spiritu: de spiritu metet. vitam
eternam. Bonum autem facientes
non deficiamus: tempore enim suo
metemus non deficientes. Ergo
dum tempus habemus: operemur
bonū ad omnes. Maxime autem:
ad domesticcos fidei. ℟. Bonum est
confiteri domino et psallere nomini tuo
altissime. ℣. Ad annunciandum mane mi
sericordiam tuam et veritatem tuam per
noctem. Alleluya. ℣. Confitemini domio
et inuocate nomen eius annunciate inter
gentes opera eius. Scdm matheum. In
illo tpe: Dixit iesus disci
pulis suis. Nemo potest duo
bus dñis seruire. Aut enī vnū odio
habebit: et alterū diliget. Aut vnū
sustinebit: et alterū contēnet. Non
potestis deo seruire: et mammone.
Ideo dico vobis: ne solliciti sitis aīe
vestre quid manducetis: neq corpo
ri vestro quid induamini. Nonne
aīa plus est q̄ esca: et corpus plusq̄
vestimentū? Respicite volatilia ce
li: qm̄ nō serūt neq metūt neq cō
gregant in horrea: et pater vester ce
lestis pascit illa. Nōne vos magis
pluris estis illis? Quis aūt vrm̄ co
gitans: potest adiicere ad staturam
suā cubitū vnū? Et de vestimento
qd solliciti estis? Considerate lilia
agri quomō crescūt? Non laborāt
neq nent. Dico autem vobis: q
nec salomon in omni gloria sua co
opertus est sicut vnum ex istis. Si
autem fenum agri qd hodie est: et
cras in clibanum mittitur: deus sic
vestit. quātomagis vos minime fi
dei. Nolite ergo solliciti esse dicētes
quid manducabimus aut quid bi
bemus: aut quo operiemur. Hec eī
oīa: gentes inquirūt. Scit enī pater
vester celestis: q his omnib indige
tis. Querite ergo primū regnū dei:
et iusticiam eius: et hec oīa adiicien
tur vobis. Offr. Expectans expectaui
dñm et respexit me et exaudiuit depreca
tionem meā et imisit in os meū canticū
nonum hymnum deo nostro. Secreta.
Concede nobis dñe q̄s. vt hec
hostia salutaris et nostrorū
fiat purgatio delictorū. et tue ppici
atio pietatis. Per. Cōm. Qui mandu
cat carnem meam et bibit sanguiem meū
in me manet et ego in eū dicit dominus.
Purificēt sēp et muniāt Postcō.
tua sacramenta nos deus. et
ad perpetue ducant saluationis ef
fectū. Per. Feria. iiii. Ad collosenses. i.
Fratres: Gratias agimus deo:
qui dignos nos fecit in par
tem sortis sanctorū in lumine. Qui
eripuit nos de potestate tenebra
rum: et transtulit in regnum filii
dilectionis sue. In quo habemus re
demptionem et remissionem pecca
torum: qui est imago dei inuisibilis
primogenitus omnis creature. Qr
in ipso condita sunt vniuersa in ce
lis et in terra: visibilia et inuisibi
lia. Siue throni. siue dñationes. si
ue pricipatus. siue potestates. Om
nia per ipsum et in ipso creata sūt

et ipse ante omnes est. et omnia in ipso constant. Et ipse est caput corporis ecclesie: qui est principium primogenitus ex mortuis. Ut sit in omnibus ipse principatum tenens: iesus xp̄s dn̄s noster. Scd̄m matheum. v.

In illo tempore: Dixit ihūs discipulis suis. Audistis quia dictum est antiquis: non periurabis Reddes autem dn̄o iuramēta tua Ego aūt dico vobis: non iurare omnino: neq̄ per celū. q2 thronus dei est. Neq̄ per terram: q2 scabellum pedum eius est: neq̄ per ierosolimā: quia ciuitas est magni regis. Neq̄ per caput tuū iuraueris: quia non potes vnum capillum album facere aut nigrum. Sit autem sermo vester: est est. non non Quod autē his abundantius est: a malo est. Audistis q2 dictū est: oculum pro oculo dentem pro dente. Ego autem dico vobis: non reddere malum pro malo. Sed si quis te percusserit in dextera maxilla: prebe ei et alterā. Et ei qui vult tecum in iudicio cōtendere et tunicam tuam tollere. dimitte ei et pallium. Et quicūq̄ angariauerit te mille passus: vade cū illo alia duo milia. Qui petit a te: da ei. Et volenti mutuare a te: ne auertaris. Dn̄ica. xvi. officium.

Miserere michi dn̄e qm̄ ad te clamaui tota die q2 tu dn̄e suauis ⁊ mitis es et copiosus in mīa oīb3 īuocantib3 te. p̄. Inclina dn̄e aurē tuā ⁊ exaudi me: qm̄ inops et pauper sum ego. Oratio.

Eccl'iam tuā dn̄e miseratio cōtinuata mūdet ⁊ muniat. ⁊ q2 sine te nō potest salua ꝯsistere: tuo semper munere guberneẜ. Per do. Fr̄es Obsecro Ad ephesios. iii. vos ne deficiatis ī tribulationibus meis p vobis: q̄ est glīa vr̄a. Hui9 rei grā flecto genua mea ad patrē dn̄i nostri iesu xp̄i: ex quo oīa p̄rnitas in celis et in terra noīatur vt det vobis scd̄m diuitias glīe sue ꝟtutem corroborari p sp̄m eius in interiori hoīe hītare xp̄m per fidem in cordib3 vr̄is. In caritate radicati et fundati: vt possitis cōprehendere cū oībus sanctis: que sit latitudo lōgitudo. sublimitas et ꝓfundum. Scire etiā supeminentē sciētie caritatem cristi: vt īpleamini in oēm plenitudinē dei. Ei aūt q̄ potēs est oīa facere supabundāter quā petim9 aut ītelligim9 scd̄m ꝟtutē que operaẜ in nobis: ipsi glīa in eccl'ia ⁊ in xp̄o iesu. In oēs generationes: seculi scl'oꝝ amen. R. Timebūt gentes nomen tuū dn̄e et om̄s reges terre gloriā tuā. Qm̄ edificauit dn̄s syon et videbitur in maiestate sua. All'a. v. Paratū cor meū deus paratū cor meū cātabo ⁊ psalmū dicam tibi in gloria. Scd̄m lucam. vii.

In illo tp̄e: Ibat iesus in ciuitatem q̄ vocaẜ naym: et ibāt cum illo discipuli eius: et turba copiosa Cum autem appropinquaret porte ciuitatis: ecce defunctus efferebatur. filius vnicus matris sue. Et hec vidua erat: et turba mlt'a cum illa. Quam cum vidisset do

minus misericordia motus super eam: dixit illi. Noli flere. Et accessit: et tetigit loculum. Hi autē qui portabant: steterunt. Et ait. Adolescens: tibi dico surge. Et resedit qui erat mortuus. Et cepit loqui: et dedit illū matri sue. Accepit aūt oīs timor: et magnificabant deum. dicētes. Quia propheta magnus surrexit in nobis: et quia deus visitauit: plebem suam. Offertoꝛ. Domine in auxilium meum respice confundantur et reuereantur qui querunt animam meam vt auferant eam. Secreta.

Tua nos domine sacramenta custodiant: et contra dyabolicos tueantur semp incursus. Per dñm. Cōm. Domine memorabor iusticie tue soli⁹ deus docuisti me a iuuētute mea et vsqꝫ in senectam et senium deus ne derelinquas me. Postcōm.

Mentes nostras et corpora possideat domine quesumus doni celestis operatio: vt non noster sensus in nobis sed iugiter eius preueniat effectus. Per dñm.

Feria quarta. Ad collosenses. ii

Fratres: Videte ne quis vos decipiat per philozophiam et inanem fallaciam. secundum traditionem hominum: secundum elementa mundi et nō secundum cristum. Quia in ipso habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter: et estis in illo repleti. qui est caput omnis principatus: et potestatis. In quo et circuncisi estis. circuncisione non manu facta: in expoliatione corporis carnis. sed in circuncisione iesu cristi. consepulti ei ī baptismo. In quo et resurrexistis: per fidem operationis dei. qui suscitauit illum a mortuis. Et vos cum mortui essetis in delictis et prepucio carnis vestre: cōuiuificauit vos cum illo. Donās vobis: oīa delicta

Secundum marcum. xi.

In illo tpe: Introiuit iesus ierosolimā in templum: et circunspectis oibus. cū iam vespera esset hora: exiuit in bethaniam cū duodecim. Et alia die cū exiret a bethania: esuriit. Cumqꝫ vidisset alonge ficum habentem folia venit: si quid forte inueniret in ea. Et cum venisset ad eam: nichil inuenit preter folia. Non enī erat tempus ficorum. Et respondens. dixit ei. Jam non amplius in eternū: quisꝙ fructum ex te manducet. Et audiebant discipuli eius: et veniūt iterum ierosolimam. Et cum introisset in templū: cepit eiicere vendentes ⁊ ementes in templo: et mensas nummulariorum: et cathedras vendētium columbas euertit. Et non sinebat vt quisꝙ vas transferret per templum: et docebat dicens eis. Nonne scriptum est: quia domus mea domus orationis vocabitur omnibus gentibus. Vos autem fecistis eam speluncam latronum. Quo audito: principes sacerdotum: et scribe. querebāt quomō eū perderent. Timebant enim eum. quoniam vniuersa turba admirabat: sup doctri

na eius. Dñica. xvii. post trinitatem.

Iustus es dñe et rectū iudiciū tuū: fac cū seruo tuo secūdū miam tuā. ps. Beati immaculati in via: qui ambulant in lege domini. Oratio

Absolue quesumus dñe tuorū delicta pplorū: vt a peccatorum nostrorū nexibus q̄ pro nostra fragilitate cōtraximus: tua benignitate liberemur. Per dñm.

Ad ephesios iiii.

Fratres: Obsecro itaque vos ego vinctus in domino: vt digne ambuletis vocatione qua vocati estis Cum omni humilitate et mansuetudine: cum patientia supportantes inuicem ī caritate: Solliciti seruare vnitatē spiritus in vinculo pacis vnū corpus et vnus spiritus: sicut vocati estis in vna spe vocationis vestre. Unus dñs: vna fides: vnum baptisma. vnus deus et pater oīm qui super oms. et p omia. et ī oībus nobis: qui est benedictus ī secula seculorum Amē. R. Unam petii a domino hanc requiram vt inhabitem ī domo domini. V. Ut videam voluntatem domini et protegar a templo sancto eius. Alleluya. V. Redemptionem misit dominus ī populo suo

Secundum lucam xiiii

In illo tempore: Cum intraret iesus in domum cuiusdā principis phariseorū sabbato manducare panem: et ipsi obseruabant eum Et ecce homo quidam ydropicus erat ante illum Et respondēs iesus dixit ad legisperitos et phariseos dicens. Si licet sabbato curare: At illi tacuerunt Ipse vero apprehensum sanauit eum: ac dimisit. Et respondens ad illos dixit. Cuius vestrum asinus: aut bos in puteum cadet. et non continuo extrahet illum die sabbati: Et non poterant ad hec respondere illi. Dicebat autem et ad inuitatos parabolam: intēdens quomodo primos accubitus eligerent: dicens ad illos Cum inuitatus fueris ad nuptias non discumbas in primo loco. Ne forte honoratior te sit inuitatus ab illo. Et veniens is qui te et illum vocauit dicat tibi. da huic locum Et tunc incipias cum rubore nouissimum locum tenere. Sed cum vocatus fueris: vade recumbe ī nouissimo loco: vt cum venerit qui te inuitauit dicat tibi Amice: ascende superius. Tunc erit tibi gloria coram simul discumbentibus. Quia omnis qui se exaltat humiliabitur et qui se humiliat exaltabitur. Offer. Oraui deum meum ego daniel dicens exaudi preces serui tui illumina faciem tuam super sanctuarium tuum et propicius intende populum istum super quem ī uocatū est nomen tuum deus Secreta

Pro nostre seruitutis augmēto sacrificiū domine tibi laudis offerimus: vt quod in meritis contulisti propicius exequaris. Per dominū nostrum iesum cristum filium tuum. Cōmu.

Uouete et reddite domino deo vestro om-

nes q̄ in circuitu ei⁹ affertis munera terri bili ⁊ ei q̄ auffert spm̄ principum terribili apud omnes reges terre. Postcōm.

Quesumus oṗs deus vt quos diuina tribuis participatōe gaudere humanis non sinas subiacere periculis. Per.dn̄m nostrū.

Feria iiii in ieiuniis iiii.temporum

Exultate deo adiutori nr̄o iubilate deo iacob. sumite psalmū iocundū cū cythara canite initiū mēsis tuba. qr preceptū i israel ē.et iudiciū deo iacob ṗs. Ego enim sum dominus deus tuus qui eduxi te de terra egypti dilata os tuum et implebo illud. Oratio.

Misericordie tue remediis quesumus domine fragilitas nostra subsistat: vt que sua conditōe atterit̄.tua clemētia reparet̄. Per.

Lectio libri amos vltimo

Hec dixit domin⁹. Ecce dies veniunt dicit dominus:⁊ cōprehendet arator messorem.et calcator vue mittentem semē. Et stillabūt mōtes dulcedinē: ⁊ oēs colles culti erunt. Et conuertam captiuitatē populi mei israel: et edificabunt ciuitates desertas.et habitabunt in eis. Et plantabunt vineas:⁊ bibēt vinū earum. Et facient ortos:⁊ comedēt fructus eorum Et plātabo eos super humū suam.et nō euellā eos vltra de terra sua: quam dedi eis dicit dominus omnipotens. ℞. Iacta cogitatū tuū i dn̄o et ipse te enutriet ℣. Dū clamarē ad dn̄m exaudiuit vocē meā ab his qui appropiquāt michi orō.

Presta q̄s dn̄e familie supplicāti vt dū a cibis corporalib⁹ se abstinēt: a viciis quoqꝫ mente ieiunēt. Lectio esdre ꝓphete Neemie viii.

In diebus illis: Congregatus est oīs populus.quasi vir vn⁹ ad plateā que est ante portā aquarum et dixerūt esdre scribe.vt afferret librum legis moysi quem precepit dn̄s israeli. Attulit aūt esdras sacerdos legem corā multitudine virorum et mulierū cunctisqꝫ qui poterant intelligere in die prima mensis septimi.⁊ legit in eo aperte i platea que erat ante portā aquarum a mane vsqꝫ ad mediaꝫ diem: in conspectu virorum ⁊ mulierum sapientum. Et aures omnis populi erāt erecte ad librum. Stetit autem esdras scriba supra gradum ligneum: quē fecerat ad loquendum Et steterūt iuxta eum Et aperuit esdras librū corā omi pp̄lo: et bn̄dixit esdras domino deo magno. Et respondit omnis populis amen. Et eleuans omīs populus man⁹ suas.incuruati sunt.et adorauerūt proni i terra. Porro leuite silentiū faciebant in populo: ad audiēdam legem. Populus autē stabat i gradu suo. Et legerūt i libro legis dei distincte et aperte ad intelligendū. Dixit autem neemias ⁊ esdras sacerdos ⁊ scriba ⁊ leuite interpretantes vniuerso populo. dies sanctificatus est dn̄o deo nostro: nolite lugere: et nolite flere Et dixit eis. Ite et comedite pīguia ⁊ bibite mulsū et

mittite partes eis qui non prepara uerūt sibi qz sctūs dies dñi est et nolite cōtristari. Gaudiū eteni dñi est fortitudo nrā R. Quis sicut dñs deus noster q̄ i altis hitat huilia respicit i celo i terra. v. Suscitans a terra inopem de stercore erigens pauperem. Secūdum marcum.ix.

In illo tpe: Respō dens vnus de turba dixit ad iesū. Magister attuli filiū meū ad te habētem spiritū mutū q̄ vbicūqz eum apprehenderit allidit eum et spumat et stridet dentib⁹ et arescit Et dixi discipulis tuis vt eiicerent illum: et non potuerunt. Qui respō dens eis dixit. O generatio incredula q̄diu apud vos ero. Quādiu vos patiar: Afferte illū ad me. Et attulerūt eū. Et cū vidisset illū: sta ti sp̄s cōturbauit eū. Et elisus in terra volutabat̄ spumās. Et interrogauit patrē eius. Quātum temporis ē: ex quo ei accidit: At ille ait Ab infantia. Et frequenter eum in ignem in aquas misit: vt eum perderet. Sed si quid potes: adiuua nos. misertus nostri. Jesus autem ait illi. Si potes crede: Omia possibilia sunt credenti. Et continuo exclamans pater pueri. cum lacrimis aiebat. Credo domine: adiuua incredulitatem meam. Et cum videret concurrentem turbam: comminatus est spiritui imundo. dicēs illi. Surde et mute spiritus: ego tibi precipio. exi ab eo. amplius ne introeas in eum. Et clamans et multū discerpēs eū: exiit ab eo. Et factus est sicut mortu⁹: ita vt multi dicerent quia mortuus est. Jesus autem tenens manum eius: eleuauit eum. et surrexit. Et cū itrasset domum: discipuli eius secreto interrogabant eum Quare non potuimus eiicere eū: Et dixit illis. Hoc genus in nullo potest exire: nisi in oratione et ieiunio Offertorium

Meditabor in mandatis tuis que dilexi valde et leuabo manus meas ad mandata tua que dilexi. Secreta.

Hec hostia domine quesumus emundet nrā delicta et ad sacrificiū celebrādū. subditoꝝ tibi corpora mēteſqz sanctificet P d. Côm.

Comedite pinguia et bibite mulsum. et mittite partes eis. qui nō preparauerunt sibi sanctus enim dies domini est nolite contristari gaudium etenim domini. est fortitudo nostra. Postcōm.

Sumentes domine dona celestia suppliciter deprecamur. vt que sedula seruitute donante te gerimus. dignis sensibus tuo munere capiamus Per dñm nostrum

Feria sexta. Introitus misse.

Letetur cor querentiū dñm querite dominū cōfirmamini: querite faciem eius semper. ps. Confitemini domino et inuocate nomen eius: annunciate de die i diem salutare eius. Oratio.

Presta quesumus omnipotēs deus. vt obseruatiōes sacras annua deuotione recolentes: et corpore tibi placeamus. et mente Per

Lectio osee prophete. xiiii

H ec dicit dn̄s: Conuertere isra
el ad dominū deum tuū: quo
niam corruisti i iniquitate tua. Tol
lite vobiscū verba: et conuertimini
ad dn̄m et dicite ei. Omnē aufer ii
quitatem et accipe bonum: et redde
mus vitulos labiorꝫ nostrorū. Assur
non saluabit nos: super equū non
ascendemus nec dicemꝰ vultra: dii
nostri opera manuū nostrarꝫ quia
eius qui in te est misereberis popu
li. Sanabo cōtritiones eorum di
ligam eos spontanee: quia auersꝰ
est furor meꝰ ab eis. Ero quasi ros
israel germinabit quasi liliū. Erū
pet radix eius: vt libani ibūt rami
eius: et erit quasi oliua gloria eius
et odor eius vt libani. Conuerten
tur sedentes in vmbra eius. viuent
tritico: et germinabūt quasi vinea
memoria eius. quasi vinum libani
Ego exaudiam et dirigā eum: ego
vt abietem virenteꝫ ex me fructus
tuus inuentus est. Quis sapiens ꝛ
intelliget ista. Intelligēs et sciet hec
Quia recte vie domini: et iusti am
bulabūt in eis. R. Cōuertere dn̄e ali
quātulū et deprecare super seruos tuos. V.
Dn̄e refugiū factus es nobis a generatio
ne ꝛ progenie. Secundum lucam. vii
I n illo tp̄e: Rogabat iesū q̄dā
phariseus. vt māducaret cū
illo. Et ingressus domum pharisei
discubuit. Et ecce mulier que erat
in ciuitate peccatrix: vt cognouit
ꝙ iesus accubuisset in domo pha
risei. attulit alabastrum vnguenti
et stans retro secus pedes eiꝰ: lachri
mis cepit rigare pedes eius et capil
lis capitis sui tergebat et osculaba
tur pedes eius: et vnguēto vngebat
Videns autem phariseus qui voca
uerat eum: ait intra se dicens. Hic
si esset propheta: sciret vtiqꝫ que et
qualis est mulier que tangit eum.
quia peccatrix est. Et respondens
iesus: dixit ad illum. Symō: habeo
tibi aliquid dicere. At ille ait. magi
ster dic. Duo debitores erant cuidā
feneratori: vnus debebat quingen
tos denarios: ꝛ alius quīquaginta
Non habentibus illis vnde redde
rent: donauit vtrisqꝫ. Quis ergo eū
plus diligit? Et respondens symō
dixit. Estimo: quia is cui plꝰ dona
uit. At ille dixit. Recte iudicasti
Et cōuersus ad mulierem: dixit sy
moni: Vides hāc mulierē? Intraui
in domum tuam: aquā pedibꝫ me
is nō dedisti. Hec autem lacrimis
rigauit pedes meos: et capillis suis
tersit. Osculum michi non dedisti
Hec autem ex quo intraui nō ces
sauit osculari pedes meos. Oleo ca
put meum non vnxisti: hec autem
vnguento vnxit pedes meos. Pro
pter quod dico tibi: remittuntur ei
peccata multa: quoniam dilexit
multuꝫ. Cui autem minus dimit
titur minus diligit. Dixit autem
ad illam dominus. Remittuntur
tibi pctā tua. Et ceperūt q̄dā qui
simul discunbebant: dicere intra se
Quis est hic qui etiam peccata di
mittit. Dixit aūt iesus ad mulierē
Fides tua te saluū fecit vade i pace

Offr. Benedic aia mea dño ꝛ noli obliuisci omnes retributiones eius et renouabitur sicut aquile iuuentus tua. Secreta. Accepta tibi sint domine que sumus nostri dona ieiunii: q ꝛ expiando nos tua gratia dignos efficiant: et ad sempiterna promissa perducant. Per dñm nostrum Côm. Aufer a me opprobrium et contemptum quia mandata tua exquisiui domine nam ꝛ testimonia tua meditatio mea est. Postcõ. Quesumus omnipotens deus. vt de perceptis muneribus gratias exhibētes beneficia potiora sumamus. Per dñm nostrū. Sabbato officium. Venite adoremus deū et procidamus ante dñm ploremus ante eum q fecit nos quia ipse est dominus deus noster ps. Venite exultemus domino: iubilemus deo salutari nostro. Oratio. Omnipotens sempiterne deus qui per cōtinentiam salutarem et corporibus mederis et mentibus: maiestatem tuam supplices exoramus: vt pia ieiunantiū deprecatione placatus: et presētia nobis subsidia prebeas et futura. Per d. Lectio libri leuitici. xxiiii. In diebus illis: Locutus est dominus ad moysē dicens Decimo die mēsis huius septimi: dies expiationū erit celeberrimus: ꝛ vocabitur sanctus. Affligetisqꝫ aias vestras in eo: et offeretis olocausta domino. Omne op⁹ seruile nō facietis in tempore diei huius: quia dies propiciationis est vt propicietur vobis dñs deus vester. Omnis anima que afflicta non fuerit die hoc peribit de populis suis Et que operis quispiam fecerit: delebo eam de populo suo. Nichil ergo operis facietis in eo Legitimum sempiternum erit vobis: in cunctis generationibus et habitatiōibus vestris. sabbatum requietionis est: affligetis ī eo aias vestras. Die nono mēsis septimi: a vespera vsqꝫ ad vesperam: celebrabitis sabbata vrā. Dicit dominus omnipotens. R. Protector noster aspice deus et respice super seruos tuos. V. Domine deus virtutum exaudi preces seruorum tuorum. Oratio Da nobis q̄s oṗs deus: vt ieiunando tua grā satiemur: et abstinēdo efficiamur cūctis hostib⁹ fortiores. Per. Lectio libri leuitici. xxiii In diebus illis: Locutus est dominus ad moysē dicēs Quintodecimo die mēsis huius septimi quādo cōgregaueritis oēs fructus tre vestre: celebrabitis ferias septē diebꝫ. Die primo et die octauo erit sabbatū idest requies. Sumetisqꝫ vobis die primo ramos arboris pulcherrime: patulosqꝫ palmaꝝ et ramos ligni dēsaꝝ frondiū et salices de torrente: et letabimini corā dño deo vestro. Celebrabitisqꝫ solēnitatem eius septē diebus ꝑ annum: legitimum sempiternū erit: in cūctis generationibus vestris: Mēse septimo festa celebratis: et habitabitis ī vmbraculis septē diebus. Ois qui

de genere est israel: manebit ī taber
naculis septē dieb9 vt discāt posteri
vri ꝙ ītabernaculis hītare feceri fi
lios israel: cū educerē eos de terra
egypti Ego dn̄s: deus vester ℞. Pro
picius esto domīe peccatis nostris nequā/
do dicant gentes vbi est deus eorum. ℣.
Adiuua nos deus salutaris noster et pro/
pter honorem hominis tui domine libera
T uere quesum9 domi nos orō
ne familiam tuā: vt salutis
eterne remedia. que te īspirante re/
quirimus: te largiēte cōsequamur
Per dn̄m. Lectio michee propethe vii
D n̄e deus noster pasce populū
tuū in virtute tua gregē he
reditatis tue: habitantes terrā ī sa/
lutē iuxta dies antiquos. Videbūt
gentes et confūdentur super omni
fortitudine sua. Qm̄ quis deus si/
milis tui: qui aufers iniquitatē et
trasfers peccatū reliquiarū heredi
tatis tue Non īmittet vltra furorē
suū: qm̄ volens miam est Reuerte/
tur ⁊ miserebitur nostri. Deponet
omnes iniquitates nostras: et proii
ciet in profūdū maris: oīa peccata
nostra. Dabis veritatem iacob: mi
sericordiā abrahā que iurasti patri
bus nostris a diebus antiquis: dn̄e
deus noster. ℞. Dirigatur oratio mea
secut incensū in cōspectu tuo dn̄e. ℣. Ele/
uatio manuū mearū sacrificium vesperti
P resta quesumus (num orō.
dn̄e sic nos ab epulis carna/
libus abstinere: vt a viciis irruenti
tibus pariter ieiunemus Per dn̄m
Lectio zacharie prophete viii.

I n diebus illis: Factuz est ver
bum dn̄i ad me dicens. Hec
dicit dn̄s deus exercituū. Sicut co/
gitaui vt affligerem vos: cū ad ira
cūdiam me prouocassent patres ve
stri: et non sū misertus. sic ꝯuersus
cogitaui in diebus istis: vt benefa/
ciam ierusalē et domui iuda. Noli
te timere. Hec sunt ergo verba que
facietis. Loquimini veritatē vnus/
quisqꝫ cū proximo suo. Veritatem
et iudiciū pacis iudicate in portis
vestris: et vnusquisqꝫ malū contra
amicum suum ne cogitetis in cor/
dibus vestris: et iuramētū mēdax
ne diligatis. Oīa enim hec sūt que
odi dicit dn̄s: Et factum est verbū
dn̄i exercituum: ad me dicens. Hec
dicit dn̄s exercituum. Jeiuniū pri/
mi ieiuniuz quarti ieiunium quin
ti ieiunium septimi et ieiunium de
decimi: erit domui iude in gaudiū
et leticiam. et ī solēnitates p̄claras
Veritatem tantū et pacē diligite:
dicit dn̄s exercituum. ℞. Saluū fac
pp̄lm tuū dn̄e et benedic hereditati tue. ℣
Ad te dn̄e clamaui de9 me9 ne sileas a me
et ero similis descēdentibus in lacū. Orō.
V t nos domine tribuis solēne
tibi deferre ieiuniū: sic nobis
quesum9 indulgētie presta subsidi/
diū. P. Lectio daniel. pphete. iii
A ngelus dn̄i descendit cū aza
ria et sociis suis ī fornacem ⁊ excus
sit flāmā ignis de fornace. et fecit
mediū fornacis quasi vētum roris
flantez: Flāma aūt diffusa est sup
fornacem cubitis quadragintano

nem: ⁊ incēdit quos repperit iuxta
fornacē de caldeis ministros regis
qui eam incēdebant: et non tetigit
eos omnino ignis neq̧ cōtristauit
nec quicquā molestie itulit. Tunc
hi tres quasi ex vno ore laudabant
et glorificabāt. et benedicebāt deū:
i fornace dicentes. Benedictio

Benedictus es dn̄e de⁹ patrū nostro
rum Et laudabilis et gloriosus in
secula. Et benedictum nomen glorie tue
quod est sanctū. Et laudabile et gloriosū
i secula. Benedictus es in tēplo sctō glie
tue. Et laudabilis. Benedict⁹ es sup thro
nū sanctū regni tui. Et laudabilis. Bene
dict⁹ es sup sceptrū regni diuinitatis tue
Et laudabilis. Benedict⁹ es qui sedes su
per cherubi intuens abyssos. Et laudabi
lis. Benedictus es qui ambulas super pē
nas ventorum. Et laudabilis. Benedicāt
te celi terra mare ⁊ omnia que in eis sūt.
Laudabilem et gloriosū in secula Benedi
cant te omnes angeli et sancti tui Lauda
bilem Gloria patri et filio et spiritui sā
cto. Laudabili et glorioso in secula. Si
cut erat in principio et nunc et semper et
in secula seculorum amen. Laudabili et
glorioso in secula. Benedictus es dn̄e. orō.

Deus qui tribꝫ pueris mitiga
sti flammas ignium. conce
de propicius: vt nos famulos tuos
non exurat flāma viciorum. Per
dn̄m nostrū. Ad hebreos ix.

Fratres: Tabernaculū factū
est primū in quo erant cāde
labra et mēsa: et propositio panuꝫ
que dicitur sctā Post velamētū aūt
secūdū tabernaculū quod dicit sā
cta sctōꝝ: aureū habēs thuribulū ⁊
archam testamēti circūtectā ex om
ni parte auro: i qua erat vrna au
rea habēs māna: et virgam aaron
que fronduerat. et tabule testamē
ti Sup que erāt cherubī glorie obū
brantia: ꝓpiciatoriū de quibꝫ non
est modo dicēdū per singula. His
vero ita cōpositis i priori .quidem
tabernaculo semp itroibāt sacerdo
tes. sacrificioꝝ officia cōsumantes.
In scdo aūt semel i anno solus pō
tifex nō sine sāguine quem offere
bat pro sua et populi ignorantia.
Hoc significāte spiritu sancto nō
propalatam esse sāctorum viam:
Adhuc priori tabernaculo habēte
statum que parabola est temporis
istantis. Iuxta quā munera et ho
stie offerūtur: que nō possūt iuxta
cōscientiam perfectū facere seruiē
tem. Solummodo i cibis et potib⁹
et in variis baptismatibus et iusti
ficationibus carnis: vsq̧ ad temp⁹
correctionis impositis. Cristus au
tem assistens pontifex futurorum
bonorum peramplius ⁊ perfectius
tabernaculum nō manu factum:
id est nō huius creationis. Neq̧ p
sāguinem hircorum aut vitulorꝫ.
sed per proprium sāguinem introi
uit semel in sancta: eterna redem
ptione inuenta Tractus Lauda
date dominum omnes gentes ⁊ collauda
te eum omnes populi. ℣. Quoniā confir
mata est super nos misericordia eius ⁊ ve
ritas domini manet in eternum.

Secundum lucam. xiii.

In illo tempore: Dicebat iesꝰ turbis similitudinē hanc. Arborem fici habebat quidā plantatam in vinea sua: et venit querens fructum ī illa. ⁊ nō inuenit. Dixit aūt ad cultorem vinee. Ecce anni tres sūt: ex quo venio querens fructū in ficulnea hac. et non inuenio Succinde ergo illam. Ut quid etiam terrā occupat: At ille respōdēs dixit illi. Dñe dimitte illam et hoc āno: vsqꝫ dū fodiam circa illam: et mittam stercora. Et siquidē fecerit fructū bene. Sin aūt in futurū succides eā. Erat aūt docens in synagoga eoꝝ. sabbatis. Et ecce mulier q̄ habebat spm̄ īfirmitatis annis decem et octo: et erat inclinata nec poterat oīno sursum respicere. Quā cū vidisset iesus: vocauit ad se: et ait illi. Mulier: dimissa es ab infirmitate tua. Et imposuit illi manꝰ ⁊ cōfestim erecta est et glorificabat deū. Respondēs aūt archisynagogus indignans q2 sabbato curasset iesus. dicebat turbe. Sex dies sunt. ī quibus oportet operari In his ergo venite et curemini et nō in die sabbati. Respondens aūt dominꝰ ad illum: dixit. ypocrite: vnusquisqꝫ vestrū sabbato nō soluit bouem suū aut asinū ī presepio ⁊ ducit adaquare: Hanc aūt filiā abrahe: quā alligauit sathanas ecce decem et octo annis non oportuit soluere a vinculo die isto sabbati. Et cū hec diceret erubescebāt oēs aduersarii eius. Et oēs populꝰ gaudebat in vniuersis que gloriose fiebant ab eo. Dñe deus salutis mee ī die clamaui et nocte coram te intret oratio mea in conspectu tuo dñe. Secreta.

Concede quesumus ops deus vt oculis tue maiestatis munus oblatum. ⁊ gratiā nobis deuotionis obtineat. et effectū beate perennitatis acquirat Per. do. Cōm. Mense septimo festa celebrabitis cuꝫ in tabernaculis habitare feceri filios israel cū educerē eos de terra egypti ego dñs deus vester. Postcōm.

Perficiant ī nobis dñe quesumꝰ tua sacramēta quod cōtinēt: vt q̄ nūc specie gerimus. rerū veritate capiamꝰ Per dñm. Dominica xviii

Da pacē dñe sustinētibus te vt prophete tui fideles inueniant̄ exaudi preces serui tui ⁊ plebis tue israel. ps. Letatus sū in his que dicta sunt michi in domum dñi ibimus. orō.

Omnipotens sempiterne deus miam tuā ostende supplicibus: vt qui de meritorū qualitate diffidimus nō iudiciū tuum sed indulgentiam cōsequamur. Per do. Ad corinthios. i. i.

Fratres Grās ago deo meo sēper pro vobis: in gratia dei q̄ data est vobis in cristo iesu. Quia in oībus diuites facti estis in illo: ī omni verbo: et in omni sciētia: Sicut testimoniū cristi cōfirmatū est in vobis. ita vt nichil desit vobis in vlla grā expectantibꝰ reuelationeꝫ dñi nostri iesu cristi: q̄ ⁊ cōfirmabit vos vsqꝫ in finem sine crimine: ī die

aduentus dñi nostri iesu cristi. R. Letatus sum in his que dicta sunt michi in domum dñi ibimus. V. Fiat pax in virtute tua et abundantia in turribus tuis. Alleluya. V. Qui timent dñm sperent in eum adiutor et protector eorum est.

In illo tpe: Scdm matheũ. xxii. Accesserunt ad iesum pharisei: et interrogauit eũ vnus ex eis legisdoctor tentans eum. Magister quod est mandatũ magnum in lege: Ait illi ihũs. Diliges dñm deũ tuũ ex toto corde tuo: et ex tota anima tua. et ex tota mente tua. Hoc est maximum et primũ mandatũ. Scdm autem: simile est huic. Diliges proximum tuũ: sicut teipsum. In his duobus mandatis: tota lex pendet. et pphete. Congregatis autem phariseis: iterrogauit eos ihũs dicens. Quid videtur vobis de cristo. cuius filius est: Dicunt ei. Dauid. Ait illis. Quomõ ergo dauid in spiritu vocat eum dñm. dicens. Dixit dñs dño meo: sede a dextris meis. donec ponam inimicos tuos scabellũ pedum tuorũ. Si ergo dauid vocat eum dñm: quomodo filius eius est: Et nemo poterat rñdere ei verbum: neq3 ausus fuit quisq̃ ex illa die: eum amplius interrogare. Offer. Sanctificauit moyses altare dño offerens super illud olocaustũ immolans victimas fecit sacrificium vespertinum in odorem suauitatis domino deo in conspectu filiorum israel. Secreta

Sacrificiis presentibus dñe q̃s intende placatus. vt et deuotioni nostre pficiant et saluti. Per dñm. Cõ. Tollite hostias et introite in atria eius adorate dñm in aula sancta ei9. Postcõm.

Quesumus omps deus: vt illius salutaris capiamus effectum: cuius per hec misteria pignus accepimus. Per dñm.

Feria quarta. Ad collosenses. iii.

Fratres: Mortificate membra vestra que sũt super terram: fornicationem. imundiciam. concupiscentiã malam et auariciam. que est simlacrorum seruitus. Propter q̃ venit ira dei super filios incredulitatis: in quibus et vos ãbulastis aliquãdo cũ viueretis in illis. Nũc autem deponite et vos oĩa: iram. indignationem. maliciã. blasphemiã Turpis sermo de ore vestro nõ procedat. Nolite mentiri inuicem: expoliantes vos veterem hoĩem cum actibus suis. et induentes nouum eũ qui renouat in agnitione secundum imaginem dei. qui creauit eũ Vbi non est gentilis et iudeus. circũcisio et preputiũ. barbarus et scita: seruus et liber. Sed per omĩa: et in omibus xps. Scdm matheũ. xiii.

In illo tpe: Dixit ihũs discipulis suis parabolam hanc. Simile factũ est regnum celorũ homini qui seiauit bonũ semen in agro suo. Cũ autem dormirent hoĩes venit inimicus eius: et superseminauit zizania in medio tritici. et abiit. Cum autem creuisset herba et fructum fecisset: tunc apparuerũt et zizania. Accedentes autem serui pa-

trisfamilias: dixerunt ei. Domine
nonne bonū semen seiasti in agro
tuo. Unde ergo habet zizania: Et
ait illis. Inimicus homo hoc fecit.
Serui autem dixerūt ei Uis imus
et colligimus ea: Et ait. Ne forte
colligētes zizania: eradicetis. simul
cum eis et triticum. Sinite vtraq3
q3 crescere vsq3 ad messem: ꝛ in tpe
messis dicā messoribz. Colligite pri
mū zizania: et alligate ea ꝑ fascicu
los ad cōburendū. Triticū aūt: cō-
gregate in horreū meū. Dñica. xix.

S alus ppli ego sū dicit dñs
de quacūq3 tribulatione cla
mauerit ad me exaudiam
eos et ero illoꝝ dñs ī perpetuū. P̄s. At-
tendite pple meus legē meā: iclinate aurē
vrām in verba oris mei. Orō.

H ac nos dñe q̄s prōpta volūta
te tibi subiectos: ꝛ ad supplicādū ti-
bi nr̄as sēper excita volūtates Per

F rēs: Renouami Ad ephesios. iiii
spū mētis vr̄e: ꝛ induite nouū
hoiem q̄ scdm deū creatus est: in iu
sticia ꝛ sctitate veritatis. Propt qd
deponētes mēdatiū: loq̄mini verita
tem vnusq̄sq3 cū ꝓximo suo: qm̄ su
m⁹ inuicē mēbra. Irascimini: ꝛ nolite
peccare. Sol nō occidat: sup iracun
diā vrām. Nolite locū dare dyabo
lo. Qui furabat: iā nō furetur. Ma
gis aūt laboret opando manibz su
is qd bonū est: vt habeat vnde tri-
buat: necessitatem patienti. R. Diri
gat orō mea sicut icensū i ꝯspectu tuo dñe
V. Eleuatio manuū meaꝝ sacrificiū ve-
sptinū. Alla. V. Laudate dñm oēs gētes et
collaudate eum om̄s ppli. S. math. ix.

I n illo. t. Ascendēs ihūs i naui
culā: transfretauit et veit i ci
uitatē suā. Et ecce offerebāt ei pa-
raliticū i lctō iacētē Uidēs aūt ihūs
fidē illoꝝ: dixit paralitico. Cōfide fi
li: remittūtur tibi pctā tua. Et ecce
quidā de scribis dixerūt ītra se. Hic
blasphemat. Et cū vidisset ihūs co
gitationes eoꝝ: dixit. Ut q̄d cogita-
tis mala i cordibz vr̄is: Quid est fa
cilius dicere dimittunt tibi pctā: an
dicere surge ꝛ ābula: Ut sciatis aūt
qm̄ filius hois hēt ptātem in terra
dimittendi pctā: tūc ait paralitico.
Surge. tolle lectū tuū: ꝛ vade ī do-
mū tuā. Et surrexit ꝛ abiit ī domū
suā Uidentes aūt turbe. timuerūt
et glificauerūt deū: q̄ dedit ptātem
talem hoibz. Offer. Si ābulauero i me-
dio tribulationis viuificabis me dñe et sup
irā inimicoꝝ meoꝝ extendes manū tuā et
saluū me fecit dextera tua. Secreta.

M unda nos dñe sacrificii p̄ntis
effectu. et pfice in nobis mise-
ratus vt ei⁹ mereamur esse partici
pes. P cō. Tu mandasti mādata tua cu
stodiri nimis vtinā dirigant vie mee ad
custodiendas iustificatiōes tuas. Postcō.

P urifica dñe q̄s mētes nr̄as be
nignus ꝛ renoua celestibz sa
cramētis. vt consequēter et corpoꝝ
p̄ns pariter ꝛ futurū capiam⁹ auxi
liū. P. Fe iiii. Ad thessalonicēses. ii. ii. ꝛ iii.

F rēs: State et tenete traditio
nes quas didicistis: siue p ser
monē siue per epistolā nr̄am. Ipse
aūt dñs nr̄ ihūs xp̄s. et deus pater

noster qui dilexit nos: et dedit consolationem eternam: et spem bonã in gratia: consoletur corda vestra. et confirmet in omni opere et sermone bono. Decetero fratres orate pro nobis: vt sermo domini currat ⁊ clarificetur: sicut et apud nos et vt liberemur ab īportunis. ⁊ malis hominibꝫ. Non enim oīm est fides. Fidelis autem deus est: qui cōfirmabit vos et custodiet a malo. Confidimus autem de vobis in domino: qm̄ que precepimus. et facietis. Dñs autem dirigat corda vr̃a in caritate dei: et patientia cristi.

Secundum matheum. xiii.

In illo tempore: Accesserūt ad ihm̄ discipuli eius: dicentes. Edissere nobis parabolam tritici et zizaniorum agri. Qui respōdens ait. Qui seminat bonū semen: est filius hoīs. Ager autem: est mundus Bonum vero semen: hi sunt filii regni. zizania autē: filii sūt nequitie. Inimicus autem qui seminauit ea: est dyabolus Messis vero: consummatio seculi est. Messores autē: angeli dei sunt. Sicut ergo colligunt zizania et igni cōburuntur: sic erit in consummatione seculi. mittet filius hoīs angelos suos: et colligent de regno eius oīa scandala: et eos qui faciunt iniquitatem. et mittēt eos in caminū ignis: ibi erit fletus et stridor dentium. Tunc iusti fulgebunt sicut sol: in regno patris eorum. Qui habet aures audiendi: audiat. Dominica xx. Officium.

Omnia que fecisti nobis dñe in vero iudicio fecisti quia peccauimus tibi et mandatis tuis non obediuimus sed da gloriam nomini tuo ⁊ fac nobiscū scdm̄ multitudinē misericordie tue ps. Beati immaculati in via: qui ambulant in lege domini. Gloria. Oratio.

Da quesumus dñe populo tuo dyabolica vitare contagia. et te solum dñm pura mente sectari. Per dñm. Ad ephesios. v.

Fratres: Videte quomodo caute ambuletis. Non quasi insipientes: sed vt sapientes. Redimētes tempus: qm̄ dies mali sūt. Propterea nolite fieri imprudentes: sed intelligentes que sit voluntas dei. Et nolite inebriari vino. in quo est luxuria: sꝫ impleamini spū sancto. loquentes vobismetipsis ī psalmis et hymnis et canticis spiritalibus: cantantes et psallentes in cordibꝫ vestris. Dño gratias agentes semper pro omnibus: in noīe dñi nostri iesu xp̄i: deo et patri. Subiecti inuicem: in timore cristi. R. Oculi omniū in te sperant dñe et tu das illis escam in tempore oportuno. V. Aperis tu manum tuam et imples omne animal benedictione. Alleluya. V. Letatus sum in his que dicta sunt michi in domū dñi ibimus.

In illo tp̄e: Scdm̄ math. xxii. Loquebatur ihūs cum discipulis suis: in parabolis dicens. Simile factum est regnum celoꝝ homini regi: q̄ fecit nuptias filio suo: Et misit seruos suos vocare inui

tatos ad nuptias:et nolebant veni re. Iterũ misit alios seruos dicens. Dicite inuitatis. Ecce prandium meũ paraui:tauri mei et altilia occisa.et oĩa parata sunt:veite ad nuptias. Illi aũt neglexerũt. Et abierũt ali⁹ in villã suã.alius vero ad negociationem suã. Reliqui vero tenuerunt seruos eius:et contumelia affectos occiderũt. Rex aũt cum audisset:iratus est:et missis exercitibus suis perdidit homicidas illos et ciuitatẽ illoꝝ succẽdit. Tũc ait seruis suis. Nuptie quidem parate sunt:sed qui iuitati erant.non fuerũt digni. Ite ergo ad exitus viarũ et quoscũqꝫ inueneritis: vocate ad nuptias. Et egressi serui eius in vias:congregauerũt oẽs quos inuenerũt.bonos et malos: et ĩplete sũt nuptie discũbentiũ. Intrauit autẽ rex vt videret discũbentes: et vidit ibi hoĩem nõ vestitũ veste nuptiali:et ait illi. Amice: quomõ huc itrasti non hñs vestem nuptialem? At ille obmutuit. Tũc dixit rex ministris. Ligatis manibꝫ eius ꝛ pedibꝫ mittite eũ ĩ tenebras exteriores:ibi erit fletus.et stridor dentium. Multi eni sũt vocati: pauci vero electi.

Offꝫ. Sup flumina babilonis illic sedimus et fleuim⁹ dũ recordaremur tui syõ.

Secreta.

Maiestatem tuã q̃s dñe suppliciter deprecamur. vt hec sc̃tã que gerimus et p̃ñtibus nos delictis exuãt et futuris Per.

Cõ. Memento verbi tui seruo tuo dñe in quo michi spem dedisti hec me consolata est in humilitate mea.

Postcõm.

Sanctificationibus tuis omnipotens deus.et vicia nostra purgentur ꝛ remedia nobis eterna proueniant. Per dñm.

Feria .iiii.

Ad thessalonisenses. ii.iii.

Fratres: Denunciamus vobis in nomine dñi nostri iesu cristi: vt subtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinate: et non sc̃dm traditionem quã acceperunt a nobis. Ipsi enim scitis quẽadmodũ oporteat vos imitari nos Quoniam non inquieti fuimus inter vos:neqꝫ gratis panem mãducauimus aliquando. sed in labore et fatigatione nocte et die operantes: ne quem vestrũ grauaremus. Non eni quasi non habuerim⁹ potestatem:sed vt nos ipsos formam daremus vobis ad imitãdum nos Nam et cũ essemus apud vos: hec denũciabamus vobis.q̃m si q̃s nõ vult operari nec manducet. Audiuimus eni ĩter vos quosdã ambulantes in quiete:nichil operantes sꝫ curiose agentes. His autẽ qui eiusmodi sunt denũciam⁹ ꝛ obsecram⁹ in dño nr̃o ihũ xp̃o: vt cum silentio operantes:panem suũ manducent Vos aũt fratres:nolite deficere benefacientes. In xp̃o iesu:dño nr̃o.

In illo tp̃e: Sc̃dm lucam.xiiii.

Dicebat iesus cuidam principi phariseoꝝ. Cum facis prandium aut cenã: noli vocare amicos tuos.neqꝫ fratres tuos.neqꝫ cognatos.neqꝫ vicinos diuites:ne forte et

ipsi te reinuitent. et fiat tibi retributio. Sed cum facis conuiuium: voca pauperes et debiles: cecos. et claudos. et beatus eris: quia non habēt vnde possint retribuere tibi. Retribuetur enim tibi: in resurrectione iustorum. Hec cum dixisset: quidā de simul discumbentibus. dixit illi Beatus qui manducabit panem: in regno dei. Dñica. xxi.

In voluntate tua domine i vniuersa sūt posita et non est qui possit resistere voluntati tue tu enim fecisti omīa celum et terram et vniuersa que celi ambitu continentur dominus vniuersorum tu es. ps. Beati immaculati in via: qui ambulant in lege dñi. Orō.

Uirigat corda nostra quesum⁹ dñe tue miserationis operatio. quia tibi sine te placere nō possumus. Per. Ad ephesios. vi.

Fratres: Confortamini in domino: et in potentia virtutis eius. Induite vos armatura dei vt possitis stare aduersus insidias dyaboli. Qm̄ nō est vobis colluctatio aduersus carnem et sanguinē: sed aduersus principes et potestates aduersus mundi rectores tenebrarum harū. contra spiritalia nequitie in celestibus. Propterea vos accipite armaturam dei: vt possitis resistere in die malo: et in oibus perfecti stare. State ergo succīcti lumbos vestros in veritate: et induti lorica iusticie. et calciati pedes in preparatione euangelii pacis. In omibus sumentes scutum fidei: in quo possitis omnia tela neq̄ssimi ignea extinguere. Et galeam salutis assumite: et gladium spiritus: qđ est verbum dei. R. Domine refugium factus es nobis a generatione et progenie. V. Priusq̄ montes fierēt aut formaretur terra et orbis a seculo et in seculum tu es deus. Alleluya. V. De profundis clamaui ad te domine dñe exaudi vocem meam.

Secundum iohannem. iiii.

In illo tpe: Erat quidam regulus cuius filius infirmabatur capharnaum. Hic cū audisset q2 iesus adueniret a iudea in galyleam: abiit ad eum et rogabat eū vt descenderet: et sanaret filiū eius Incipiebat enim mori. Dixit ergo iesus ad eum. Nisi signa et prodigia videritis: nō creditis. Dicit ad eū regulus. Dñe: descende priusq̄ moriatur filius meus. Dixit ei iesus. Uade: filius tuus viuit. Credidit homo sermoni quem dixit ei iesus. et ibat. Jam autē eo descendente. serui occurrerunt ei: et nunciauerunt ei dicentes: quia filius eius viueret. Introgabat ergo horā ab eis in qua melius habuerat. Et dixerunt ei: quia heri hora septima reliquit eum febris. Cognouit ergo pater. q2 illa hora erat in qua dixit ei iesus: vade filius tuus viuit. Et credidit ipse: et domus eius tota. Offer: Uir erat in terra nomine iob simplex et rectus ac timens deum quem sathan petiit vt tentaret et data est ei potestas a domino in facultate et in carne eius per-

diditq; omnem substantiam eius et filios carnem quoq; ipsius graui vlcere vulnerauit. Secreta.

d Deus qui nos p hui⁹ sacrificii veneranda cōmercia vnius summeq; diuinitatis participes effecis. presta quesumus: vt sicut tuā cognouimus veritatem. sic eam dignis moribus assequamur. Per.

Cō. In salutari tuo anima mea et in verbum tuum speraui quando facies de persequentibus me iudicium iniqui persecuti sunt me adiuua me dn̄e deus meus.

G Gratias tibi domine Postcōm. referimus sacro munere vegetati: tuam misericordiā deprecantes: vt dignos nos eius participatione efficias. Per dn̄m. Feria. iiii.

Ad tymotheum. i.i.

f Fratres: Finis autem precepti est caritas: de corde puro et cōscientia bona et fide non ficta. A q̄bus quidam aberrantes: conuersi sunt in vaniloquium. volentes esse legisdoctores. Non intelligentes neq; que loquūtur. neq; de quibus affirmāt. Scimus autem quia bona est lex: si quis ea legitime vtat. Scientes: quia iustis nō est lex posita: sed iniustis et non subditis. impiis et peccatoribus. et sceleratis et contaminatis. patricidis et matricidis: homicidis. fornicatoribus. masculorum concubitorib;. plagiariis mendacibus et periuriis. Et si q̄d aliud sane doctrine aduersatur. q̄ est scdm̄ euangelium glorie bti dei quod creditum est michi. Gratias ago ei qui me confortauit. In cristo iesu: dn̄o nostro. Scdm̄ lucam. vi.

i In illo tempore: Factū est autem quodam sabbato. vt intraret iesus in synagogam et doceret: erat ibi homo. et erat manus eius dextera arida. Obseruabant autem eum scribe et pharisei: si sabbato curaret. vt inuenirent vnde possent accusare illū. Ipse vero sciebat cogitationes eoꝝ: et ait homini qui habebat manū aridā. Surge: et sta in medio. Et surgens: stetit. Ait autem ad illos iesus. Interrogo vos: si licet sabbato benefacere an male: aīam saluam facere. an perdere: Et circunspectis omnib;: dixit homini. Extende manum tuam. Et extendit. Et restituta est manus eius. Ipsi autē repleti sunt insipientia. et colloquebantur adinuicem: quidnam facerent de iesu.

S Si iniquitates Dn̄ica xxii. obseruaueris dn̄e domine quis sustinebit quia apud te propiciatio est deus israel. ps. De profundis clamaui ad te domine: domine exaudi vocem meam. Oratio.

o Omnipotens et misericors deus vniuersa nobis aduersātia propiciatus exclude. vt mente ꝛ corpore pariter expediti que tua sūt liberis mentibus exequamur. Per dn̄m. Ad philippenses. Primo.

f Fratres: Confidimus in dn̄o iesu: quia qui cepit in vobis opus bonum. perficiet vsq; in diem iesu xp̄i. Sicut et michi iustum est

hoc sentire pro omnib; vobis: eo q
habeam vos in corde. et in vincu-
lis meis: et in defensione et confir-
matione euangelii. socios gaudii
mei. omñs vos esse. Testis eni michi
est deus. quomõ vos omñs cupiam. i
visceribus iesu xpi. Et hoc oro: vt
caritas vr̃a magis ac magis abũ-
det in scientia: et in oi sensu. Vt pro
betis potiora: et sitis sinceres et si-
ne offensa i diem iesu cristi. Reple-
ti fructu iusticie per ihm̃ cristum: i
gloriam et laudem dei. R. Ecce q̃
bonum et q̃ iocundum habitare fratres
inunum. V. Sicut vnguentum in capite
qd descendit in barbam barbam aaron.
V. Mandauit dñs benedictionem et vitã
vsq; in seculum. Alleluya. V. Lauda ani-
ma mea dñm laudabo dñm in vita mea
psallã deo meo q̃diu ero. S. math. xviii.

In illo tpe: Dixit iesus disci-
pulis suis parabolam hanc.
Simile est regnum celoꝝ homini
regi: qui voluit rationẽ ponere cũ
seruis suis. Et cum cepisset ponere
rationem: oblatus est ei vnus qui
debebat decem milia talenta. Cũ
autem non haberet vnde redderet:
iussit eum dominus venundari: et
vxorem eius. et filios. et omnia que
habebat: et reddi. Procidens autem
seruus ille: orabat eum dicens. Pa
tientiam habe in me: et omnia red
dam tibi. Misertus autem dñs ser
ui illius: dimisit eum. et debitum
dimisit ei. Egressus autem seruus
ille: inuenit vnum de conseruis su
is: qui debebat ei centum denarios
Et tenens suffocabat eum dicens
Redde quod debes. Et procidẽs cõ
seruus ille: rogat eum dicens. Pa
tientiam habe in me: et omnia red
dam tibi. Ille autem noluit sed ab
iit. et misit eum in carcerem: donec
redderet vniuersum debitum. Vi-
dentes autem conserui eius que fie
bant: contristati sunt valde. Et ve
nerunt et narrauerũt dño suo: oia
que facta fuerant. Tunc vocauit
eum dñs suus: et ait illi. Serue ne-
q̃: omne debitum dimisi tibi: quo-
niam rogasti me. Nõne ergo opor
tuit et te misereri conserui tui sicut
et ego tui misertus sum. Et iratꝰ
dñs eius. tradidit eum tortoribus:
quoadusq; redderet vniuersum de
bitum. Sic et pater meus celestis
faciet vobis: si nõ remiseritis vnus
quisq; fratri suo: de cordibus vr̃is.
Offr. Recordare mei domine omnipo-
tentatui dominans da sermonem rectum
et benesonantem in os meum vt placeãt
verba mea in conspectu principum euerte
cor eius in odium repugnantium nobis t
in eos qui consentiunt eis nos autem libe
ret manus tua. deus noster ineternum.

Secreta.
Hec munera
quesumus domine que ocu
lis tue maiestatis offerimus. salu-
taria nobis esse concede. Per dñm.
Cõm. Dico vobis gaudium est angelis
dei super vno peccatore penitentiã agẽte.

Postcõm.
Tua nos
domine medicinalis opera-
tio: et a nostris peruersitatibus cle
mẽter expediat. et tuis faciat semp

inherere mandatis. Per dñm.

Feria .iiii. Ad tymotheum. i.ii.

Carissimi: Obsecro primũ oĩum fieri obsecrationes. orationes. postulationes. gratiarũ actiones pro omnibus hominibꝫ. pro regibus et oĩbus qui in sublimitate sũt ↄstituti: vt quietã et tranquillã vitam agamus in omni pietate et castitate. Hoc enim bonum est: et acceptum coram saluatore nostro deo: qui omñs hoĩes vult saluos fieri et ad agnitionẽ vitatis veire. Vnꝰ enim deus. et mediator dei et hoĩm homo cristus iesus: qui dedit semet ipsũ redẽptionem pro oĩbus in testimoniũ tpibus suis. in quo positus sũ predicator ⁊ apl's. Veritatẽ dico: ⁊ nõ mẽtior. Doctor gentiũ: in fide et veritate. Scdm marcum. xi.

In illo tempore: Dixit iesus discipulis. Amen amen dico vobis: quia si quis dixerit huic mõti tollere et mittere in mare: et non hesitauerit in corde suo. sed crediderit quia quodcunqꝫ dixerit fiat: fiet et. Propter qđ dico vobis. Omnia quecũqꝫ orantes petitis: credite qr accipietis. et venient vobis. Et cũ stabitis ad orationem: dimittite si quid habetis aduersus aliquem: vt pater vester qui in celis est. dimittat vobis peccata vestra. Quod si vos nõ dimiseritis: nec pater vr̃ qui in celis est: dimittet vobis pctã vrã.

Dicit dñs ego Dñica.xxiii. cogito cogitationes pacis et non afflictionis inuocabitis me et ego exaudiam vos et reducam captiuitatem vrãm de cunctis locis. ps. Benedixisti dñe terrã tuã: auertisti captiuitatem iacob. Oratio.

Largire q̃s dñe fidelibꝫ tuis indulgentiã placatus ⁊ pacẽ. vt pariter ab oĩbus mũdenť offensis. et secura tibi mẽte deseruiãt. Per.

Fratres: Imita Ad philippeñ. 3. ⁊ iiii tores mei estote: et obseruate eos qui ita ãbulant: sicut hẽtis formã nr̃am. Multi eni ãbulant: quos sepe dicebã vobis. Nunc aũt ⁊ flẽs dico ĩimicos crucis xp̃i. quorũ finis ĩteritus. quorũ deus venter est ⁊ gloria in confusione eorũ: qui terrena sapiũt. Nostra aũt conuersatio in celis est. Vnde etiã saluatorem expectamꝰ dñm nostrũ ihm̃ xp̃m: qui reformabit corpus humilitatis nr̃e configuratũ corpori claritatis sue: scdm operationẽ qua possit etiam subiicere sibi oĩa. In cristo ihũ: dño nostro. R. Liberasti nos domine ex affligentibus nos et eos qui nos oderunt confudisti. V. In deo laudabimur tota die et in noie tuo confitebimur ĩ secula. All'a. V. Qui sanat contritos corde et alligat cõtritiones eorum. Scdm matheum. xxii.

In illo tempore: Abeũtes pharisei: consilium inierunt vt caperẽt iesum in sermone. Et mittunt ei discipulos suos: cum herodianis dicentes. Magister: scimus quia verax es. et viam dei in veritate doces: et nõ est tibi cura de aliquo. Non enim respicis personam hominum. Dic ergo nobis quid ti

bi videtur. Licet censum dari cesari an nõ. Cognita aũt iesus nequicia eorũ: ait. Quod me tẽtatis ypocrite: Ostẽdite michi nũmisma cẽsus: At illi obtulerũt ei denarium. Et ait illis iesus. Cuius est ymago hec et superscriptio: Dicunt ei. Cesaris. Tunc ait illis iesus. Reddite ergo que sunt cesaris cesari: et que sunt dei deo Offertorium De profundis clamaui ad te domine domine exaudi vocem meam. Secreta.

Celestem nobis q̃s dñe prebeãt hec misteria medicinam: et vicia nostri cordis expurgent. Per.

Cõ. Amen dico vobis quicq̃ orantes petitis credite q: accipietis et fiet vobis Postcõ.

Ut sacris dñe reddamur digni muneribꝫ: fac nos q̃s tuis obedire mandatis P. Feria iiii. Ad tymotheum. ii. i.

Carissime. Noli erubescere testimoniũ dñi nri iesu cristi: neqꝫ me victum eius sed cõlabora in euangelio scdm virtuteꝫ dei: qui nos liberauit et vocauit vocatione sua sancta. Non secundũ opera nostra. sed scdꝫ propositũ suũ: et gratiã que data est nobis in cristo iesu. ante temporalia secularia. Manifesta est auteꝫ: nũc p illuminatione saluatoris nostri iesu cristi: qui destruxit quidem mortem: illuminauit autẽ vitam et incorruptionem p euangelium in quo positus sũ ego predicator et apostolus et magister gentiũ. Ob quã causã etiam hec patior: sed non cõfundor Scio eni cui credidi: et certus sum q potens est depositum meum seruare in illum diem. formam habẽs sanorum verborum que a me audisti: in fide et dilectione. In cristo iesu dño nostro. Secundũ matheũ. xvii

In illo tpe: Cum venisset iesus et discipuli eius capharnauꝫ Accesserũt qui didragmã accipiebãt ad petrum et dixerunt ei. Magister vester nõ soluit didragmã: Ait. etiam. Et cum intrasset domum: preuenit eum iesus dicens. Quid tibi videtur symon. Reges terre a quibꝰ accipiunt tributum vel cẽsum: a filiis suis an ab alienis. Et ille dixit Ab alienis: Dixit illi iesus. Ergo liberi sunt filii. Ut autem non scãdalizemꝰ eos: vade ad mare. et mitte hamũ. et eum piscẽ qui prius ascẽderit: tolle et aperto ore eius inuenies staterem. Illum sumens: da eis pro me et pro te. Dñica xxiiii.

Dicit dominꝰ ego cogito cogitatiões pacis et nõ afflictionis. inuocabitis me et ego exaudiam vos et reducã captiuitatem vestram de cũctis locis ps: Benedixisti domine terram tuam: auertisti captiuitatem iacob. Oratio

Deus qui nos regendo conseruas: parcendo iustificas: et a tribulatione temporali nos eripe: et gaudia nobis eterna largire. Per dominũ. Ad collocenses. i.

Fratres: Nõ cessamus pro vobis orantes et postulantes vt impleamini agnitione voluntatis dei in omi sapientia et intellectu spiri

tali: vt ambuletis digne deo. p oia placentes In oi opere bono fructificantes: et crescentes ĩ scientia dei In oi virtute confortati scd̃m potẽtiam claritatis dei In oi patientia et lõganimitate cũ gaudio. In xp̃o iesu dño nostro. R. Liberasti nos dñe ex affligentibꝫ nos et eos qui nos oderũt cõfudisti. v. In deo laudabimur tota die ⁊ in noĩe tuo cõfitebimur in sclã. Alleluya. v. Qui sanat cõtritos corde et alligat cõtritiones eoꝝ. Secundum matheũ ix.

In illo tp̃e: Loquente iesu ad turbas. Ecce princeps vnus accessit: et adorauit eũ dicens. Domine: filia mea modo defuncta est. sed veni impone manũ tuam sup eam et viuet. Et surgens iesus sequebatur eum: ⁊ discipuli eius. Et ecce mulier que sãguinis fluxum patiebatur duodecim annis. accessit retro: et tetigit fimbriam vestimenti eius. Dicebat enim intra se Si tetigero tantũ vestimentũ eius salua ero At iesus cõuersus videns eam dixit. Cõfide filia: fides tua te saluaꝫ fecit Et salua facta est mulier: ex illa hora. Offer. De profũdis clamaui ad te dñe domine exaudi vocẽ meã

Suscipe dñe ꝓpicius Secreta hostias quibus et te placari voluisti: et nobis salutẽ potenti pietate restitue p. Cõm. Amen dico vobis quicquit orantes petitis credite quia accipietis et fiet vobis Postcõmu

Immortalis alimoniam cõsecuti q̃s dñe: vt quod ore percepimus mente sectemur. Per dñm:

Feria iiii. Ad romanos. xi

Fratres: Nolo enim vos ignorare mysteriũ hoc: vt non sitis vobismetipsis sapiẽtes. quia cecitas ex parte cecidit in israel. donec plenitudo gentium intraret. et sic omnis israel saluus fieret. sicut scriptum est. Veniet ex syõ qui eripiat ⁊ auertat impietates de iacob et hoc illis a me testamẽtum: cum abstulero peccata eorum. Secũdũ euangeliũ quidẽ inimici ꝓpter vos scd̃m electionẽ aũt carissimi ꝓpter prẽs. Sine penitentia eni sunt dona. et vocatio dei. Sicut eni et vos aliquando nõ credistis deo: nũc autem misericordiã cõsecuti estis. propter illorum incredulitatẽ: ita ⁊ isti nunc non crediderunt ĩ vestra misericordia: vt et ipsi miam cõsequãtur. Conclusit enim deus omnia ĩ incredulitate: vt omniũ misereat O altitudo diuitiarum sapientie ⁊ scientie dei: q̃ incõprehensibilia sũt iudicia eius. et inuestigabiles vie eiꝰ Quis enim cognouit sensũ domini: aut quis consiliarius eius fuit Aut quis prior dedit illi et retribuetur ei. Quoniã ex ipso et per ipsuꝫ et in ipso. sunt omnia. Ipsi honor ⁊ gloria: in secula seculorum amen. Secundum lucam. v.

In illo tp̃e: Cum esset iesus in vna ciuitatũ: ecce vir plenꝰ lepra. Et videns iesũ. ⁊ ꝓcidẽs ĩ faciẽ suã: rogauit eũ dicens. Dñe si vis potes me mundare. Et extendens manum: tetigit illum dicens. Volo

mundare. Et cōfestim lepra discessit ab illo. Et ipse p̄cepit illi: vt nemini diceret: sed vade ostende te sacerdoti: ⁊ offer pro emūdatione tua sicut precepit moyses ī testimoniū illis. Perābulabat aūt magis sermo de illo: ⁊ cōueniebant turbe multe ad eū vt audirent eū et curarentur: ab infirmitatibus suis. Dñica xxv. Dicit dñs ego cogito ⁊c. vt dictū est superi⁹ i dñica precedenti. Oratio.

Deus refugiū nostrū et virtus adesto piis ecclesie tue precibus auctor ipse pietatis ⁊ presta: vt quod fideliter petim⁹. efficaciter cōsequamur p. Epl'a Nolo enim vos ignorare. q̄re feria. iiii. p̄cedēte. Secū dū iohānē

In illo tp̄e: Cū sublevasset oculos iesus: ⁊ vidisset q̄ multitudo maxima venit ad eū: dixit ad philippū. Unde ememus panes: vt manducent hi. Hoc autem dicebat: tentans eum: ipse enī sciebat quid esset facturus. Respondit ei philippus. Ducentorū denarioꝝ panes nō sufficiūt eis: vt vnusquisq; modicū quid accipiat Dixit ei vnus ex discipulis eius: andreas frater symonis petri. Est puer vnus hic: qui habet quinq; panes ordeaceos: et duos pisces. Sed hec quid sūt iter tātos: Dixit ergo ies⁹ Facite hoīes discūbere. Erat aūt fenum multū ī loco. Discubuerunt ergo viri: numero quasi quinq; milia. Accepit ergo iesus panes: et cū gratias egisset: distribuit discūbētibus. Similiter ⁊ ex piscib⁹ quantū volebāt. Ut aūt ipleti sūt: dixit discipulis suis. Colligite q̄ superauerūt fragmēta ne pereant. Collegerūt ergo et impleuerunt duodeci' cophinos fragmētoꝝ ex quinq; panib; ordeaceis: que superauerūt his q̄ mā ducauerant. Illi ergo hoīes cū vidissent qd̄ fecerat signū: dicebant. Q2 hic est vere p̄pheta: qui vēturus est in mūdū. Secreta.

Da mise ricors deus vt hec nobis salutaris oblatio: et a p̄priis nos reatib; indesinenter expediat: ⁊ ab oīb; tueatur aduersis. Per d̄ Postcō

Sumpsim⁹ dñe sacri dona misterii hūiliter deprecantes: vt que in tui cōmemoratione nos facere precepisti: ī nostre infirmitatis p̄ficiāt auxiliū. p. Feria iiii. Ad roma nos. v.

Fratres. Dū adhuc essemus infirmi cristus secū dum carnem pro impiis mortuus est. Uix enim pro iusto quis morit' nam pro bono forsitā quis audeat mori: Cōmendat autem caritatem suam deus in nobis: quoniā cū ad huc peccatores essemus cristus pro nobis mortu⁹ est. Multo magis igitur iustificati nūc ī sanguine ipsi⁹: salui erim⁹ ab ira p ipsū. Si enim cū inimici essemus. reconsiliati sumus deo: p mortem filii eius: multo magis reconsiliati: salui erimus ī vita ipsius. Non solum autem sed et gloriamur in deo. Per iesum cristum: dñm nostrū. Euangelium. Cū sublevasset. vt supra.

Benedictio annuli.

Creator et cõseruator humani generis. dator gratie spiritualis: largitor eterne salutis. tu dñe mitte spiritũ sanctum tuũ paraclitum super hunc anulum. vt que illum gestauerit sit armata celestis defensionis virtute. et pficiat illi ad eternam salutem. P. Missa de sponsalibz.

Benedicta sit sãcta trinitas atqz indiuisa vnitas cõfitebimur ei quia fecit nobiscum misericordiam suam. ps Benedicamus patrẽ et filium: cum sancto spiritu. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus: qui dedisti famulis tuis in cõfessione vere fidei eterne trinitatis gloriam agnoscere: et in potentia maiestatis tue adorare vnitatẽ: quesum⁹: vt eiusdẽ fidei firmitate ab oibus sẽper muniamur aduersis. Per dñm. Alia orõ

Exaudi nos oĩpotens et misericors de⁹: vt quod nostro ministratur officio: tua benedictione potius impleatur. P. Ad corinthios i. vi.

Fratres: Nescitis qm̃ corpora vestra mẽbra sũt cristi. Tollens ergo membra cristi faciã mẽbra meretricis: Absit. An nescitis. quoniã qui adheret meretrici vnũ corpus efficitur. Erunt enĩ inquit duo: in carne vna. Qui autem adheret deo: vnus spirit⁹ est. Fugite fornicationem. Omne enim peccatũ quodcũqz fecerit homo: extra corp⁹ est. Qui autem fornicatur: in corp⁹ suum peccat. An nescitis quoniam membra vestra tẽplũ est spirit⁹ sancti q̃ in vobis est. quã habetis a deo ⁊ nõ estis vestri: Empti eĩ estis precio magno glorificate et portate deum in corpore vestro. R. Benedictus es domine qui intueris abyssos ⁊ sedes super cherubin. V. Benedicite deum celi. quia fecit nobiscum misericordiã suã. Alleluya. V. Benedictus es dñe de⁹ patrum nostrũ et laudabilis i secula. Scdm matheũ. xix.

In illo tempore. Exiens iesus venit in fines iudee. vltra iordanẽ: et conuenit iterum turba ad eum. Et sicut cõsueuerat: iterũ docebat eos. Et accedentes pharisei interrogabant eum: an licet homini dimittere vxorem suam quacunqz ex causa. At ille respondẽs dixit eis Quid vobis precepit moyses. Qui dixerunt. Moyses permisit libellũ repudii scribere: et dimittere. Quibus respondens iesus ait: Ad duriciam cordis vestri: scripsit vobis preceptum illud. Ab inicio autem creature: masculũ ⁊ feminam fecit eos deus: ⁊ dixit. Propter hoc relinquet homo patrem et matrem et adherebit vxori sue. et erunt duo in carne vna. Itaqz non sunt duo: sed vna caro. Quod ergo deus coniunxit: homo non separet. Officium. Benedictus sit deus pater vnigenitusqz dei filius sanctus quoqz spiritus quia fecit nobiscũ misericordiam suam. Secreta

Sanctifica quesumus domine deus noster p tui sancti nois inuocationẽ huius oblatiõis hostiam: et p eam nosmetipsos tibi pfice munus eternum. P. Alia Secreta

Suscipe quesumus domine pro
sacra connubii lege munus
oblatū: & cui⁹ largitor es operis esto
dispensator scītatis. Per. Bñdictio
Propiciare dñe ātequā pax dēt
supplicationib; nostris et i
stitutis tuis quibus ꝓpagationem
hūani generis ordinasti benignus
assiste. vt quod te auctore iungitur
te auxiliante seruetur. Per dñm.
Dñs vobiscū. Et Prefatio.
cū spiritu tuo. Sursum cor
da. Habem⁹ ad dñm. Gratias aga
mus domino deo nostro. Dignū &
iustum est. Veredignum et iustum
est equum et salutare. Nos tibi sē
per et vbiqꝫ gratias agere. Dñe sā
cte pater omnipotens eterne deus
Qui potestate virtutis tue de nichi
lo cūcta fecisti. q̄ dispositis vniuersi
tatis exordiis. homini ad ymaginē
dei fctō: ideo iseparabile mulieris
adiutorium condidisti: vt femineo
corpori de virili dares carne princi
pium: docens quod ex vno placuis
set institui nunq̄ liceret disiungi
Deus qui tā excellēti misterio cō
iugalē copulā cōsecrasti. vt cristi &
ecclesie sacramentum presignares
i federe nuptiarum. Deus per quē
mulier iungitur viro. & societas pri
cipaliter ordinata. ex ea benedictōe
donetur. Que sola nec per origina
lis peccati penam. nec per diluuii
est ablata sententiā. Respice propi
cius super hanc familiam tuā: que
maritali iūgēda est cōsortio. tuaqꝫ
se expetit protectione muniri. Sit
in ea iugum dilectionis et pacis fi
delis & casta: nubat in cristo: imita
trixqꝫ sanctarum permaneat femi
narū. Sit amabilis viro suo vt ra
chel. sapiens vt rebecca: longeua et
fidelis vt sarra. Nichil in ea ex acti
bus suis ille auctor preuaricatiōis
vsurpet: nexa fidei mādatis perma
neat vni thoro iuncta. contactus il
licitos fugiat. muniatqꝫ infirmita
tem suam robore discipline. Sit ve
recundia grauis: pudore venerabi
lis doctrinis celestib; erudita. Sit
fecūda i sobole: sit probata & inocēs
et ābo ad beatorū requiē atqꝫ ad ce
lestia regna perueniant. et videant
filios filiorum suorum vsqꝫ i terci
am et quartam progeniem. et ad
optatam perueniant senectutem.
Per dominū nostrū. Pax domini
sit semper vobiscum Cō.
Benedicimus deum celi et coram omni
bus viuentibus cōfitebimur ei quia fecit
nobiscum misericordiam suam. Postcōm.
Proficiat nobis ad salutē cor
poris et aīe domine deus nr̄
huius sacramenti susceptio. et sem
piterna sancte trinitatis eiusdem
qꝫ indiuidue vnitatis cōfessio Per
dñm nostrū Alia postcō.
Quesumus omnipotens deus
instituta prouidētie tue pio
semper amore comitare: vt quos le
gitima societate cōnectis. longeua
pace custodias. Per dñm nostrū.

In dedicatione ecclesie. Introitus misse



Terribilis est locꝰ iste hic domꝰ dei est ⁊ porta celi et vocabitur aula dei ps. Dñs regnauit decorē idutus ē indutꝰ est dñs fortitudinē ⁊ pcīxit se. oratio

Deus qui nobis p singulos annos huius sancti templi tui consecrationis reparas diem: et sacris semper misteriis representas incolumes: exaudi preces populi tui: et presta: vt quisquis hoc templum beneficia petiturus ingreditur: cūcta se impetrasse letetur Per. dñm

Lectio libri apoca. beati iohānis apo. xxi.

In diebus illis: Vidi ciuitatez sanctam ierusalem nouam descendentem de celo: adeo paratā sicut sponsam ornatam viro suo. Et audiui vocem magnaz: de throno dicentem. Ecce tabernaculum dei cum hominibus. ⁊ habitabit cū eis. Et ipsi populus eius erunt: et ipse deus cum eis erit eorum deus Et absterget deus omnem lacrimam ab oculis eorum. et mors vltra nō erit. neqz luctꝰ. neqz clamor neqz dolor erit vltra: que prima abierunt: et dixit qui sedebat in throno Ecce noua facio omnia. ℟.

Locus iste a deo factus est inestimabile sacramentū irreprehēsibilis. est. ℣. Deus cui adstat angelorum chorus exaudi preces seruorum tuorum. Alleluya. ℣ꝰ. Adorabo ad templum sanctum tuum ⁊ confitebor nomini tuo. Alleluya. ℣. Vox exultationis et salutis in tabernaculis iustorum.

Prosa.

Rex salomon fecit templū cuius instar et exēplū cristꝰ ⁊ ecclesia. Huius hic est imperator fundamentū ⁊ fūdator mediante grā. Quadri templi fundamenta marmora sunt instrumēta parietū paria. Candens flos et castitatis lapis quadrus ī prelatis virtus et cōstantia. Lōgitudo latitudo tēpliqz sublimitas Intellecta fide recta sūt fides. spes. caritas. Sed tres partes sūt in templo trinitatis sub exēplo yma summa media. yma signat viuos cūctos: et secūda iam defūctos redimi nos tercia. Sexagenos queqz per se et tres tantū vniuerse habēt alti cubitos Horū triū tres conuētus. trinitati dant cōcentus vnitati debitos. Templi cultus extat multus cynamomꝰ. odor domꝰ mirra tactis cassia. Que honoꝝ decus morū atqz bonos precū sonos sunt

significantia. In hac casa cũcta va
sa sunt ex auro de thesauro preele-
cto penitꝰ. Nã magistros et mini-
stros docet doctos et excoctos igne
sãcti sps: Hec ex bonis salomonis
que rex dauid preparauit fiunt edi
ficia. His in lignis rex insignis vi-
uit tyri cuius viri tractãt artificia
Nã ex gente iudeisqȝ sicut templũ
ab vtrisqȝ cõditur ecclesia. Criste q̃
hanc ex hoc vnis lapis huic et his
cõmunis tibi laus et gloria. Amen

Secundum lucam. .xix.

In illo tpe: Egressus iesus: per
ambulabat ierico. Et ecce vir
noĩe zacheus: ⁊ hic erat p̃ceps pu-
blicanorum. et ipse diues Et quere
bat videre iesũ quis esset: et non po
terat pre turba qꝛ statura pusillus
erat. Et precurrens ascendit in ar
borem sicomorꝝ. vt videret iesum qꝛ
inde erat trãsiturus Et cũ venisset
ad locum. suspiciẽs iesus vidit illũ
et dixit ad eũ. zachee festinans de-
scende: qꝛ hodie ĩ domo tua oportet
me manere. Et festinans descẽdit
et excepit illũ gaudens. Et cũ vide
rent omnes murmurabãt dicẽtes
ꝙ ad hoĩem peccatorem diuertisset
Stãs aũt zacheꝰ: dixit ad iesũ. Ec
ce dimidium bonorũ meorum dñe
do pauperibus: et si quid aliquẽ de
fraudaui reddo quadruplũ. Ait iesꝰ
ad eũ Qꝛ hodie salꝰ huic domui fa
cta est: eo ꝙ et ipẽ filius sit abrahe
Venit enĩ filius hoĩs q̃rere et sal
uum facere: qđ perierat. Offꝝ. Dñe
deꝰ ĩ simplicitate cordis mei letꝰ obtuli vni
uersa ⁊ pp̃lm tuũ q̃ reptꝰ est vidi cũ ingẽti
gaudio deꝰ isrl̃ custodi hãc volũtatẽ dñe de

Annue q̃s dñe p̃cibꝰ us. Secre.
nris: vt q̃cũqȝ ĩtra tẽpli huius
cuiꝰ ãniuersariũ dedicatiõis diẽ ce-
lebramꝰ ambitũ cõtinemur: plena
tibi atqȝ pfecta corporis ⁊ aĩe deuo
tione placeamꝰ: vt dũ hec p̃ntia vo
ta reddimꝰ. ad eterna p̃mia pueni-
re mereamur. Per d. Cõ. Domꝰ mea
domꝰ orõis vocabit̃ dicit dñs in ea oĩs qui
petit accipit et q̃ querit inuenit et pulsan

Multiplica dñe ti aperit̃. Postcõ:
q̃s p hec sctã q̃ sũpsimus veri-
tatẽ tuã ĩ aĩabus nris: vt ĩ tẽplo sã
cto iugiter adoremus et ĩ cõspectu
tuo cũ sãctis angelis glĩemur. P d.
Officiũ de quĩqȝ plagis. Introitus misse.

Humiliauit semetipsũ dñs
iesus xps vsqȝ ad mortem
mortẽ aũt crucis ppter qđ
et deꝰ exaltauit illũ et dedit illi no-
Gaudeamus Agathe virg. omnes in dño diem festũ celebrantes sub honore agathe virginis de cui⁹ passione gaudent angeli et collaudant filiũ dei. ps. Eructauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi. Oratio.

Deus qui inter cetera potentie tue miracula etiã in sexu fragili victoriã martirii contulisti. cõcede propicius: vt cuius natalicia

colimus: per eius a te exempla gradiamur. P. Lcõ libri sapientie. eccl. xxiiii

In omnibus requiem quesiui: et in hereditate dñi morabor. Tũc precepit et dixit michi creator oĩm: et qui creauit me requieuit in tabernaculo meo. et dixit michi. In iacob inhabita: et in israel hereditare. et in electis meis mitte radices. Et sic in syon firmata sum: et in ciuitate sanctificata similiter requieui: et in ierusalem potestas mea. Et radicaui in populo honorificato: et in partes dei mei hereditas illius. et in plenitudine sanctorũ detentio mea. Quasi cedrus exaltata sum in libano: et quasi cipssus in monte syon. Quasi palma exaltata sum in cades. et quasi plãtatio rose in ierico Quasi oliua speciosa in campis: et quasi platanus exaltata sum iuxta aquam in plateis. Sicut cynamomum et balsamum aromatizans: odorem dedi. Quasi mirra electa: dedi suauitatem odoris. R. Adiuuabit eam deus vultu suo deus in medio eius non cõmouebitur. V. Fluminis impetus letificat ciuitatem dei sanctificauit tabernaculum suum altissimus. Alleluya. V. Adducentur regi virgines post eam proxime eius offerentur tibi in leticia. Si in lxx. euenerit. loco de all'a. dicitur. Tractus.

Qui seminãt in lacrimis in gaudio metent V. Eũtes ibant et flebant mittentes seia sua. V. Venientes aũt venient cũ exultatione portantes manipulos suos. Scdm matheum. xiii.

In illo tempore: Dixit iesus discipulis suis parabolã hãc. Simile est regnum celorũ thesauro abscondito in agro: quem qui inuenit homo abscondit. et pre gaudio illius vadit et vendidit vniuersa que habet: et emit agrum illum. Iterum simile est regnum celorum homini negociatori: querẽti bonas margaritas. Inuenta autem vna preciosa margarita: abiit et vendidit vniuersa que habuit. et emit eã Iterum simile est regnum celorum sagene misse in mare: et ex omĩ genere piscium congreganti. Quam cum impleta esset educentes. et secus littus sedentes: elegerũt bonos in vasa sua: malos autẽ foras miserũt. Sic erit in consũmatione seculi. Exibunt angeli et separabũt malos de medio iustorũ: et mittent eos in caminũ ignis Ibi erit fletus: et stridor dentium. Intellexistis hec omnia: Dicunt ei. Etiam. Ait illis. Ideo omnis scriba doctus in regno celorum. similis est homini patrifamilias. Qui profert de thesauro suo: noua et vetera. Offr. Offerentur regi virgines proxime eius offerentur tibi in leticia et exultatione. adducent in templum regi domino. Secreta.

Suscipe dñe munera que ĩ beate agathe martiris tue solennitate deferimus: cuius nos confidimus patrocinio liberari. Per.

Cõm. Qui me dignatus est ab omni plaga curare et mamillas meas meo pectori restituere ipsum inuoco deum viuum.

Auxilientur nobis postcom. domine sumpta misteria: et intercedente beata agatha martire tua sempiterna protectione confirment. Per dñm. Valentini martiris.

In virtute tua domine letabitur iustus et super salutare tuum exultabit vehementer desideriū anime eius tribuisti ei. ps. Domine probasti me et cognouisti me: tu cognouisti sessionem meā et resurrectionem meam. Oratio.

Presta quesumus omps deus: vt qui beati valentini martiris tui natalicia colimus: a cunctis malis īminentibus: eius intercessionibus liberemur. Per dñm.

Lectio libri sapientie. eccl. xiiii.

Beatus vir qui in sapientia morabitur: et qui in iusticia meditabitur. et in sensu cogitabit circunspectionem dei. Cibabit illū pane vite et intellectus: et aqua sapiētie salutaris potabit illum. Et firmabitur in illo et non flectetur: et continebit illum et non confundetur. et exaltabit illū apud proximos suos. Et noīe eterno hereditabit illū: dñs deus noster. R. Beatus vir qui timet dñm in mandatis eius cupit nimis. v. Potēs in terra erit semē eius generatio rectorū benedicetur. Tractus

Desiderium anime eius tribuisti ei et voluntate labiorum eius non fraudasti eum. v. Quoniam preuenisti eum in benedictionibus dulcedinis. v. Posuisti super caput eius coronam de lapide precioso. Secundum iohannem. xii.

In illo tempore: Dixit iesus discipulis suis. Amen amen dico vobis: Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit: ipsum solum manet. Si autem mortuum fuerit: multum fructum affert. Qui amat aīam suam: perdet eam. Et qui odit aīam suam ī hoc mundo: in vitam eternam custodit eā. Si quis michi ministrat: me sequatur. Et vbi sum ego: illic et minister meus erit. Si quis michi ministrauerit: honorificabit eū pater meus: qui est in celis. Offert. In virtute tua domine letabitur iustus et super salutare tuum exultabit vehementer desiderium anime eius tribuisti ei.

Oblatis q̄s domine Secret. placare muneribus: et intercedente beato valentino martire tuo a cunctis nos defende periculis Per dñm. Cōm. Magna est gloria eius in salutari tuo gloriam et magnum decorem impones super eum dñe. Postcōm.

Sit nobis domine reparatio mentis et corporis celeste misterium: vt cuius exequimur actionem sentiamus effectum. Per do.

In cathedra sancti petri. Introitus.

Statuit ei dominus testamentum pacis. et principem fecit eum vt sit illi sacerdotii dignitas ineternum. ps. Misericordias domini: ineternum cantabo. Gloria patri. Oratio

Deus qui beato petro apostolo tuo collatis clauib; regni celestis animas ligandi atq; soluen-

di pontificium tradidisti: concede. vt intercessionis eius auxilio. a peccatorum nostrorum nexibus liberemur. Per dñm nostrum.

Lectio epistole beati petri apostoli. i. i

Petrus apostolus iesu cristi electis aduenis dispersionis ponti galathie. capadocie. asye. bitinie. secundum prescientiam dei patris: in sanctificatione spiritus. in obedientia et aspersione sanguinis iesu cristi. gratia vobis et pax multiplicetur. Benedictus deus et pater domini nostri iesu cristi: qui secundum magnam misericordiam suam regenerauit nos in spem viuentem. per resurrectionem iesu cristi ex mortuis. In hereditatem corruptibilem. et incontaminatam et immarcessibilem conseruatam in celis in vobis qui in virtute dei custodimini per fidem in salutem reuelatam in tempore nouissimo: in quo exultabitis. Modicum nunc si oportet contristari in variis tentationibus: vt pbatio vestre fidei multo preciosior sit auro: qd per ignem probatur. Inueniatur in laudem et gloriam et honorem: in reuelatione iesu cristi domini nostri. ℞. Exaltent eum in ecclesia plebis et in cathedra seniorum laudent eum. ℣. Confiteantur domino mie eius et mirabilia eius filiis hominum. Tractus.

Tu es petrus et super hanc petram edificabo ecclesiam meam. ℣. Et porte inferi non preualebunt aduersus eá et tibi dabo claues regni celorum. ℣. Et quodcunqz ligaueris super terram erit ligatum et in celis. ℣. Et quodcunqz solueris super terram erit solutum et in celis.

Secundum matheum. xvi

In illo tempore: Venit iesus in partes cesaree philippi: et interrogabat discipulos suos dicens Quem dicunt homines esse filium hominis? At illi dixerunt. Alii iohánem baptistam. alii autem helyā. alii vero iheremiam: aut vnum ex prophetis. Dicit illis iesus. Vos autem quem me esse dicitis. Respondés symon petrus: dixit. Tu es cristus: filius dei viui. Respondés autem iesus: dixit ei. Beatus es symō bariona: quia caro et sanguis non reuelauit tibi: sed pater meus qui est in celis. Et ego dico tibi: quia tu es petrus. et super hanc petrā. edificabo ecclesiam meam Et porte inferi non preualebunt aduersus eam: et tibi dabo claues regni celorum. Et quodcunqz ligaueris sup terram: erit ligatum et in celis. Et quodcunqz solueris super terram: erit solutum et in celis. Offr. Veritas mea et mia mea cum ipso et in noie meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

Ecclesie tue qs preces et hostias beati petri apostoli commendet oratio. vt qd pro illius gloria celebramus: nobis prosit ad veniam. Per. Cōm. Tu es petrus et sup hanc petram edificabo ecclesiam meam. Postcōm.

Letificet nos dñe quesumus munus oblatū. vt sicut in apostolo tuo petro te mi

rabilem predicamus: sic per illum tue sumamus indulgentie largitatem. Per dñm. In festo scti mathie.

Michi autem nimis honorati sunt amici tui deus nimis confortatus est principatus eorum. ps. Domine probasti me et cognouisti me: tu cognouisti sessionem meã et resurrectionem meam. Orõ.

Deus qui beatum mathiam apostolorum tuorũ collegio sociasti: tribue quesumus: vt eius interuentione tue circa nos pietatis semper viscera sentiamus. Per.

Lectio actuum apostolorum. Primo.

In diebus illis. Exurgens petrus in medio fratrum: dixit. Erat autem turba hominum simul: fere centum viginti. Viri fratres: oportet impleri scripturã quã predixit spiritus sanctus per os dauid. de iuda qui fuit dux eorum qui comprehenderunt ihm: qui connumeratus est in nobis: et sortitus est sortem ministerii huius. Et hic quidem possedit agrum de mercede iniquitatis: et suspensus crepuit medius. et diffusa sunt omnia viscera eius. Et notũ fctm̃ est oĩbus habitatoribus ierusalem: ita vt appellaretur ager ille. lingua eorum achel demach: hoc est ager sanguis. Scriptum est: in libro psalmorum. Fiat habitatio eorum deserta: et non sit qui ĩhabitet ĩ ea. et episcopatũ eius accipiat alter. Oportet ergo ex his viris qui nobiscum sunt congregati in omni tempore: quo intrauit ꝛ exiuit inter nos dñs iesus: incipiẽs a baptismate iohãnis. vsqꝫ in diem qua assumptus est a nobis. testem resurrectionis eius nobiscum fieri vnũ ex istis. Et statuerũt duos. ioseph qui vocabatur barsabas. qui cognoĩatus est iustus: et mathiam Et orantes dixerunt. Tu domine qui corda nosti oĩm: ostende quem elegeris ex his duobus. vnum accipere locũ ministerii huius: ꝛ apostolatus de quo ꝑuaricatus est iudas vt abiret in locum suum. Et dederunt sortes eis: et cecidit sors super mathiam. Et ãnumeratus est: cũ vndecim apostolis: ℟. Nimis honorati sunt amici tui deus nimis confortatus est principatus eorũ. ℣. Dinumerabo eos et sup arenam multiplicabũtur. Tract9

Celi enarrant gloriam dei et opera manuum eius annunciat firmamentum. ℣. Dies diei eructat verbũ ꝛ nox nocti indicat scientiam. ℣. Non sunt loquele neqꝫ sermones quorum non audiant voces eoꝝ. ℣. In oẽm terram exiuit sonus eoꝝ. et in fines orbis terre verba eoꝝ.

In illo tpe: Scdm iohẽm. xv

Dixit iesus discipulis suis. Hoc est preceptũ meũ vt diligatis inuicem: sicut dilexi vos. Maiorem caritatem ac dilectionem nemo habet: vt aĩam suã ponat q̃s pro amicis suis. Vos amici mei estis: si feceritis q̃ ego precipio vobis. Jam non dicã vos seruos: qꝛ seruus nescit q̃d faciat dñs eius. Vos aũt dixi amicos: qꝛ oĩa quecũqꝫ audiui a patre meo: nota feci vobis. Non vos me

elegistis: sed ego elegi vos. et posui vos vt eatis et fructum afferatis: et fructus vester maneat. Et quodcunqz petieritis patrem in nomine meo: det vobis. Offer. In omnem terram exiuit sonus eorum et in fines orbis terre verba eorum. Secreta.

Deus qui proditoris apostate ruinam ne apostolorum tuorum numerus sacratus perfectione careret: beati mathie electione suppleasti. presentia munera sanctifica. et per ea nos gratie tue virtute cōfirma. Per dn̄m. Cō. Vos qui secuti estis me sedebitis super sedes iudicantes duodecim tribus israel dicit dn̄s. Postcōm.

Presta q̄s omnipotens et misericors deus. vt per hec sācta que sūpsimus. intercedente beato mathia apostolo tuo veniam cōsequamur et pacem. Per. Scti gregorii pape.

Sacerdotes dei benedicite dominum sancti et humiles corde laudate eum. ps. Benedicite omnia opera dn̄i domino: laudate et superexaltate eū in secula. Oratio.

Deus qui anime famuli tui gregorii eterne beatitudinis premia contulisti: concede ppicius: vt qui pctōrum nostrorum pondere premimur. eius apud te precibus subleuemur. Per dn̄m nostrum ihm̄.

Lectio libri sapientie. eccl. xliiii.

Ecce sacerdos magnus q̄ i diebus suis placuit deo: et inuētus est iustus. Et in tempore iracūdie: factus est reconciliatio. Non est inuentus similis illi: qui conseruaret legem excelsi. Ideo iureiurando fecit illum dominus crescere in plebem suam. Benedictionem omnium gentium dedit illi: et testamentum suū confirmauit super caput eius. Cognouit eum in benedictionibus suis: conseruauit illi misericordiam suam: et inuenit gratiam coram oculis domini. Magnificauit eum in conspectu regum: et dedit illi coronam glorie. Statuit illi testamētum sempiternum: et dedit illi sacerdotium magnum. et beatificauit illum in gloria. Fūgi sacerdotio: et habere laudem in nomine ipsius. Et offerre illi incensum dignum: in odorem suauitatis. R. Iurauit dominus et non penitebit eum tu es sacerdos ineternum secundum ordinē melchisedech. V. Dixit dominus dn̄o meo sede a dextris meis. Tractus.

Beatus vir qui timet dominum in mandatis eius cupit nimis. V. Potens in terra erit semen eius generatio rectorum benedicetur. V. Gloria et diuitie i domo eius et iusticia eius manet in seculum seculi. Scdm matheum. xxv

In illo tempore: Dixit iesus discipulis suis parabolam hanc. Homo quidā peregre proficiscens vocauit seruos suos: et tradidit illis bona sua. Et vni dedit quinqz talenta: alii aut duo. alii vero vnū. Vnicuiqz secundum propriam virtutem: et profectus est statim. Abiit autem qui quinqz talenta acceperat: et operatus est in eis. et lucratus est alia quinqz. Similiter et qui

duo talenta acceperat: lucratus est alia duo. Qui autem vnum acceperat: abiens fodit in terram. et abscondit pecuniam domini sui. Post multum vero temporis: venit dñs seruorum illorum. et posuit rationem cum eis. Et accedens qui quinqꝫ talenta acceperat: obtulit alia quinqꝫ talenta dicens. Domine. quinqꝫ talenta tradidisti michi: ecce alia quinqꝫ superlucratus sum. Ait illi dñs eius. Euge serue bone et fidelis: quia sup pauca fuisti fidelis. supra multa te constituam: intra in gaudiũ domini tui. Accessit autem et qui duo talenta acceperat: et ait. Dñe duo talenta tradidisti michi: ecce alia duo superlucratus sum. Ait illi dominus eius. Euge serue bone et fidelis: quia super pauca fuisti fidelis: supra multa te constituam. Intra in gaudium: domini tui. Offer. Veritas mea et misericordia mea cũ ipso et in nomine meo exaltabitur cornu eius.

Annue nobis domine vt anime famuli tui gregorii hec prosit oblatio: quã immolando totius mundi tribuisti relaxari delicta. Per. Cõm. Fidelis seruus et prudens quem cõstituit dominus sup familiam suã vt det illis in tempore tritici mensurã. Postcõ.

Deus qui beatũ gregoriũ pontificem tuum sanctorum meritis coequasti. concede propicius: vt qui cõmemorationis eius festa percolimus: vite quoqꝫ imitemur exempla. Per dñm nostrum.

Sancti benedicti abbatis Introitus

Os iusti meditabitur sapiẽtiam et lingua eius loquet̃ iudicium lex dei eius ĩ corde ipsius Ps Noli emulari in malignantibus: neqꝫ zelaueris facientes iniquitatẽ.

Omñs sempiterne deus qui hodierna die carnis eductũ de ergasculo. beatissimum benedictũ confessorem tuum subleuasti ad celũ: concede quesumus hec festa tui nominis celebrantibus cunctorum veniam delictorũ. vt qui exultantibus animis eius claritatis cõgaudent ipso apud te interueniente cõsocientur et meritis. Per dñm.

Lectio libri sapientie. eccl. xxxix.

Iustus cor suum tradidit ad vigilandum diluculo ad dominũ qui fecit illũ: et in conspectu altissimi deprecabitur. Aperiet os suum in oratione: et pro delictis suis deprecabitur. Si enĩ dñs magnus voluerit: spũ intelligentie replebit illũ. Et ipse tanqꝫ ymbres mittet eloquia sapientie sue: et in oratione deprecabit̃ dño. Et ipse diriget consiliũ eius et disciplinã: et in absconditis suis cõsiliabitur. Et ipse palã faciet disciplinã doctrine sue: et in lege testamẽti dñi gl'iabitur. Collaudabũt multi sapientiã eius et vsqꝫ in sclm non delebitur. Non recedet meõria ei⁹: et nomen ei⁹ requiret̃ a generatione: in generationẽ. R. Dñe p̃uenisti eũ in bñdictionibꝫ dulcedis posuisti ĩ capite ei⁹ coronã de lapide p̃cioso. V. Vitã petiit et tribuisti ei longitudinem dierũ in sclm seculi. Tractus.

b Beatus vir qui timet dñm in mandatis eius cupit nimis. v9. Potens in terra erit semen eius generatio rectorum benedicetur. v. Gloria et diuicie ī domo eius et iusticia eius manet in seculū seculi. Secundū matheum. xix.

i In illo tpe: Dixit symō petr9 ad iesū. Ecce nos reliquim9 oīa et secuti sumus te. Quid ergo erit nobis: Jesus aūt dixit ill. Amē dico vobis: quod vos qui secuti estis me ī regeneratione cū sederit fili9 hois ī sede maiestatis sue: sedebitis et vos super sedes duodecim iudicātes duodecī trib3 israel. Et oīs qui reliquerit domū vel fratres. aut sorores. aut patrē. aut matrē. aut vxorem. aut filios aut agros pter nomen meum: cētuplū accipiet. et vitam eternam possidebit. Offr. Veritas mea et misericordia mea cū ipso et in nomine meo exaltabitur cornu eius

o Oblatis dñe ob honorem beati cōfessoris tui benedicti placare muneribus: et ipsius tui nominis interuentu cunctoru3 indulgentiam tribue peccatorum. Per. Cō. Beatus seruus quem cum venerit dominus inuenerit vigilantem amē dico vobis super omnia bona sua constitu(et eum. Postcō.

p Perceptis tui corporis et sanguinis domīe sacramentis. concede nobis supplicāte beato benedicto cōfessore tuo ita muniri: et vt temporalibus habūdem9 cōmodis ꝛ fulciamur eternis. Per eundē.

Jn annunciatione dominica. Secreta



Rorate celi desuper et nubes pluant iustum aperiatur terra et germinet saluatorē. ps. Celi enarrant gloriam dei: et opera manuū eius annūciat firmamentum.

Deus qui de beate marie virginis vtero verbum tuu3 angelo nunciante carnem suscipere voluisti: presta supplicib3 tuis vt qui vere eam dei genitricem credimus eius apud te intercessionibus adiuuemur. Per dominū. Orō.

Lectio ysaie prophete. vii.

i In diebus illis: Locutus est dominus ad achaz: dicens. Pete tibi signum a dño deo tuo. in pro

fundum inferni. siue in excelsum su
pra. Et dixit achaz. Non petã: 𝔷 nõ
tẽtabo dominũ. Et dixit. Audite er
go domus dauid Nunquid parum
vobis est molestos esse hominibus
quia molesti estis et deo meo: Pro
pter hoc. dabit ipse dñs vobis signũ
Ecce virgo concipiet et pariet fili
um: et vocabitur nomen eius emma
nuel. Butirum et mel comedet: vt
sciat reprobare malum: 𝔷 eligere bo
nũ. ℟. Tollite portas principes vestras
et eleuamini porte eternales et introibit
rex glorie. ℣. Quis ascendet i montem do
mini aut quis stabit in loco sancto eius
innocens manib; et mũdo corde. Tractus

Aue maria gratia plena dñs tecum
℣. Benedicta tu in mulieribus et
benedictus fructus ventris tui. ℣. Ecce cõ
cipies et paries filium et vocabitur nomẽ
eius emmanuel. ℣. Spiritus sanctus sup
ueniet i te et virtus altissimi obumbrabit
tibi. ℣. Ideoq; et quod nascetur ex te san
ctum vocabitur filius dei.

Secundum lucam i.

In illo tempore: Missus est an
gelus gabriel a deo in ciuita
tem galilee cui nomẽ nazareth: ad
virginem desponsatam viro cui no
men erat ioseph de domo dauid: et
nomẽ virginis maria Et ingressus
angelus ad eam: dixit. Aue gratia
plena dñs tecũ benedicta tu in mu
lieribus. Que cum audisset turba
ta est in sermone eius: et cogitabat
qualis esset ista salutatio. Et ait
angelus ei. Ne timeas maria inu e
nisti enim gratiam apud dominũ
Ecce concipies in vtero et paries
filium et vocabis nomen eius ie
sum. Hic erit magnus et filius al
tissimi vocabitur. Et dabit illi dñs
deus sedem dauid patris eius et re
gnabit in domo iacob ineternũ: et
regni eius non erit finis Dixit au
tem maria ad angelum. Quomo
do fiet istud quoniã virum non co
gnosco: Et respondens angelus di
xit ei. Spiritussãctus superueniet
in te: 𝔷 virtus altissimi obũbrabit tibi
Ideoq; 𝔷 quod nascet ex te sctm̃. vo
cabit fili9 dei. Et ecce elizabeth co
gnata tua: 𝔷 ipsa cõcepit filiũ in se
nectute sua. Et hic mẽsis est sextus
illi q̃ vocat sterilis. q2 nõ erit ipossi
bile apud deũ omẽ vbũ. Dixit aũt
maria ad angeluz. Ecce ãcilla dñi
fiat michi: secundũ verbum tuum
Offm. Aue maria gratia plena dominus
tecum benedicta tu in mulieribus 𝔷 bene
dictus fructus ventris tui Secreta.

In mẽtib9 nris q̃s dñe vere fidei
sacramenta cõfirma: vt qui conce
ptũ de virgine deũ verũ et hoiem cõ
fitemur: p ei9 salutifere resurrectio
nis potẽtiã ad etnã puenire merea
mur leticiã. p. prefacio. Qui p incar
nati verbi. Cõ. Ecce virgo cõcipiet et pa
riet filiũ et vocabit nomen ei9 emmanuel

Gratiã tuã quesum9 Postcõ.
dñe mẽtib; nris ĩfũde: vt q̃ an
gelo nũciãte christi filii tui icarna
tionẽ cognouim9: p passionẽ ei9 et
crucem ad resurrectionis gloriam
perducamur. Per eundem.
Ambrosii episcopi et confessoris. Oratio

Deus qui nos ãnua beati ambrosii cõfessoris tui atq; pontificis solennia frequẽtare cõcedis. presta quesumus: vt quod ille auribus nostris excellẽter infudit. intelligentie cõpetentis erudicione capiamus. Per dñm. Secreta.

Hostias tibi dñe beati ambrosii cõfessoris tui atq; pontificis dicatas meritis benignus assume: et ad perpetuũ nobis tribue ꝑuenire subsidium. Per dñm. Postcõ.

Repleti dñe muneribus sacris quesumus vt intercedẽte btõ ambrosio cõfessore tuo atq; pontifice in gratiarũ tuarũ actione semp maneamus. P. Leonis pape Oratio.

Exaudi dñe p̃ces nostras quas in sancti confessoris tui atq; pontificis leonis solennitate deferimus: vt qui tibi digne meruit famulari: eius intercedentibus meritis ab omnibus nos absolue peccatis. Per dñm. Secreta

Sancti leonis cõfessoris tui atq; pontificis q̃s annua solennitas: pietati tue nos reddat acceptos. vt per hec pie oblationis officia et illum beata retributio comitetur et nobis gratie tue dona conciliet Per dñm. Postcõm.

Deus fideliũ remunerator aĩarum presta vt beati leonis cõfessoris tui atq; pontificis cuius venerandã celebramus festiuitatem precibꝰ indulgẽtiã cõsequamur. P.

Eufemie virginis. Oratio.

Concede nobis omnipotens deꝰ sancte martiris tue eufemie ꝛ exultare meritis et beneficia referre suffragiis. Per dñm. Secreta

Muneribus te domine magnificamus oblatis. quib; in sancte nobis solẽnitatibus eufemie ꝛ gaudia sẽpiterna cõcilies et patrocinia sempiterna largiaris. Per. Postcõ.

Sancte nos martiris tue eufemie precatio tibi domĩe grata comitetur: et tuam nobis indulgentiam poscere non desistat. Per

Sanctoꝝ tiburcii valeriani et maximi.

Sancti tui domĩe benedicẽt te gloriam regni tui dicẽt alleluya. ps. Exaltabo te dñe quoniam suscepisti me: nec delectasti inimicos meos super me. Oratio

Presta quesumus omnipotẽs deus vt qui sanctorum tuorum tiburcii et valeriani et maximi. solennia colimus: eorum etiam virtutes imitemur. Per dominũ.

Lectio libri sapientie Prouerbiorum. xv

Lingua sapientum ornat sciẽtiam: os fatuorũ ebulit stulticiam In omĩ loco oculi dñi cõtemplant̃ bonos et malos. Lingua placabilis: lignũ vite. Que autem immoderata est: cõteret spiritum Domus iusti plurima fortitudo: et in fructibus impii cõturbatio. Labia sapientum dissemin abunt scientiam: cor stultorum dissimile erit. Victime impiorum abhominabiles deo: vota iustorum placabilia Qui sequitur iusticiam: diligitur ab eo. Alleluya. vꝰ.

Sancti et iusti i domino gaudete vos elegit deus in hereditatem sibi. Alleluya. V. Isti sunt qui venerunt ex magna tribulatione et lauerunt stolas suas et dealbaverunt eas in sanguine agni. Secundū matheum. v.

In illo tempore: Videns iesus turbas: ascendit in montem. Et cum sedisset: accesserūt ad eum discipuli eius. Et aperiens os suum: docebat eos dicens. Beati pauperes spiritu: quoniam ipsorum est regnū celorum. Beati mites. quoniam ipsi possidebunt terram. Beati qui lugēt: quoniam ipsi cōsolabuntur. Beati qui esuriunt et siciunt iusticiā: quoniā ipsi saturabūtur. Beati misericordes: quoniā ipsi misericordiā consequentur. Beati mundo corde: quoniam ipsi deum videbūt. Beati pacifici: quoniā filii dei vocabuntur. Beati qui persecutionē paciūtur ppter iusticiam: quoniā ipsoꝝ est regnum celorum. Beati eritis cū maledixerint vobis homines et persecuti vos fuerint ꝛ dixerit omne malum aduersum vos mentiētes: propter me. Gaudete et exultate quoniam merces vestra: copiosa est i celis. Offꝫ. Letamini in domino et exultate iusti et gloriamini omnes recti corde. Secreta.

Hec hostia quesum⁹ domine ꝙ in sanctorum tuorum natalicia recensentes offerim⁹ et vincula nostre prauitatis absoluat et tue nobis misericordie dona conciliet. Per dominū. Cō. Gaudete iusti in domino alleluya rectos decet collaudacio alleluya. Postcō.

Sacro munere saciati supplices te domine deprecamur vt quod debite seruitutis celebramus officio: saluationis tue senciamus augmentum. Per dn̄m nostrū.

Georgii martiris.

Protexisti me deus a conuētu malignātium alleluya a multitudine operantiū iniquitatem alleluya alleluya. ps. Exaudi deus orationem meam cum depcora timore inimici eripe aiam meā. orō.

Deus qui nos btī georgii martiris tui meritis ꝛ intercessione letificas. concede propicius. vt q̄ eius beneficia poscimus dono tue gratie consequamur. Per dominū nostrum iesū cristū.

Lectio epistole beati iacobi apostoli i.

Omne gaudiuꝫ existimate fratres: cum in tēptationes varias incideritis. scientes quoniam probatio fidei vestre pacientiā operatur. Patientia autem opus perfectum habet: vt sitis perfecti et integri in nullo deficientes. Si quis autem vestrum indiget sapientia: postulet a deo qui dat omnibus affluenter et non improperat et dabitur ei. Postulet autem in fide. nichil hesitans. Qui autem hesitat similis est fluctui maris. qui a vēto mouetur ꝛ circunfertur. Non ergo estimet homo ille quod accipiat aliquid a domino. Vir duplex animo inconstans est in omnibus viis suis. Glorietur autem frater humilis i

exaltatione sua: diues autem ī humilitate sua: quoniam sicut flos feni transibit. Exortus est enim sol cum ardore et arescit fenum et flos eius decidit: et decor vultus eius deperiit. ita ꝛ diues in itineribus suis marcesset. Beatus vir qui suffert tentationem: quoniā cum probat⁹ fuerit accipiet coronam vite quam repromisit deus diligentib⁹ se. Allā. ℣. Gloria et honore coronasti eum domīe. Alleluya. ℣. Beatus vir qui timet dominum in mandatis eius cupit nimis.

Secundum lucam. xix

In illo tpe: Dixit iesus discipulis suis. Ponite ergo in cordibus vestris: non premeditari quē admodum respondeatis. Ego enī dabo vobis os ꝛ sapientiam: cui nō poterunt resistere. ꝛ cōtradicere omnes aduersarii vestri. Trademini autem a parentibus et fratribus ꝛ cognatis et amicis: et morte afficient ex nobis. Et eritis odio omnibus hominibus propter nomē meum: ꝛ capillus de capite vestro non peribit. In patientia vestra: possidebitis animas vestras. Offꝫ. Cōfitebūtur celi mirabilia tua domine et veritatē tuam in ecclesia sanctoꝝ alleluya. Secre

Munera domine oblata sanctifica: et intercedēte beato georgio martire tuo nos per hec a peccatorum nostrorum maculis emūda. Per. Cō. Letabitur iustus in domino et sperabit in eo ꝛ laudabuntur omnes recti corde alleluya alleluya. Postcō

Supplices te rogamus omnipotens deus: vt quos tuis reficis sacramentis tibi etiam placitis moribus dignanter tribuas deseruire Per dñm nostrum iesū.

Sancti marci euangeliste.

In medio ecclesie aperuit os eius et impleuit eum dominus spiritus sapientie et intellectus stola glorie induit eū ps. Jocunditatem et exultationem thesaurizauit super eum. Oratio

Deus qui nobis per ministerium beati marci euangeliste et martiris tui veritatem euangelii patefieri voluisti. concede propicius: vt quod ab illius ore didicim⁹ gratia tua adiuuante operari valeamus Per dominū nostrum

Lectio ezechielis prophete. i.

Similitudo vultus animaliū quatuor facies hominis et facies leonis a dextris ipsorum quatuor. Facies autē bouis a sinistris ipsorum quatuor. Et facies aquile desuper ipsorum quatuor. Et facies eorum ꝛ penne eorum: extente desuper. Due penne singulorum iungebantur: et due tegebant corpora eorum: Et vnumquodqꝫ eoꝝ corā facie sua ambulabat. vbi erat spirit⁹ illuc gradiebātur: nec reuertebantur cum ambularent. Et similitudo vultus animalium: et hū erat aspect⁹ eorum quasi carbonū ignis ardentium: ꝛ quasi aspectus lampadarū. Hec erat visio discurrens: in medio animalium. Splendor ignis: ꝛ de igne fulgur egrediēs

Et aīalia ībāt ⁊ reuertebātᵉ ī silitudinē fulguris choruscātis Allā. vꝰ. In omnē terram exiuit sonus eorum et i fines orbis terre verba eoꝝ. Alleluya. v. Cōfitebuntur celi mirabilia tua dn̄e etei veritatē tuā in ecclesia sanctoꝝ. Secūdū iohannē. xv.

In illo tp̄e: Dixit iesus discipulis suis. Ego suz vitis vera: et pater meꝰ agricola est. Omnē palmitē in me nō ferentez fructū tollet eū: et omnem qui fert fructum purgabit eū. vt fructū plꝰ afferat. Jam vos mūdi estis: ꝓpter sermonē quem locutus sum vobis. Manete in me: et ego in vobis. Sicut palmes non potest fructū facere. a semetipso nisi manserit in vite: sic nec vos nisi manseritis in me. Ego sū vitis et vos palmites. Qui manet in me et ego in eo. Hic fert fructum multū: q2 sine me nihil potestis facere. Et si quis in me non manserit: mittetur foras sicul palmes et arescet: et colliget eum ⁊ in ignem mittent et ardet. Si manseritis ī me et verba mea ī vobis mā-serint quodcūq3 volueritis petetis: et fiet vobis. Offꝫ. Repleti sumꝰ mane mīa tua ⁊ exaltauimus et delectati sumꝰ. Secreta

Hanc oblationē allā. dn̄e q̄s pro cōmemoratione beate marci tibi oblatam benigne contuere: ⁊ presta vt nomini tuo ad gloriam. et nobis proficiat ad medelam Per dn̄m. Cōm. Ego sum vitis vera et vos palmites qui manet in me et ego ī eum hic fert fructum multum alleluya alleluya Postcōmunio.

Participatione spiritalis alimonie quesumꝰ dn̄e deus noster vt quod misterio frequētamꝰ. intercedente beato marco euangelista atq3 pontifice plena veritate consequamur P. Vitalis martiris

Protexisti me deus a cōuentu malignantiū alleluya a multitudine operantiū īiquitatem alleluya allā. ps. Exaudi deus orationem meam cū depꝛecoꝛ: a timore inimici mei eripe animā meā oīo.

Presta quesumus oīpotens deꝰ et intercedente btō vitale martire tuo a cunctis aduersitatibus liberemur in corpore et a prauis cogitationibus mundemur in mēte. Per. Ad philippenses i. ⁊ ii.

Fratres: Vobis donatum est pro cristo nō solum vt in eū credatis: sed vt etiam pro illo patiamini. Eundem certamen habētes quale et vidistis in me. et nunc audistis de me. Si qua ergo consolacio in cristo si quod solatium caritatis: si qua societas spiritus si qua viscera et miseraciones īplete gaudium meum vt idem sapiatis eandem caritatē habentes vnanimes idipsū sencientes. Nichil per cōtentionem neq3 per inanem gloriam. sed in humilitate superiores sibi inuicem arbitrantes. Non que sua sunt singuli considerantes: sed ea que aliorum pro cristo iesu: domino nostro. Alleluya. v. Justus vt palma florebit sicut cedrus que ī libano est multiplicabitur. Secundum iohannem. xv.

In illo tpe: Dixit ies⁹ discipu-lis suis. Ego sum vitis vera et vos palmites. Qui manet i me et ego in eum. Hic fert fructū multum: q2 sine me nichil potestis facere. Et si quis i me nō māserit: mittetur foras sicut palmes et arescet et colligent eū et in ignē mittent ꝛ ardet. Si manseritis in me et verba mea in vobis manserint: qđcunꝗ volueritis petetis et fiet vobis In hoc clarificatus est pater meus: vt fructū plurimū plus afferatis. ꝛ efficiamini mei discipuli. Sicut dilexit me pater: ꝛ ego dilexi vos. Manete in dilectione mea Si precepta mea seruaueritis: manebitis i dilectione mea sicut et ego precepta patris mei seruaui: et maneo i eius dilectione Hec locutus sum vobis: vt gaudiū meū in vobis sit: et gaudiū vestrū impleatur. Offer. Repleti sumus mane misericordia tua et exultauimus et delectati sum⁹ alleluya. Secreta.

Accepta sit in cōspectu tuo domine nostra deuotio: vt eius nobis fiat supplicatione salutaris pro cuius solennitate defertur Per Cōmu. Ego sum vitis vera et vos palmites qui manet in me et ego i eum hic fert fructum multum. alla alla. Postcō. orō.

Refecti participatione muneris sacri quesumus domine deus noster: vt cui⁹ exequimur cultum: sentiamus effectum. P dñm.

Philippi et iacobi apostolorum

Exclamauerunt ad te domine in tempore tribulationis sue ꝛ tu de celo exaudisti eos alleluya. ps. Exultate iusti in domino rectos decet collaudatio. Oratio.

Deus qui nos annua apostolorum tuorum philippi et iacobi solennitate letificas presta quesumus. vt quorum gaudemus meritis: instruamur exemplis. Per

Lectio eplē bti. pauli apl'i ad ephesios. ii.

Fratres Iam nō estis hospites et aduene: sed estis ciues sanctorum ꝛ domestici dei. Superedificati supra fundamentum apostolorum et prophetharum: ipso summo angulari lapide cristo iesu. In quo oīs edificatio cōstructa: crescit in templum sanctum in domino. In quo et vos. coedificami in tabernaculum dei: in spiritu sancto Alleluya. v⁹ Gaudete iusti i domino. rectos decet collaudatio. Alleluya. v⁹. Stabunt iusti in magna constantia aduersus eos qui se angustiauerunt. Alleluya. versus. In omnem terram exiuit sonus eorum: et in fines orbis terre verba eorum

Secundum iohannem xiiii

In illo tēpore: Dixit ies⁹ discipulis suis Non turbetur cor vestrū. Creditis in deū: et in me credite In domo patris mei: māsiones multe sūt. Si quominus dixissem vobis: quia vado parare vobis locū Et si abiero et preparauero vobis locum: iterum venio et accipiā vos ad meipsum. Vt vbi sū ego: et vos sitis. Et quo ego vado scitis: et viā scitis. Dicit et thomas. Dñe nescimus quo vadis. Et quomodo pos-

sumus viam scire. Dixit ei iesus. Ego sum via: veritas et vita. Nemo venit ad patrē nisi per me. Si cognouissetis me: et patrē meū vtiqꝫ cognouissetis. ⁊ amodo cognoscetis eū: et vidistis eū Dicit ei philippus Dñe: ostende nobis patrem: et sufficit nobis. Dicit ei iesus. Tanto tp̄e vobiscū sū: ⁊ nō cognouistis me Philippe qui videt me videt ⁊ patrē Quomodo tu dicis ostende nobis patrem: Non credis qꝛ ego ĩ patre et pater in me est. Verba que ego loquor vobis: a meipso non loquor Pater aūt in me manēs: ipse facit opera. Non credis qꝛ ego in patre ⁊ pater in me est. Alioqui ꝓpter opera ipsa credite. Amen amen dico vobis: qui credit in me opera que ego facio et ipse faciet. ⁊ maiora horum faciet. qꝛ ego ad patrē vado: et quodcūqꝫ petieritis patrem in noīe meo hoc faciā vt glorificetur pater in filio Si quid petieritis patrē in noīe meo: hoc faciam. Offꝫ. Confitebuntur celi mirabilia tua dñe et veritatē tuā in ecclesia sāctorum alleluya alľa. Secreta.

Munera dñe que ꝑ apostolorū tuorꝫ philippi et iacobi solēnitate deferimus propicius suscipe et mala oīa que meremur auerte Per dñz. Cō. Tanto tp̄e vobiscū sū ⁊ nō cognouistis me philippe q̄ videt me videt et patrē alľa non credis qꝛ ego in patre ⁊ pater in me est alleluya alľa. Postcō. orō.

Quesumus dñe salutaribus replete misteriis: vt quorꝫ solēnia celebramus eorꝫ orōnibus adiuuemur. P.

In inuentōe sancte crucis

Nos autem gloriari oportet ĩ cruce domini nostri iesu cristi in quo est salus vita et resurrectio nostra per quam saluati et liberati sumus. ps. Deus misereatur nostri et benedicat nobis illuminet vultū suū sup nos ⁊ misereaẗ nr̄i. orō.

Deus qui in preclara salutifere crucis inuentione passionis tue miracula suscitasti: cōcede vt vitalis ligni ꝑcio eterne vite suffragia cōsequamur. Per dominū.

Ad galathas. vi.

Fratres: Videte qualibus litteris scripsi vobis: mea manu Quicūqꝫ ei volunt placere ĩ carne: hi cogunt vos circūcidi tantū. vt crucis cristi ꝑsecutionē non patianẗ. Neqꝫ ei qui circuncidunẗ legem custodiunt. sed volūt circūcidi: vt in carne nostra glorientur. Michi aūt absit gloriari: nisi ĩ cruce dñi nostri iesu cristi. per quē michi mundus crucifixus est: et ego mundo. ℞. Cristus factus est pro nobis obediens vsqꝫ ad mortem mortem autem crucis. ℣. Propter qđ et deus exaltauit illū ⁊ dedit illi nomē qđ est super omne nomen. Alleluya. ℣. Dulce lignū dulce clauos dulcia ferens pondera que sola fuisti digna sustinere regem celorū et dñm. Alleluya. ℣. Saluator mundi salua nos omnes per virtutem sancte crucis qui saluasti petrū ĩ mare miserere nobis de⁹. Secundum iohannem. iii.

In illo tp̄e: Erat homo ex phariseis nichodemus noīe: princeps iudeorum Hic venit ad iesum

nocte: et dixit ei. Rabbi: scimus quia a deo venisti magister. Nemo ei potest hec signa facere que tu facis: nisi fuerit deus cum eo. Respondit iesus: et dixit ei. Amen amen dico tibi: nisi quis renatus fuerit denuo: non potest videre regnū dei. Dicit ad eum nichodemus. Quomodo potest homo renasci cū sit senex? Nū quid potest in vtero matris sue iterato introire et renasci? Respondit iesus. Amen amen dico tibi: nisi qs renatus fuerit ex aqua et spū sancto: non potest introire in regnum dei. Quod natum est ex carne: caro est. Et qd natum est ex spiritu: spiritus est. Non mireris quia dixi tibi: oportet vos nasci denuo. Spiritus vbi vult spirat: et vocem eius audis. sz nescis vnde veiat aut quo vadat. Sic est omnis qui natus est ex spū. Respondit nichodemus: et dixit ei. Quomodo possunt hec fieri? Respondit iesus: et dixit ei. Tu es magister in israel: et hec ignoras? Amen amen dico tibi: quia qd scimus loquimur. et qd vidimus testamur. et testimoniū nostrum non accipitis. Si terrena dixi vobis et nō creditis: quomodo si dixero vobis celestia credetis. Et nemo ascendit ī celum: nisi qui de celo descendit. filius hominis qui est in celo. Et sicut moyses exaltauit serpētem in deserto: ita exaltari oportet filium hominis. Vt oīs qui credit ī ipsum non pereat: sed habeat vitam eternam. Offert. Protege domine plebem tuam per signum sancte crucis ab omnibus insidiis inimicorum oīm vt tibi gratam exhibeamus seruitutem et acceptabile tibi fiat sacrificium nostrum alleluya.

Secreta

Supplices te dñe rogam⁹. vt his sacrificiis peccata nostra mundentur: et deuotas humilitatis nostre preces mie tue precedat auxilium et salutem: quā per adam in paradiso ligni clauserat temerata presumptio: ligni rursum fides aperiat. Per dñm. Cōm. Nos autem gloriari oportet in cruce dñi nostri iesu cristi alla. Postcōm.

Repleti alimonia celesti et spiritali poculo recreasti. quesumus omps deus: vt ab hoste maligno defendas quos qd per lignum sancte crucis. filii tui arma iusticie pro salute mundi triumphare iussisti. Qui tecum. Eodem die alexandri Euentii. et Theodoli. martirum. officium

Exclamauerunt iusti et dominus exaudiuit eos et ex oībus tribulationibus eorum liberauit eos. ps. Bñdicam dñm in oi tpe: semp laus eius in ore meo. Orō.

Presta qs omps deus: vt sctōrum tuorum alexandri. euentii: et theodoli natalitia colimus: a cunctis malis īminentib; eorum intercessionibus liberemur. P. Ad hebreos. xi.

Fres: Sancti per fidem vicerūt regna: operati sūt iusticiam. adepti sūt repromissiones. Obturauerūt ora leonū: extīxerūt impetū ignis. effugarūt aciem gladii: cōualuerunt de infirmitate fortes facti

sunt in bello. Castra verterũt exte
rorũ: acceperũt mulieres de resurre
ctione mortuos suos. Alii aũt distẽ
tisunt non suscipientes redemptio
nem: vt meliorem inuenirent resur
rectionem. Alii aũt ludibria et ver
bera experti: insup et vincula et car/
ceres. Lapidati sunt. secti sunt ten/
tati sũt. in occisione gladii mortui
sunt. Circuierũt in melotis: in pel/
libus caprinis. Egentes. angustia/
ti. afflicti: quibꝫ dign⁹ non erat mũ
dus. In solitudinibꝫ errantes: ĩ mõ
tibus in speluncis. et in cauernis
terre. Et hi oms testimonio fidei: pro
bati. inuenti sunt. In xp̄o iesu: dño
nostro. Alla. v. Sancti tui dñe bñdicent
te gliam regni tui dicent. Scdm ioh. xv

In illo tp̄e: Dixit ihũs discipu
lis suis. Hec mãdo vobis: vt
diligatis inuicem. Si mundus vos
odit: scitote q2 me priorẽ vobis odio
habuit. Si de mundo fuissetis: mũ
dus qđ suũ erat diligeret. Q2 vero
de mundo nõ estis: sed ego elegi vos
de mundo. propterea odit vos mun
dus. Memẽtote sermonis mei. quẽ
ego dixi vobis: non est seruus ma/
ior dño suo. Si me persecuti fuerĩt:
et vos persequẽtur. Si sermonem
meũ seruauerũt: ⁊ vestrũ seruabũt
Sed hec oĩa facient vobis ppter no
men meũ: q2 nesciũt eũ q̃ misit me.
Si nõ venissem: et locutus fuissem
eis: pctm̃ non haberẽt. Nũc aũt: ex/
cusationem non habent: de peccato
suo. Qui me odit: ⁊ patrem meum
odit. Si opera non fecissem in eis q̃
nemo alius fecit: pctm̃ nõ haberẽt.
Nunc autem et viderunt et oderũt
me et patrem meũ: sed vt impleat
sermo qui in lege eorũ scriptus est:
quia odio habuerunt me gratis.
Offr. Confitebuntur celi mirabilia tua
dñe et veritatem tuam in ecclesia sancto/
rum allelupa allelupa. Secreta.

Super has q̃s dñe hostias bene
dictio copiosa descendat. que
et sanctificationem nobis clemen/
ter operetur: et de martirũ nos so/
lẽnitate letificet. Per. Cõm. Iustorum
anime in manu dei sunt et non tanget il
los tormentũ malicie visi sunt oculis in/
sipientiũ mori illi aũt sũt in pace. Postcõ.

Refecti participatione mune/
ris sacri q̃s dñe deus noster:
vt quorũ exequimur cultũ sentia/
m⁹ effectũ. P. Johis añ portã latinam

In medio ecclie aperuit os
eius et ipleuit eũ dñs spi/
ritu sapiẽtie et intellectus
stola glorie induit eũ. ps. Iocunditatẽ
et exultationem: thesaurizauit super eum

Deus qui conspicis quia Orõ.
nos vndiq3 mala nostra per
turbant. pñ q̃s. vt beati iohis aplĩ
tui ⁊ euãgeliste intercessio gloriosa
nos ptegat. P. Ad ephesios. Primo.

Fres: Benedictus deus et pater
dñi nr̄i iesu xp̄i. qui benedixit
nos in oĩ benedictione spiritali. in
celestibus in xp̄o. Sicut elegit nos
in ipso ante mundi constitutionẽ:
vt essemus sancti et immaculati ĩ
conspectu eius: in caritate. Qui pre
destinauit nos in adoptionem fili/

omnia per ihm xpm in ipsum: scdm propositū volūtatis sue in laudem glorie et grē sue: in qua gratificauit nos in dilecto filio suo. In quo habemus redemptionē per sanguinē eius: remissionē pctōꝝ scdm diuitias gratie sue: q̄ superabundauit in nobis. Per ihm cristū: dūm nostrū. Alla. v. Hic est discipulus ille qui testimoniū perhibet de his et scim⁹ qꝛ verū est testimonium eius. Alla. v. Confitebūtur celi mirabilia tua dn̄e eteni veritatem tuā in ecclesia sctōꝝ. Scdm iohēm. xxi.

In illo tpe: Dixit iesus petro. Sequere me. Conuersus petrus: vidit illū discipulū quē diligebat iesus sequentem. q̄ et recubuit in cena sup pectus ei⁹: et dixit. Dn̄e q̄s est qui tradet te: Hūc ergo cū vidisset petrus: dixit ihū. Dn̄e: hic aūt q̄d: Dicit ei iesus. Sic eū volo manere: donec veniā. Quid ad te: Tu me seq̄re. Exiit ergo sermo iste iter fratres: qꝛ discipulus ille nō morit. Et non dixit ei ihūs non moritur: sed sic eū volo manere donec veniā q̄d ad te. Hic est discipulus ille qui testioniū perhibet de his: et scripsit hec. Et scimus qꝛ verū est: testimoniū eius. Offꝫ. Repleti sum⁹ mane mia tua et exultauim⁹ et delectati sum⁹ alla. Secret.

Muneribꝫ nr̄is q̄s dn̄e precibusq̄ susceptis: et celestibus nos mūda misteriis: et clementer exaudi. P. Cō. Ego sum vitis vera et vos palmites q̄ manet in me et ego in eum hic fert fructum multum allelupa allelupa. Postcōm.

Repleti dn̄e pane celesti: ad vitā q̄s nutriamur eternam. Per.

In translatione scti nicholai. fit sicut in alio festo. preter Orōnes et Alla. Orō.

Deus q̄ pro tuoꝝ salute fideliū btissimi nicholai corpus barrū de mirrea trāsferri voluisti tuā q̄ dispositionē mirabilē eiusq̄ meritū mirabile miraculis affirmasti tribue nobis q̄s: vt mereamur in p̄senti a te eius suffragantibus meritis adiuuari. et ī futuro cū ipo letari. Per. Alla. v. Tūba scti nicholai sacrū resudat oleū q̄d egros sanat. Secret.

Concede familie tue q̄s ops̄ deus bti nicholai cui⁹ trāslationem salutifera digne veneramur intercessione: in oībus postulato iure adiuuari. Per dn̄m. Postcōm.

Refecti cibo salutari potuq̄ deus nr̄: tuā suppliciter flagitamus clementiā: vt btō nicholao glīoso cōfessore tuo interueniēte. in cui⁹ hec cōmeōratiōe suscepim⁹: tuū sentiamus auxiliū. Per dn̄m.

Gordiani et Epymachi martirum.

Sancti tui dn̄e benedicent te gloriā regni tui dicēt alla. p̄ Exaltabo te domie q̄m suscepisti me: nec delectasti iimicos meos sup me.

Da q̄s omps̄ deus vt qui btōꝝ martirū tuoꝝ gordiani et epymachi solēnia colimus: eoꝝ apud te intercessionibꝫ adiuuemur. Per.

Reddet deus lcō libri sapientie. x mercedē laboꝝ sctōꝝ suoꝝ: et deducet illos ī via mirabili. Et fuit illis ī velamēto diei: et ī luce stellaꝝ

nocte. Transtulit illos p mare rubrū. et trāsuexit eos p aquā nimiā. Inimicos aūt illoꝝ demersit i mare: et ab altitudine inferorū eduxit eos. Ideo iusti tulerūt spolia impiorū: et decantauerūt dn̄e nomen sanctū tuū. Et victricem manū tuam laudauerunt pariter: dn̄e deus nr̄. Allā. v. Exultabūt sancti in gloria letabuntur in cubilibus suis. Euāgeliū. Hec mando vobis. Require in folio pcedeñ. Offꝝ. Confitebuntur celi mirabilia tua dn̄e et veritatē tuā in ecclesia sctōꝝ. alla

Hostias tibi dn̄e allā. Secreta. btōꝝ martirū tuoꝝ gordiani atqꝫ epymachi dicatas meritis benign9 assume: et ad perpetuū nobis tribue prouenire subsidiū. Per Cō. Justoꝝ aīe in manu dei sunt ꝛ non tāget illos tormentū malicie visi sūt oculis insipientiū mori illi aūt sūt in pace. P9cō.

Quesumus omnipotens deus: vt qui celestia alimēta percepimus: intercedentibꝫ sanctis martiribus tuis gordiano atqꝫ epymacho. per hec contra omnia aduersa muniamur. Per dn̄m nostrum.

Nerei et Achilei. Introitus.

Ecce oculi dn̄i sup metuētes eū spantes in mīa eius alleluya vt eripiat a morte aīas eoꝝ qm̄ adiutor et ptector nr̄ est allā allā. ps. Exultate iusti in dn̄o: rectos decet collaudatio. Oratio.

Semp nos dn̄e martirū tuorū nerei et achilei foueat q̄s btā solēnitas et tuo dignos reddat obsequio. P. Eod die pancracii. Orō.

Presta q̄s oīps deus vt q̄ btī pancracii martiris tui natalicia colimus: a cunctis malis īminentibus eius intercessionibꝫ liberemur Per. Eplā. Benedictus de9. q̄re in folio pcedeñ. Allā. v. Te martirū candidat9 laudat exercitus dn̄e. Euāg. Hec mando vobis. q̄re in folio pcedeñ. Offꝝ. Confitebuntur celi mirabilia tua dn̄e ꝛ veritatem tuam in ecclesia sanctorum allelupa alleluya. Secreta.

Sctōꝝ martirū tuoꝝ nerei ꝛ achilei tibi grata cōfessio: ꝛ munera nr̄a cōmendet. et tuā nobis indulgentiam semper imploret. Per dn̄m nostrum ih̄m. Alia Secret.

Munera q̄s dn̄e tibi dicata sctifica: et intercedente btō pancracio martire tuo p eadem nobis placatus intende. P. Cōm. Gaudete iusti in dn̄o allā rectos decet collaudatio allā.

Quesum9 dn̄e vt btōꝝ Postcō. martirū tuoꝝ nerei et achilei deprecationibꝫ sacramēta sācta que sūpsim9: ad tue nobis pficiant placationis augmentū. P. Al. postc.

Beati pācracii martiris tui intercessione placatus: p̄sta q̄s. vt que tp̄ali celebram9 actione. ppetua saluatione capiamus. Per do.

De sancto yuone confessore. Oratio.

Deus q̄ btm̄ yuonē gl'iosum cōfessorem tuū claritate fidei et meritorū adornasti vtute: concede propicius. mētibus nr̄is eā quā credidit fidei firmitatē: et ipso intercedente: consortiū eterne glorie pmereri. Per dn̄m. Secreta.

Offerimus hoc sacrificiũ et dep camur clementiam tuã: vt i teruentu beati yuonis confessoris tui cui⁹ officiũ celebramus: a cũctis liberemur angustiis: et eius suble/ uemur auxiliis. Per. Postcõm.

Hec sacra que sũpsimus domi/ ne ad gloriam ꝛ honorem be atissimi confessoris tui yuonis: vt nos adiuuent et letificent: a cũctis malis nobis imminentibꝫ eius in tercessione liberemur. Per dñm.

Potentiane virginis. Oratio.

Da quesumus omnipotens de us: vt qui beate potentiane martiris tue solennia colimus ei⁹ apud te patrocinia sẽtiamus. Per dñm nostrum ihm̃. Secreta.

Accipe quesumus domine mu nera dignanter oblata: et be ate potentiane martiris tue suffra gantibus meritis: ad nostre salu tis auxiliũ prouenire concede. Per

Satiasti dñe familiã Postcõ. tuã muneribꝫ sacris: eius q̃s semp interuentione nos refoue: cu ius solẽnia celebram⁹. Per dñm.

Desiderii. Totum officium require in fine sctõꝝ. Vrbani pape: Introitus.

Sacerdotes tui dñe induant iusticiam et sctĩ tui exul/ tent ꝑpter dauid seruum tuum non auertas faciẽ xp̃i tui. ꝑ. Memento dñe dd: et ois mãsuetudis ei⁹.

Da q̃s omps deus: vt qui Orõ. beati vrbani martiris tui at q3 pontificis solẽnia colimus: eius apud te intcessiõibꝫ adiuuemur. P

Fratres: Ad hebreos. xiii Doctrinis variis et peregri nis: nolite abduci. Optimũ est eñi gratia stabilire cor: non escis: q̃ non profuerunt ambulantibus in eis. Habemus enim altare de quo ede re non habẽt potestatem: qui taber naculo deseruiũt. Quoꝝ eñi aiali/ um ĩfertur sanguis pro pctõ: in san cta per pontificem: hoꝝ corpora cre mantur extra castra. Propter quod et iesus vt sctificaret per suum san guiem pplm: extra portã passus est Exeamus igitur ad eum extra ca stra: ĩproperiũ eius portantes. Non enim habemus hic manentẽ ciuita tem: sed futurã inquirimus. Per ip sum ergo offeramus hostiã laudis semper dño: id est fructũ labiorum confitentium nomini eius. Bene/ ficentie autẽ et cõmunionis: nolite obliuisci. Talibus aũt hostiis: pro/ meretur deus. ℞. Sacerdotes eius in/ duant salutari et scti eius exultatione ex/ ultabunt. ℣. Illuc producã cornu dauid pa raui lucernam xp̃o meo. All'a. ℣. Posui ad iutoriũ sup potentem et exaltaui electum de plebe mea. Scdm̃ matheum. xxiiii.

In illo tp̃e: Dixit ihũs discipu lis suis. Vigilate: quia nesci/ tis qua hora dñs vester venturus sit. Illud aũt scitote: q̃m si sciret pa terfamilias qua hora fur vẽturus esset vigilaret vtiq3: et nõ sineret p fodi domũ suã. Ideoq3 et vos estote parati: q2 nescitis qua hora fili⁹ hois ventur⁹ sit. Quis putas est fidelis seruus ꝛ prudẽs: quẽ constituit dñs

sup familiam suam: vt det illis ci-
bũ in tp̃e: Beatus ille seruus: quẽ
cum venerit dñs eius. inuenerit vi
gilantem. Amen dico vobis: qm̄ su
per oĩa bona sua constituet eum.
Offr. Veritas mea et mĩa mea cũ ipso et
in noĩe meo exaltabit᷑ cornu eius. Secret.
Hec hostia q̃s dñe emundet no
stra delicta: et ad sacrificium
celebrandum subditoꝝ tibi corpora
mentesq; sanctificet. P. Cõm. Fidelis
seruus et prudens quẽ constituit dñs super
familiam suã vt det illis ĩ tp̃e tritici mẽ
Refecti parti surã. Postcõm.
cipatione muneris sacri que
sumus dñe deus noster: vt cuius ex
equimur cultũ: sentiamus effectũ.
Per dñm. Marcellini et Petri.
Clamauerũt iusti et dñs ex
audiuit eos et ex oĩbus tri
bulationibus eoꝝ libera-
uit eos. Ps. Benedicã dñm in oĩ tp̃e: sem
per laus eius in ore meo. Oratio.
Deus qui nos ãnua sctõꝝ mar
tirũ tuoꝝ marcellini et petri
solẽnitate letificas: concede propici
us: vt quoꝝ gaudemus meritis. in
struamur exemplis. Per. Lcõ libri
apocalipsis beati iohãnis apostoli. vii.
In dieb; illis. Respondẽs vn⁹
de senioribus: dixit michi. Hi
qui amicti sunt stolis albis qui sũt
et vnde venerũt: Et dixi illi. Dñe
mi: tu scis. Et dixit michi. Hi sunt
qui venerunt de tribulatione ma-
gna. et lauerunt stolas suas in san
guĩe agni. et dealbauerũt eas. Ideo
sunt ante thronũ dei: et seruient ei
die ac nocte in tẽplo eius. et qui se
det in throno habitat sup eos. Nõ
esurient neq; sitient amplius. et nõ
cadet super eos sol. neq; vllus estus
qm̄ agnus qui in medio throni est:
reget eos et deducet eos ad vite fon
tes aquaꝝ. Et absterget deus oẽm
lacrimam: ab oculis eorum. R. Cla
mauerunt iusti et dñs exaudiuit eos et ex
oĩbus tribulationib; eoꝝ liberauit eos. V.
Iuxta est dñs his qui tribulato sunt corde
et huĩles spũ saluabit. Alla. V. Gaudete iu
sti in dño rectos decet collaudatio.
Secundum lucam. xxi.
In illo tp̃e: Dixit ihũs discipu
lis suis. Cũ audieritis prelia
et seditiones: nolite terreri Oportet
primũ hec fieri: sed nondũ statim fi
nis. Tunc dixit illis. Surget gens
contra gentem. et regnũ aduersus
regnũ: et terremotus magni erũt p
loca. et pestilentie ⁊ fames: terrores
q; de celo. et signa magna erũt. S;
ante hec omĩa: inicient vobis ma-
nus suas. et persequentur tradentes
in synagogas et custodias suas. tra
hentes ad reges et presides: propter
nomen meũ. Continget autem vo
bis: in testimonium. Ponite ergo ĩ
cordibus vestris. non premeditari.
quemadmodũ respondeatis. Ego
enim dabo vobis os et sapientiam
cui non poterunt resistere ⁊ contra
dicere om̄s aduersarii vestri. Tra-
demini autem a parentibus et fra
tribus: et cognatis ⁊ amicis: et mor
te afficient ex vobis. Et eritis odio
omnibus hominibus: propter no-

men meum. Et capillus de capite vestro non peribit. In patientia vestra possidebitis animas vestras. Offr. Letamini in domino et exultate iusti et gloriamini oes recti corde. Secreta.

Oblatis quesumus dne placare muneribus et intercedentibus sanctis tuis marcellino et petro: a cunctis nos defende periculis Per dnm. Com. Iustorum anime in manu dei sunt et non tanget illos tormentum malicie visi sut oculis insipientium mori illi autem sunt in pace. Postcom.

Hec nos comunio dne purget a crimine et intercedentibus sanctis tuis marcellino et petro celestis remedii faciat esse consortes. Per dnm. De sancto cyrico. fit totu vt in alio festo. Medardi epi et confessoris.

Sacerdotes tui dne induant iusticiam et sci tui exultent propter dauid seruum tuum non auertas facie xpi tui. Ps. Memento domine dauid: et omnis mansuetudinis eius. Oratio.

Deus qui sanctam nobis diei huius solennitatem in honore sancti medardi confessoris tui atque pontificis consecrasti: adesto familie tue precibus et dona: vt cuius festa celebramus. eius merito et auxilio subleuemur. Per dnm.

Ad hebreos. vii.

Fratres: Plures facti sunt sacerdotes secundum legem: idcirco quod morte prohiberentur permanere. Jesus autem eo quod maneat ineternum: sempiternum habet sacerdotiu. Vnde et saluare imppetuu potest accedens per semetipsu ad deu semper viuens ad interpellandu pro nobis Talis eni decebat vt nobis esset pontifex: sctus. innoces. impollutus: segregatus a pctoribus. et excelsior celis factus. Qui non habet quotidie necessitatem. queadmodu sacerdotes prius pro suis delictis hostias offerre deinde pro pplo: hec eni fecit semel se offerendo: dns noster iesus cristus. R. Ecce sacerdos magnus qui in diebus suis placuit deo. V. Non est inuentus similis illi qui conseruaret lege excelsi. Alleluya V. Inueni dauid seruu meum oleo sancto meo vnxi eum.

Secundum marcum. xiii.

In illo tpe: Dixit ihus discipulis suis. Videte vigilate et orate. Nescitis eni: quando tps sit. Sicut homo qui peregre profectus reliquit domu sua. et dedit seruis suis potestatem cuiusque operis: et ianitori precepit vt vigilet. Vigilate ergo. Nescitis enim: quado dns domus veniat. Sero. an media nocte an gallicantu. an mane. Ne cu venerit repente: inueniat vos dormientes. Quod autem vobis dico: oibus dico: vigilate. Offr. Veritas mea et misericordia mea cum ipo et in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secret.

Respice dne qs pplm tuum ad tua sacramenta currentem et presentem festiuitatem sci confessoris tui atque pontificis medardi vt quod in honore tui nominis detulerunt: cunctis prosit ad veniam

Per dñm. Cõm. Beatus seruus quem cum venerit dominus inuenerit vigilantem amen dico vobis super omnia bona sua constituet eum. Postcõm.

Gratias tibi agimus domine deus noster: vt qui nos celesti medela reparare dignatus es. daq3 pctis nrīs veniã: sicut btõ medardo confessori tuo dedisti sedem pontificatus. Per dñ. Barnabe apostoli.

In medio ecclesie aperuit os eius et impleuit eũ dñs spũ sapientie et itellectus stola glorie induit eũ. p̄. Jocunditatem et exultationẽ: thesaurizauit sup eũ. Orõ.

Quesumus omps deus: vt beatus barnabas apls tuũ pro nobis imploret auxilium. vt a nrīs reatibus absoluti: a cunctis etiam periculis exuamur. Per dñm.

Fratres: Ad ephesios. ii

Jam non estis hospites et aduene: sed estis ciues sanctorũ et domestici dei. superedificati sup fundamentũ aplorum et prophetarũ. Ipso summo angulari lapide xpo iesu. Jn quo oīs edificatio constructa: crescit in templũ sanctũ in dño Jn quo et vos coedificamini in habitaculũ dei: in spũ sãcto. R. Nimis honorati sunt amici tui deus nimis confortatus est principatus eorum. V. Dinumerabo eos et super arenam multiplicabuntur. Allelupa. V. Non vos me elegistis sed ego elegi vos et posui vos vt eatis et fructum afferatis et fructus vester maneat. Scdm Johẽm. xv.

In illo tempore: Dixit iesus discipulis suis. Ego sum vitis vera: et pater meus agricola est. Omnem palmitem in me nõ ferentem fructum: tollet eum. Et omnem q̃ fert fructum purgabit eum. vt fructum plus afferat. Jam vos mundi estis: propter sermonem quem locutus sum vobis. Manete in me: z ego in vobis. Sicut palmes non potest fructum facere a semetipso: nisi manserit in vite: sic nec vos nisi manseritis in me. Ego sum vitis: et vos palmites. Qui manet in me et ego in eo. hic fert fructũ multum: quia sine me nichil potestis facere. Et si quis in me non manserit: mittetur foras sicut palmes. et arescet: et colligent eum. et in ignẽ mittent. et ardet. Si manseritis in me et verba mea in vobis manserint: quodcunq3 volueritis petetis: et fiet vobis. Offertorium.

Jn omnem terram exiuit sonus eorum et in fines orbis terre verba eoꝝ. Secreta.

Sacrandum tibi domine munus offerim⁹: quo beati barnabe apostoli solennia recolentes: purificationem quoq3 nostris mentibus iploramus. Per dñm. Cõm.

Vos qui secuti estis me sedebitis super sedes iudicantes duodecim tribus israel dicit dominus. Postcõm.

Perceptis domine sacramẽtis suppliciter exoramus: ut intercedente btõ barnaba aplo tuo que pro illius veneranda gerim⁹ solennitate: nobis proficiant ad medelam. Per dñm.

Basilidis cyrini naboris et nazarii.

Intret in cõspectu tuo dñe gemitus cõpeditoꝝ redde vicinis nr̄is septuplũ ĩ sinu eoꝝ vindica sanguinẽ sanctorũ tuorũ qui effusus est. ps. Deus venerunt gẽtes in hereditatem tuam: polluerũt templum sanctũ tuũ posuerunt ierusalẽ ĩ pomorum custodiam. Oratio.

Sanctorum tuoꝝ basilidis cyrini: naboris et nazarii. quesumus domĩe natalicia nobis votiua resplendeant: et quod illis cõtulit excellentia sempiterna. fructib⁹ nostre deuotionis accrescat. Per dominũ. Ad ephesios i.

Fratres: Benedictus deus ⁊ pater dñi nostri iesu cristi: q̃ benedixit nos in oĩ benedictione spirituali ĩ celestibus ĩ cristo. Sicut elegit nos ĩ ipso ante mundi constitutionẽ: vt essemus sancti ⁊ ĩmaculati in cõspectu eius ĩ caritate. Qui p̄destinant nos ĩ adoptionẽ filiorũ p iesũ cristũ ĩ ipsũ: scd̄m ꝓpositum voluntatis sue ĩ laudẽ glorie et gratie sue. ĩ qua gratificauit nos ĩ dilecto filio suo. In quo habemus redẽptionẽ p sanguinẽ eius: remissionẽ peccatoꝝ secũdum diuitias gratie sue. que superabundauit in nobis: p iesũ cristũ dñm nostrum. ℞. Vindica dñe sãguinẽ sanctorũ tuoꝝ qui effusus est. ℣. Posuerũt mortalia seruorũ tuorum escas volatilibus celi carnes sanctorum tuorũ bestiis terre. ℣. Isti sunt qui venerunt ex magna tribulatione et lauerũt stolas suas in sanguine agni.

Secundum marcum. xiii.

In illo tempore: dixit iesus discipulis suis Ecce ego mitto vos: sicut oues ĩ medio lupoꝝ Estote ergo prudentes sicut serpentes: ⁊ sĩplices sicut columbe. Cauete aũt ab hoĩbus. Tradent enĩ vos ĩ cõciliis: ⁊ synagogis suis flagellabunt vos. Et ante reges ⁊ presides ducemini ꝓpter me: in testimoniũ illis ⁊ gentib;. Cũ aũt tradent vos: nolite cogitare quomodo aut quid loquamini. Dabitur enĩ vobis ĩ illa hora: quid loquamini: Non enĩ vos estis qui loquimini: sed sp̄s patris vestri qui loquitur ĩ vobis Tradet aũt frater fratrẽ in mortẽ: et pater filiũ. et insurgent filii in parentes et morte eos afficiẽt Et eritis odio oĩbus hoĩnib; ꝓpter nomẽ meum. Qui aũt pseuerauerit vsq; ĩ finẽ: hic salu⁹ erit. Offeꝛ. Exultabũt sancti ĩ glia letabuntur ĩ cubilib; suis exultationes dei ĩ faucib; eoꝝ Secreta

Pro sãctoꝝ basilidis cyrini naboris. et nazarii sanguine. venerãdo: hostias tibi dñe solẽniter imolamus. tua miracula ptractãtes. p q̃ talis est pfecta victoria p. Cõ. Posuerũt mortalia seruoꝝ tuoꝝ dñe escas volatilib⁹ celi carnes sanctoꝝ tuoꝝ bestiis terre scd̄m magnitudinẽ brachii tui posside filios morti punitorum. Postcõm.

Semper nos dñe sanctoꝝ martirũ tuoꝝ basilidis cyrini naboris. et nazarii solennia celebramus: vt eorũ patrocinia sentiam⁹ Per dñm. Viti martiris. Oratio.

Da ecclesie tue quesumus dñe sancto vito intercedente super be nō sapere: sed tibi placita humi litate proficere: vt proterua despici ens. quecūqȝ matura sūt libera exerceat caritate. Per. Secreta

Sicut glorie diuine potentiaȝ munera pro sanctis oblata testantur: sic nobis effectū dñe tue saluationis impendant. P. Postcōm

Refecti dñe benedictione celesti: quesumus vt per intercessionem sancti viti medicina sacramenti tui et corporis nostris prosit et mentibus Per.

Sancti cyrici et iulite matris eius.

Gaudeamus omnes in dño diē festum celebrantes sub honore sanctoꝝ martirꝝ de quoꝝ passione gaudent angeli et collaudant filiū dei. ps. Exultate iusti in dño: rectos decet collaudatio. Oratio

Beatoꝝ martirū tuoꝝ cyrici ꝛ iulite matris eius sociorūqȝ eorū: nos quesumus dñe merita ꝓsequant: et tuā nobis indulgentiā semp implorēt. P d. Ad hebreos xi

Fratres: Sancti per fidē vicerunt regna: operati sunt iusticiā. adepti sunt repromissiones. Obturauerunt ora leonū: extinxerunt impetū ignis. effugarunt aciem gladii. cōualuerūt de infirmitate fortes facti sūt i bello Castra verterūt exteroꝝ. acceperūt mulieres de resurrectiōe mortuos suos. Alii aūt distenti sūt nō suscipientes redēptionē: vt meliorē iuenirēt resurrectionē. Alii aūt ludibria et verbera experti: isup et vincula et carceres. Lapidati sunt. secti sunt. tentati sūt: i occisione gladii mortui sūt. Circuierūt in melotis: in pellibus caprinis. Egentes angustiati afflicti: quibȝ dignus nō erat mundus. In solitudinib⁹ errātes: i mōtibȝ ꝛ i spelūcis et i cauernis tre. Et hi oēs testimonio fidei ꝓbati inuenti sūt In xpo iesu: dño nostro. R. Timete dūm oēs sancti eius qm nichil deest timētibus eū. V. Inquirentes aūt dñm non deficient oī bono. Allelupa. V. Judicabunt sācti nationes et dñabuntur populis et regnabit illoꝝ rex ineternum. Prosa.

Puer natus est cyricus cuius ordo celitus laudat puerperium. Vere puer verum deū cristuȝ sequens puerū senex ab infantia. Miro modo legem docens nocentibus innocens ꝑdicans celestia. Nōdum iuuētutis flore ymmo lactis tēpore tractus ad supplicia Infans vir israelita cuius genitrix iulita nobilis propicia. Dogma promēs spiritale natum trahit ad natale morte cristi preuia. Cuius mors cyrici vita dum per mortem. itrat ita vite natalicia. Ante tempus meritorum dies lactis dies florum fructus ferunt premia. Felix mater felix natus non timentes cruciatus sed pro fide cristi bella Sustinendo patientes patienter sustinentes famen frigus et flagella. Tandem mortem preciosam ita cristus rosa rosam legit ad celorum serta Ecce

nunc tempus rosarum. vt ad glori am earum nos inuitet fides certa. O felices o beati qui p cristo pas so pati meruerūt talia. Ignem fer rum diuersorum exquisita tormē torum ad mortem flagitia. Sacra mētis nondum nouis istos signāt agnus ouis eorumqȝ victima. Iste puer mater magn⁹ quasi legis sa cer agnus die quartadecima. Iteȝ iuxta legis fedus. istū cesus signāt hedus istam rufa vitula Agnus fi gurabat cristū cristus agnum fecit istū agnū sine macula Hic agnus occiditur qui cū oue sequitur agnū ante secula. Sic currūt ad brauia quorum hec solennia recolit eccle sia. Eorum constātia gratiam cū gloria nobis prestet alleluya. Amē

Secundum matheum. v

In illo tēpore: Videns turbas iesus: ascendit in montem. Et cum sedisset: accesserunt ad eū discipuli eius. Et aperiens os suū: docebat eos dicēs. Beati pauperes spiritu: quoniā ipsorum est regnū celorum. Beati mites: quoniā ipsi possidebunt terram. Beati qui lu gent: quoniam ipsi cōsolabuntur. Beati qui esuriunt et sitiunt iu sticiam: quoniā ipsi saturabuntur Beati misericordes: quoniā ipsi mi sericordiā consequētur: Beati mū do corde: quoniam ipsi deum vide bunt. Beati pacifici. quoniam filii dei vocabuntur. Beati qui persecu tionem patiuntur propter iusticiā quoniam ipsorum est regnū celoꝝ Beati eritis cū maledixerit vobis hoīes: et persecuti vos fuerint et di xerint omne malum aduersū vos mentientes propter me. Gaudete ꝛ exultate in illa die: ecce enim mer ces vestra: multa ē in celis. Offr. Le tamini in domino et exultate iusti et glo riamini omnes recti corde. Secreta.

Da nobis domine tue pietatis effectum et intercedentibus sanctis tuis cyrico et iulita matre eius sociisqȝ eorum: etiam nostra munera propicius intuere. Per. Cō Beati mundo corde qm̄ ipsi deū videbūt beati pacifici quoniā filii dei vocabuntur beati qui persecutionem patiuntur propt̄ iusticiam quoniā ipsorum est regnum ce lorum. All. Cō. Et si coram hominibus tor menta passi sunt deus tētauit eos tanq̄ aurum in fornace probauit eos et quasi olocausta accepit eos alleluya. Postcōm.

Sactorum tuorum nos domi ne cyrici et iulite matris eius sociorumqȝ eorum memoriā vene rantes: quesumus: vt qui illis victo rie coronam contulisti: nobis eoruȝ meritis: delictoꝝ indulgentiam lar giaris P. Sāctoꝝ marci et marcelliani

Salus autē iustorum a dn̄o et protector eorum est in tē pore tribulationis. ps. Noli emulari i malignantibus: neqȝ zelaueris facientes iniquitatem Oratio.

Presta quesumus omnipotens deus: vt qui sanctoꝝ marci et marcelliani natalicia colimus. a cunctis malis imminentibus eo rū intercessionibus liberemur. P ō

Lectio libri sapientie. iiii

Iustorũ aīe i manu dei sunt: et non tanget illos tormentũ malicie. Visi sũt oculis insipiētiũ mori: illi autem sunt in pace. Et si corã hoībus tormēta passi sũt: spes illorũ immortalitate plena est. In paucis vexati: in multis bene dispo nentur. Quoniam deus tentauit il los: et inuenit eos dignos se. Tan quã aurũ in fornace probauit illos et quasi olocausta hostie accepit illos et in tpe erit respectus illorum. Fulgebũt iusti: et tanquã scintille in arundineto discurrent. Iudica bunt nationes et dñabuntur popu lis: et regnabit dñs illorum imperpe tuũ. R. Iustorum aīe in manu dei sunt et non tãget illos tormentũ malicie. V. Vi si sunt oculis insipientium mori illi autē sunt in pace. Alleluya. V. Iudicabunt san cti nationes et dominabuntur populis et regnabit illorum rex ineternum.

Secundum iohannem. xv.

In illo tempore: Dixit iesus discipulis suis. Hoc est preceptum meum vt diligatis inuicē: sicut di lexi vos. Maiorem caritatem ac di lectionem nemo habet: vt animam suam ponat quis pro amicis suis. Vos amici mei estis: si feceritis q̄ ego precipio vobis. Iam non dicam vos seruos. quia seruus nescit quid faciat dominus eius: Vos aũt dixi amicos: quia omnia quecũque audi ui a patre meo nota feci vobis. Nõ vos me elegistis sed ego elegi vos et posui vos vt eatis et fructum af feratis: et fructus vester maneat. Et quodcunque petieritis patrem ĩ nomine meo: det vobis. Off. Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo ve nantium laqueus contritus est et nos li berati sumus. Secreta.

Munera domine oblata sancti fica: et intercedentibus san ctis tuis: nos per hec a peccatorum nostrorum maculis emunda. Per. Cõm. Amen dico vobis quod vni ex mini mis meis fecistis michi fecistis venite be nedicti patris mei possidete preparatum vobis regnum ab inicio seculi. Postcõm.

Salutaris tue domine mune re satiati supplices exoramus vt quorum letamur gustu: renoue mur effectu. Per.

Sctõrum geruasii et pthasii marti. Introitus

Loquetur dominus pacem in plebem suam et super sanctos suos et in eos qui conuertuntur ad ipsum. ps. Benedi xisti domie terram tuam: auertisti capti uitatem iacob. Oratio.

Deus qui nos annua sancto rum martirum tuorum ger uasii et prothasii solennitate letifi cas: concede propicius. vt quorum gaudemus meritis instruamur ex emplis. Per dominũ nostrum.

Ad romanos. viii.

Fratres: Scimus q̄m diligenti bus deũ oīa cooperanť in bo nũ: his qui scdm ppositũ vocati sũt sancti. Nã quos presciuit et prede stinauit conformes fieri ymaginis filii sui: vt sic ipse primogenitus in

multis fratribus. Quos aūt prede stinauit: hos ꝛ vocauit. Et quos vocauit hos ꝛ iustificauit. Quos aūt iustificauit illos et magnificauit. Quid ergo dicemus ad hec? Si deus pro nobis quis cōtra nos? Qui etiā ꝓprio filio suo nō pepercit: sed ꝓ nobis oībus tradidit illū. Quomodo nō etiā cū illo oia nobis donauit? Quis accusauit aduersꝰ electos dei? Deus qui iustificat: quis est qui condemnet? Cristus iesus q̄ mortuus est ꝓ nobis qui et resurrexit. qui est ad dexterā dei: qui etiaꝫ interpellat ꝓ nobis. ℞. Gloriosus deus in sanctis suis mirabilis in maiestate faciens ꝓdigia. ℣. Dextera tua dn̄e glorificata est in virtute dextera manus tue cōfregit iīmicos. All'a. ℣. Mirabilis dn̄s noster i sanctis suis. Secundū marcū. xiii.

In illo tp̄e: Egrediente dn̄o iesu de tēplo: ait illi vnus ex discipulis suis Magister aspice quales lapides: et quales structure. Et respondens iesus: ait illi Vides has magnas edificationes: nō relinquetur lapis super lapidē. qui non destruatur. Et cū sederet in montem oliuaꝝ cōtra templū: interrogabāt eū separati petrus et iacobus. et iohannes et andreas. Dic nobis qn̄ ista fient: ꝛ qd signū erit: qn̄ hec oia incipient cōsūmari. Et respondēs iesus: cepit dicere illis Videte: ne q̄s vos seducat. Multi enī veniēt in noīe meo dicentes qꝛ ego sū: ꝛ multos seducēt. Cū aūt audieritis bella et opiniones belloꝝ: ne timueritis Oportet enim hec fieri: sed non dū finis. Exurget aūt gens cōtra gentē. et regnū sup regnū. Et erūt terre motus ꝑ loca. et fames iniciū doloꝝ hec. Videte aūt vosmetipsos Tradent enī vos ī cōsiliis: et in synagogis vapulabitis. Et ante reges et presides stabitis propter me ī testimoniū illis. Et in oms gentes primū oportet predicari euāgelium. Et cū duxerint vos tradētes nolite cogitare quid loquamini: sꝫ qd datū vobis fuerit ī illa hora id loquamini. Nō enī vos estis loquentes sed sp̄us sanctus. Tradet autē frater fratrē in mortē: ꝛ pater filiū Et insurgent filii ī parētes: et morte eos afficient Et eritis odio oībꝫ ꝑpter nomen meū. Qui aūt sustinuerit in finē: hic saluus erit. Offꝫ. Letamini in dn̄o ꝛ exultate iusti et gloriamini omnes recti corde. Secreta.

Oblatis q̄s dn̄e placare muneribus et intercedentibus sāctis tuis geruasio ꝛ prothasio a cūctis nos defende periculis. Per. Cō. Posuerunt mortalia seruoꝝ tuorum dn̄e escas volatilibꝫ celi carnes sanctoꝝ tuoꝝ bestiis terre scd̄m magnitudinem brachii tui posside filios morti punitoꝝ. Postcōm.

Hec nos cōmunio dn̄e purget a crimine: et intercedentibus sāctis tuis geruasio et ꝓthasio celestis remedii faciat esse cōsortes. P.

In vigilia natiuitatis sācti iohis bapti.

Ne timeas zacharia exaudita est oratio tua ꝛ helizabeth vxor tua pariet tibi fi

lium et vocabis nomen eius iohã-
nem et erit magnus coram dño et
spiritu sancto replebitur adhuc ex
utero matris sue et multi ĩ natiui
tate eius gaudebunt. ps. Domine in
virtute tua letabitur rex: et super saluta
re tuum exultabit vehementer Oratio.

Presta quesumus omps deus
ut familia tua per viam sa-
lutis icedat: ₇ beati iohãnis precur
soris dñi hortamenta sectando: ad
eum quem predixit secura perueni
at. Dominũ no. ie. cri. fi. tu. qui.

Lectio ieremie prophete. i.

In diebus illis: Factum est ver
bũ dñi ad me dicens. Priusq̃
te formarẽ in utero noui te: et ante-
q̃ exires de vulua sanctificaui te.
et pphetã ĩ gentib₃ dedi te. Et dixi
a. a. a. dñe deus. Ecce nescio loqui:
qꝛ puer ego sũ. Et dixit dñs ad me
Noli dicere qꝛ puer sũ: qm̃ ad oĩa
que mittã te ibis: et vniuersa que
mandauero tibi loqueris. Ne time
as a facie eoꝝ qꝛ ego tecu₃ sum: vt
eruã te dicit dñs. Et misit dñs ma
num suã et tetigit os meũ: et dixit
dñs ad me Ecce dedi verba mea in
ore tuo ecce cõstitui te hodie sup gẽ
tes. ₇ sup regna: vt euellas ₇ destru
as ₇ dispdas. et dissipes. et edifices. ₇
plantes. Ait dñs: oĩpotens. R. Fuit
homo missus a deo cui nomen iohannes
erat hic venit. V. Vt testimoniũ perhiberet
de lumine parare domino plebem pfectã

Iniciũ sancti euangelii scdm lucam i

Fuit in diebus herodis regis
iudee quida₃ sacerdos noĩe
zacharias de vice abia. ₇ vxor illius
de filiabus aaron. et nomen eius he
lyzabeth. Erant aute₃ iusti ambo
ante deũ: incedentes ĩ oib₃ manda-
tis ₇ iustificationibus dñi sine que
rela. Et nõ erat illis fili⁹. eo q̃ esset
helizabet sterilis: et ambo processis
sent in diebus suis. Factum est au
tem cum sacerdotio fũgeretur za-
charias in ordine vicis sue ante de
um: secundũ cõsuetudinẽ sacerdo-
tii sorte exiit. vt incensũ poneret in
gressus in templũ domini. Et om
nis multitudo populi: erat orãs fo
ris hora incensi. Apparuit autẽ illi
angelus domini: stans a dextris al
taris incensi. Et zacharias turba-
tus est videns: et timor irruit super
eum. Ait autem ad illum angelus
Ne timeas zacharia. quoniã exau
dita est oratio tua. et helizabet vxor
tua pariet tibi filium: ₇ vocabis no
mẽ eius iohannẽ. Et erit tibi gau
dium ₇ exultatio: et multi ĩ natiui
tate eius gaudebunt. Erit enĩ ma
gnus coram domino: vinum et sin
ceram non bibet Et spiritu sancto
replebitur adhuc ex utero matris
sue. Et multos filiorum israel Cõ
uertet ad dominum deum ipsoru₃
Et ipse precedet ante illum in spi
ritu et virtute helye. vt conuertat
corda patrum in filios: et incredu
los ad prudentiã iustorum. parare
domino plebem perfectam. Offr.
Gloria et honore coronasti eum et consti-
tuisti eum super opera manuum tuaru₃
domine. Secreta

Munera dñe oblata sanctifica et intercedente beato iohãne baptista nos per hec a peccatorum nostrorum maculis emunda Per dñz. Cõ. Magna est gloria eius i salutari tuo gloriã et magnũ decorem impones super eũ dñe. Postcõ. Beati iohãnis baptiste nos dñe preclara comitetur oratio: et quẽ venturũ esse predixit: poscat nobis fore placatũ Dñm nostrum iesũ cristum.

In die missa in mane Introitus

Iustus vt palma florebit sicut cedrus libani multiplicabitur plantatus i domo dñi in atriis domus dei nostri. ps. Bonum est cõfiteri dño: et psallere nomi tuo altissime. Oratio: Concede qs omipotens deus: vt qui beati iohannis baptiste solẽnia colim9 eius apud te intercessione muniamur. Per dñm nostrũ.

Lectio ysaie prophete. xli xlii et xlvi

Hec dicit dñs deus Primus ad syon dicet. ecce adsũ: et ierusalem euangelistam dabo. Ecce seruus meus suscipiã eum: elect9 me9 cõplacuit sibi in illo aĩa mea. Dedi spiritũ meum super eum: iudiciũ gentib; pfert. Non clamabit neq; accipiet psonã: nec audiet foris vox eius. Calamũ cassatũ non cõteret: et lignũ fumigans non extinguet. In veritate educet iudiciũ. Nõ erit tristis neq; turbulẽt9. donec ponat i terra iudiciũ: sed legem eius insule expectabũt. Ego creãs celos et extendens eos firmans terrã: et q̃ germinant i ea. Dans flatũ populo qui est sup eã et spiritũ calcantib; eam. Ego vocaui te in iusticia: et apprehendi manũ tuã. Ecce seruaui te et dedi te in fedus populi. i lucem gentiũ. Cõtabuerunt et cõtrita sunt saluare portantẽ qui portamini a meo vtero: qui gestamini a mea vulua. Vsq; ad senectã ego ipse: et vsq; ad canos ego portabo: et saluabo. Cui assimulasti me et adequasti. et fecisti similẽ: redẽptor noster nomen illius: sanct9 israel. R. Iustus vt palma florebit sicut cedrus libani multiplicabitur in domo dñi. V. Ad annunciandũ mane misericordiã tuam et veritatem tuam per noctem. Allelupa. V9. Ne timeas zacharia ne timeas quia exaudita est oratio tua et nascetur tibi filius et vocabitur nomen eius iohannes.

Secundum lucam. i

In illo tpe: Dixit zacharias ad angelum Vnde hoc sciã: Ego enim sum senex: et vxor mea procesit in diebus suis. Et respondens angelus dixit ei. Ego sum gabriel qui adesto ante deum: et missus sũ loqui ad te: et hec tibi euangelizare Et ecce eris mutus et non poteris loqui: vsq; ad diem quo hec fiant. Pro eo q non credidisti verbis meis que adimplebuntur in tempore suo Et erat plebs expectans zachariam: et mirabant q tardaret ipse in templo. Egressus autem nõ poterat loqui ad illos: et cognouerũt q visionem vidisset in templo. Et ipse erat innuens illis: et permãsit

mutus. Et factum est vt impleti sũt dies officii eius. abiit in domũ suam. Post hos aũt dies: cõcepit helisabeth vxor eius. et occultabat se. mensibus quinqꝫ: dicens. Qr sic fecit michi dñs: in diebus quibus respexit auferre obprobrium meum inter homines. Offer. In virtute tua dñe letabitur iustus et super salutare tuũ exultabit vehementer desideriũ aie eius tribuisti ei. Secreta.

Munera dñe oblata sanctifica et intercedente beato iohanne baptista: nos per hec a peccatorum nostroꝝ maculis emunda. P. Cõ. Posuisti dñe in capite eius coronam de lapide precioso. Postcõ

Presta quesumus omps deus vt qui celestis alimenta percepimus: intercedente beato iohanne baptista per hec contra oia aduersa muniamur. Per.

Ad magnam missam. Introitus.

De ventre matris mee vocauit me dñs noie meo ꝛ posuit os meum vt gladium acutũ sub tegumento manus sue ꝑtexit me posuit me quasi sagittã electam. ps. Bonum est cõfiteri dño: et psallere noi tuo altissime. Oratio.

Deus qui p̃ntem diem honorabilẽ nobis in beati iohannis natiuitate fecisti: da pplis tuis spiritalium gratiã gaudiorũ et oim fidelium mentes dirige ĩ viam salutis eterne. P. Lctõ ysaye prophe. xlix

Hec dicit dñs deus. Audite insule: et attendite populi de longe. Dñs ab vtero vocauit me: de vẽtre matris mee recordatus est nois mei. Et posuit os meũ quasi gladium acutum: in vmbra manus sue protexit me. ꝛ posuit me sicut sagittam electã. In pharetra sua abscõdit me et dixit michi. Seruus meꝰ es tu israel: quia ĩ te gloriabor. Et nunc hec dicit dñs: formans me ex vtero seruum sibi. Dedi te in lucẽ gentium: vt sis salus mea vsqꝫ ad extremum terre. Reges videbũt: ꝛ cõsurgent principes. Et adorabũt dominũ deũ tuũ: et sanctũ israel qui elegit te. R. Priusq̃ te formarem in vtero noui te et anteq̃ exires de ventre sãctificaui te. v. Misit dñs manũ suã et tetigit os meũ ꝛ dixit michi. Alleluya. v. Erat lucerna ardens et lucens ante dñm iohãnes baptista qui viam. dño preparauit ĩ heremo. Alleluya. v. Inter natos mulierũ nõ surrexit maior iohãne baptista. Prosa

Ad honorẽ tuũ criste recolat ecclesia. Precursoris ꝛ baptiste tui natalicia. Laus ẽ regis in preconis ipsius preconio. Quem virtutum ditat donis sublimat officio. Promittente gabriele seniori filiũ. Hesitauit et loquele ꝑdidit officiũ. Puer nascitur noue legis noui regis preco turba signifer. Vox preit verbũ paramentũ spõsi sponsũ solis ortum lucifer. Verbo mater scripto pater nomen dedit puulo et soluta lingua muta patris est a vinculo. Est celesti presignatus iohannes oraculo et ab ipso premõstratꝰ vteri latibulo. Qd etate ꝑ matura

datur heres id figura qd infecunda diu parēs res pfunda. Contra carnis quidē iura iohis hec genitura talem gr̄a partū format non natura. Aluo deum vgo claudit clauso clausus hic applaudit de vētris angustia. Agnū mōstrat in apto vox clamantis in deserto vox verbi pnuncia. Ardens fide verbo lucens et ad veram lucem ducens multa docet milia. Non lux iste sed lucerna xp̄o vero lux etna lux illustrās oia. Cilicina tectus veste pellis cinctus trophiū: cum locustis mel silvestre sūpsit in eduliū. Attestante sibi xp̄o non surrexit maior isto natus de muliere. Sese xp̄s sic excepit qui de carne carnē cepit sine carnis opere. Martir dei licet rei simus nec ydonei tue laudi. Te laudantes et spantes de tua clemētia nos exaudi. Tuo nobis in natale da pmissum gaudiū: nec nos minus triūphale delectet martiriū. Venerēmur et miramur in te tot misteria per te frui xp̄s sui det nobis pn̄tia. Amen

In illo tp̄e: Scd̄m lucam. ꝑio Elyzabet impletum est tempus pariendi: et peperit filium. Et audierūt vicini et cognati eius. qr magnificauit dominus misericordiam suam cum illa: et congratulabant ei. Et factum est ī die octauo venerunt circumcidere puerum et vocabāt eum nomine patris sui zachariam. Et respondens mater eius: dixit. Nequaꝙ: sed vocabitur iohānes. Et dixerūt ad illā. Quia nemo est in cognatione tua: qui vocetur hoc nomine. Innuebant aūt patri eius: quem vellet vocari eū. Et postulans pugillarem: scripsit dicens. Johannes est nomen eius. Et mirati sunt vniuersi. Apertū est aūt ilico os eius et lingua eius: et loquebatur benedicens deum. Et factus es timor; super omnes vicinos eorum: et super omnia mōtana iudee. diuulgabantur omnia verba hec. Et posuerūt oēs qui audierāt in corde suo: dicentes. Quis putas puer iste erit? Etenim manus dn̄i: erat cum illo. Et zacharias pater eius repletus est spiritu sancto: et prophetauit dicens. Benedictus dominus deus israel: quia visitauit et fecit redēptionem: plebis sue. Offr̄. Justus vt palma florebit sicut cedrus q̄ in libano est multiplicabit.

Tua nos dn̄e mune Secreta. ribus altaria cumulamus. illius natiuitatem honore debito celebrantes: qui saluatorem mūdi et cecinit adfuturum et adesse monstrauit. Dn̄m nr̄m. Coio. Tu puer ꝓpheta altissimi vocaberis preibis eni an faciem dn̄i parare vias eius. Postcoio

Sumat ecclesia tua deus beati iohannis baptiste generatione leticiam. per quē sue regeneratiōis cognouit auctorem. Dn̄m nr̄m ihm̄ xp̄m filium tuum. Qui.

De sancto Eligio. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus qui nos oīm sanctorꝫ es virtute mirabilis: da nobis ī bt̄i eligii

annua solennitate letari. qui filii tui confessor et pontifex existens: qd misterio gessit: testimonio cōproba/uit: et qd ore docuit: cōfirmauit exemplo. Per dñm. Secreta.

Sacrificiū celebrandū tibi dñe laudis offerimus: p scti eligii solēnitate: vt ppiciationem tuam quā nris opibus nō meremur: piis eius suffragationibus et intercessionibus assequamur. Per. Postcōm.

Beati eligii bñficia natalicia fidelib; tuis dñe tuo munere suffragentur: et qui tibi placuit nobis imploret auxiliū. Per dñm.

Johannis et Pauli martirum.

Multe tribulationes iustorū et de omnibus his liberauit eos dñs: dñs custodit omia ossa eoꝝ vnū ex his non conteret. ps. Benedicā dñm in oi tpe: semp laus eius in ore meo. Gloria patri. Oratio.

Quesum⁹ ops deus: vt nos geminata leticia hodierne festiuitatis excipiat: q̄ de btōꝝ iohannis et pauli glorificatione pcedit: quos eadem fides et passio vere fecit esse germanos. P. Ad corinthios. i.xv.

Fratres: Ecce misteriū vobis dico Oēs quidē resurgem⁹: sz non oēs immutabimur. In momento in ictu oculi: in nouissima tuba Canet eni tuba et mortui resurgēt incorrupti: et nos immutabimur. Oportet eni corruptibile hoc induere incorruptionē: et mortale hoc induere imortalitatem. Cū autē corruptibile hoc induerit incorruptionem. et mortale hoc induerit imortalitatem: tunc fiet sermo qui scriptus est. Absorta est mors in victoria. Vbi est mors victoria tua: Vbi est mors stimulus tuus: Stimulus autē mortis pctm̄ est: virtus vero peccati lex. Deo aūt gratias q̄ dedit nobis victoriam. Per ihm̄ xpm̄ dñm nostrū. Itaq; fratres mei dilectissimi: stabiles estote et imobiles: abundantes in opere dñi semper. Scientes q̄ labor vester: non est inanis a dño. R. Ecce q̄ bonū et q̄ iocundum habitare fratres inunum. V. Sicut vnguentū in capite quod descendit in barbam barbā aaron. Alla. V. Gaudete iusti in dño rectos decet collaudatio.

In illo tpe: Scdm matheū. x. Dixit iesus discipulis suis. Attendite a fermēto phariseorum: quod est ypocrisis. Nichil opertum qd non reueletur: et occultum quod non sciatur. Quod dico vobis in tenebris: dicite in lumine. Et qd in aure auditis: predicate super tecta. Et nolite timere eos qui occidunt corpus: aiam aūt non possunt occidere. Sed potius eū timete: q̄ potest et aiam et corpus perdere i gehēnā Nonne duo passeres asse veneunt: et vnus ex illis non cadet super terram. sine patre vestro. Vestri autē et capilli capitis: oēs numerati sūt Nolite ergo timere: multis passeribus: meliores estis vos. Qis ergo q̄ confitebit me corā hoibus: cōfitebor et ego eū corā patre meo: q̄ i celis est Offer. Gloriabuntur in te omnes qui dili

gunt nomen tuum qm̄ tu benedices iusto dn̄e vt scuto bone voluntatis tue corona- sti nos. Secreta.

Hostias tibi dn̄e sanctorum martirū tuorum iohannis et pauli dicatas meritis benignus assume: et ad perpetuum nobis tribue prouenire subsidium. Per dn̄m. Cōm. Et si coram hominibus tormenta passi sunt deus temptauit illos tanq̄ aurum in fornace ꝓbauit eos et sicut olocausta accepit eos Postcō.

Sumpsimus dn̄e sanctoꝝ tuorum solennia celebrantes celestia sacramēta: presta q̄s: vt quod tp̄aliter gerimus: et̄nis gaudijs cōsequamur. Per. Leonis pape. Orō.

Deus qui beatū leonem pōtificem sāctorū tuoꝝ meritis coequasti concede propicius. vt qui cōmeōrationis eius festa percolimus vite quoq̄ imitemur exempla. P.

Annue nobis dn̄e Secreta. vt anime famuli tui leonis hec prosit oblatio. quā imolando totius mundi tribuisti relaxari delicta. Per dn̄m. Postcōm.

Deus qui anime famuli tui leonis eterne beatitudinis premia cōtulisti: concede propicius: vt qui peccatoꝝ nostroꝝ pondere premimur: eius apud te precibus adiuuemur. Per. In vigilia apostolorum. Petri et Pauli. ad missam.

Dixit dn̄s petro cū esses iunior cingebas te et ābulabas vbi volebas cū aūt senueris extendes manus tuas. et alius te cinget et ducet quo tu non vis hoc aūt dixit significans qua morte clarificatu rus esset deū. ꝟ. Celi enarrāt gl'iam dei: et opa manuū ei⁹ ānūciat firmamētū. Or.

Presta q̄s omp̄s deus: vt nullis nos ꝑmittas ꝑturbationibꝫ concuti: quos in apostolice confessionis petra solidasti. Per dn̄m.

In diebꝫ illis: Lcō actuū aploꝝ. 3. Petrus et iohēs ascendebant in templū: ad horam orōnis nonā. Et quidā vir qui erat claudus ex vtero matris sue baiulabatur: quē ponebāt quotidie ad portā templi que dicitur speciosa: vt peteret elemosinā ab introeūtibus in templū Is cū vidisset petrū et iohēm. incipiētes introire in tēplū: rogabat vt elemosinam acciperet ab eis. Intuens autem in eum petrus cum iohanne: dixit. Respice in nos. At ille intendebat in eos: sperans se aliqd accepturū ab eis. Petrus autem dixit. Argentū et aurū non est michi: qd̄ aūt hēo hoc tibi do. In noīe iesu xp̄i nazareni: surge et āmbula. Et ap p̄hēsa manu ei⁹ dextera: alleuauit eū. et ꝓtinus cōsolidate sunt bases eius ⁊ plāte: ⁊ exiliēs stetit. et āmbulabat Et itrauit cū illis in tēplū: ambulās ⁊ exiliēs. ⁊ laudās deū. Et vidit eū oīs ppl's āmbulantem: ⁊ laudātem deū. Cognoscebāt aūt illū qm̄ ipse erat. q̄ ad elemosinā sedebat: ad speciosam portā templi. Et repleti sunt om̄s stupore et extasi: in eo qd̄ cōtigerat illi. R. In oēm terrā exiuit sonus eoꝝ ⁊ in fines orbis terre verba eoꝝ. ꝟ. Celi enarrāt gloriā dei et opa manuū

eius annunciat firmamentum:
In illo tpe: Scdm iohem. xxi. Dixit iesus petro. Symō iohannis: diligis me plus his. Dicit ei. Etiam dñe: tu scis quia amo te. Dicit ei. Pasce agnos meos. Dicit ei iterū. Symon iohānis: diligis me. Ait illi. Etiā dñe: tu scis quia amo te. Dicit ei iterū. Pasce agnos meos. Dicit ei tercio. Symon iohānis amas me? Contristatus est aūt petrus: qz dicit ei tercio amas me. et dixit ei. Tu dñe oīa nosti: tu scis qz amo te. Dicit ei. Pasce oues meas. Amen amen dico tibi: cum esses iunior cingebas te: et ambulabas vbi volebas. Cum aūt senueris. extendes man⁹ tuas. et alius te cinget. z ducet quo tu nō vis. Hoc autem dixit: significans qua morte clarificaturus esset deum.
Offr. Michi autem nimis honorati sūt amici tui deus nimis ɔfortatus est principatus eorum. Secreta.
Munus ppli tui dñe q̄s apostolica intercessione sctifica: nosqz a pctōꝝ nostroꝝ maculis emunda. Per. Coīo. Symon iohis diligis me plus his dñe tu oīa nosti tu scis dñe quia amo te Postcōm.
Quos celesti dñe alimēto satiasti: aplicis intercessionibz ab omni nos aduersitate custodi. Per.
In die ad missam. Introitus
Nunc scio vere qz misit dñs angl'm suū et eripuit me de manu herodis z de omni expectatione plebis iudeorum. ps.
Et petrus: ad se reuersus dixit. Gloria patri et filio. Sicut erat. Oratio.
Deus qui hodiernā diem apostolorum tuoꝝ petri et pauli martirio consecrasti: da ecclesie tue eorum in oībus sequi preceptū. per quos religionis sumpsit exordium Per dñm. Lcō actuū aplorum. xii
In diebus illis. Misit herodes rex manus: vt affligeret quosdam de ecclesia. Occidit autem iacobum: fratrem iohānis gladio. Videns aūt qz placeret iudeis: apposuit apphendere et petrum. Erant autem dies azimoꝝ. Quem cū apprehendisset. misit in carcerem: tradensqz quattuor quaternionibz militū custodiendum. volens post pascha producere eū pplo. Et petrus quidem seruabatur ī carcere. Oratio aūt fiebat sine itermissione ab ecclesia: ad deum pro eo. Cū autem pducturus eū esset herodes: in ipsa nocte erat petrus dormiēs inter duos milites. vinctus cathenis duabz Et custodes ante ostium: custodiebāt carcerem. Et ecce angelus dñi astitit: et lumen refulsit ī habitaculo carceris. Percussoqz latere petri: excitauit eū dicens. Surge velociter. Et ceciderunt cathene: de manibus eius. Dixit aūt angelus ad eum. Precigere: et calcia te caligas tuas. Et fecit sic. Et dixit illi. Circunda tibi vestimentum tuū: et sequere me. Et exiens sequebať eū: et nesciebat quia verū est quod fiebat p angl'm. Existimabat aūt se

visum videre. Transeūtes autem primam et secundā custodiā: venerunt ad portam ferream que ducit ad ciuitatem: que vltro apta est eis Et exeuntes processerunt vicum vnum: et cōtinuo discessit angelus abeo. Et petrus ad se reuersus dixit. Nunc scio vere quia misit dñs angelum suū: et eripuit me de manu herodis. et de omni expectatione: plebis iudeorum. ℟. Constitues eos principes super omnem terram memores erunt nominis tui domine. ℣. Pro patribus tuis nati sunt tibi filii propterea populi confitebuntur tibi. Allelupa. ℣ Beatus es symon bariona quia caro et sanguis nō reuelauit tibi sed pater meus qui est in celis. Allelupa. ℣. Solue iubente deo terrarum petre cathenas qui facis vt pateant celestia regna beatis. Prosa

Haude iocunda melos turma personat. Jungendo verba symphonie richmica. Concrepans inclita armonia vera secli lumina Luce qui aurea illustrarunt mundi regna omnia. Vernāt fortia iā chorum trophea in celis regia Quorum merita dissoluit crimina hac die fulgida. Nam alter crucis supplicio triūphans: alter ensis iugulo vterqꝫ nitet laurea. Et sublimes super sydera insignes victoria celica prelati sunt in curia. Hinc beate petre qui maxima reseras claudis verbo celi limina. Sume pius vota fideliū pcti cuncta resoluēdo vincula. Amē. S. matheū. xvi

In illo tpe: Venit iesus in partes cesaree philippi: et interrogabat discipulos suos dicens. Quem dicūt hoīes esse filium hominis: At illi dixerūt. Alii iohānem baptistam alii aūt helyam. alii vero ieremiam: aut vnū ex prophetis. Dicit illis iesus. Vos aūt quem me esse dicitis. Rñdens symon petrus: dixit. Tu es xps filius dei viui. Rñdens autem iesus: dixit ei. Beatus es symon bariona: quia, caro et sanguis non reuelauit tibi: sed pater meus qui est ī celis. Et ego dico tibi quia tu es petrus: et sup hanc petrā. edificabo ecclesiam meam. Et porte inferi nō preualebūt aduersus eā: et tibi dabo claues regni celorum. Et quodcunqꝫ ligaueris super terram: erit ligatū et in celis. Et quodcūqꝫ solueris sup terrā: erit solutū et in celis. Offr. Constitues eos principes super omēm terram memores erunt nois tui in omni progenie et generatione

Hostias dñe quas noī Secreta tuo sacrandas offerimꝰ apostolica psequatur oratio: per quam nos expiari tribuis et defendi. Per Cōio. Tu es petrus et sup hanc petram edificabo ecclesiam meam. Postcōm.

Quos celesti dñe alimēto satiasti: apſtcis intercessionibꝫ ab omni aduersitate custodi. Per do.

In cōmemoratione sancti Pauli.

Scio cui credidi et certus sū qꝛ potēs est depositū meū seruare ī illū diem. ℣. Dñe pbasti me et cognouisti me: tu cognouisti sessionem meā et resurrectionē meā. Orō

Deus qui multitudinem gen-
tium beati pauli aplī predi-
catione docuisti: da nobis q̄s. vt cu-
ius natalicia colimus: eius apud te
patrocinia sentiamus. Per dn̄m.

Fratres: Ad galathas prio.
Notum vobis facio euange
liū quod euangelizatū est a me: qꝛ
non est scd̄m hoiem. Neqꝫ eni ego
ab hoie accepi illud neqꝫ didici: sed
per reuelationem ihū xp̄i. Audistis
enim conuersationem meā aliquā
do in iudaismo: qm̄ supra modum
psequebar ecclīam dei. et expugna
bam illā: et pficiebam ī iudaismo.
supra multos coetaneos meos ī ge
nere meo: abundantius emulator
existens paternarū meaꝝ traditio
num. Cum autem placuit ei q̄ me
segregauit de vtero matris mee: et
vocauit per gratiam suā. vt reue-
laret filiū suum in me: vt euangeli
zarem illū in gentibꝫ. continuo nō
acquieui carni et sanguini. neqꝫ ve
ni ierosolimā ad antecessores meos
apostolos: sed abii in arabiā. et ite-
rum reuersus sum damascū. Dei-
de post ānos tres veni therosolimā
videre petrū: et mansi apud eū die-
bus quindecim. Aliū autem aposto
loꝝ vidi neminē: nisi iacobum fra
trem dn̄i. Que aūt scribo vobis. ec-
ce corā deo qꝛ nō mētior. Deinde ve
ni in partes syrie: ꝛ cilicie. Erā aūt
ignotus facie: ecclesiis iudee. q̄ erāt
in xp̄o. Tantū autem auditū ha-
bebāt: qm̄ qui persequebaᵗ nos ali-
qn̄: nūc euāgelizabaᵗ fidē. quā ali-
quando expugnabat. et in me cla-
rificabant: dn̄m ihm̄ xp̄m. R. Qui
operatus est petro in aplatū opatus est et
michi inter gentes et cognouerūt grām q̄
data est michi. V. Gratia dei i me vacua
non fuit sed gratia eius semp in me ma-
net. Alla. V. Egregie dei paule doctor gen
tiū ac ppagator diuinoꝝ pceptoꝝ. Prosa

Sacra paule ingere dogmata
illustrans plebis pectora. Et
quousqꝫ det deus perfecta vltra fer
mētes sydera Dulcis qua resultat
musica virtutū fidibus atqꝫ melis
concina. In qua simphonia misce-
tur ꝛ illa q̄ vere dyathessaron pn̄a.
Constās virtute et iusticia. Tēpe
rantia ꝛ prudētia. Quibus supera
agmia rite decorata xp̄o cātica psal
lāt armonica. Nr̄a sint quoꝝ socia
illa dent lumina q̄s pconia damus
ypolidica. Sublime dicāt nunc oīa
amen redēpta. ¶ Scd̄m matheū. xix.

In illo tp̄e: Dixit symon pe-
trus ad ihm̄. Ecce nos reliq̄
mus oīa: et secuti sumus te. Quid
ergo erit nobis: Ihūs aūt dixit illis
Amen dico vobis: ꝙ vos qui secuti
estis me. in regeneratione cū sederit
filius hominis in sede maiestatis
sue: sedebitis et vos super sedes duo
decim iudicantes duodecim tribus
israel. Et omnis qui reliquerit do
mum. vel fratres. aut sorores. aut
patrem. aut matrem. aut vxorem.
aut filios. aut agros. propter nomē
meum: centuplum accipiet: et vitā
eternam possidebit. Offꝫ. Michi au-
tem nimis honorati sunt amici tui deus

nimis confortatus est principatus eorum. Secreta

Ecclesie tue quesumus domine preces et hostias apostolica commendet oratio: vt quod pro illorum gloria celebramus: nobis prosit ad veniam. Per. Co. Amen dico vobis quod vos qui reliquistis omnia et secuti estis me centuplum accipietis et vitam eternam possidebitis. Postcom.

Perceptis domine sacramentis beatis apostolis interuenientibus deprecamur: vt que pro illorum celebrata sunt gloria: nobis proficiant ad medelam. Per. Marcialis episcopi et confessoris. Oratio.

Deus qui venerabilem beati marcialis confessoris tui atque pontificis festiuitatem solenniter recurrentem populo tuo dedicasti: presta quesumus: vt quem doctorem vite habuimus in terris: intercessorem semper habere mereamur in celis. P. Sec.

Suscipe quesumus domine munera que tibi de tua largitate offerimus vt sacrosancta misteria intercedentibus sanctis tuis et presentis vite nos conuersatione sanctificent. et ad gaudia eterna perducant. Per. Postcom.

Presta quesumus domine vt sacramenti tui participatione vegetati: sancti quoque marcialis confessoris tui atque pontificis precibus adiuuemur. Per dominum. In octabis sancti iohannis baptiste: totum sicut in die. Eodem die Theobaldi confessoris. Oratio.

Deus qui nobis egregii confessoris tui theobaldi natalicia celebrare concedis: fac nos quesumus eius meritis et precibus muniri. cuius deuote vite agonia tribuisti gloriari. P. Secreta.

Hoc domine quesumus futuri sacramenti munus intercedente beato confessore tuo theobaldo: tue maiestatis sanctificetur obtentu. et eterne nos vite conciliet. P. Postco.

Diuini quesumus domine munere sacramenti intercedente sacratissimo confessore tuo theobaldo et a peccatorum vetustate emacules: et ad celestis conuiuii mensam inuites. P.

In visitatione beate marie virginis.

Gaudeamus omnes in domino diem festum celebrantes sub honore marie virginis de cuius visitatione gaudent angeli et collaudant filium dei. P. Eructauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi. Oratio

Omnipotens sempiterne deus qui ex abundantia caritatis beatam mariam virginem tuo filio impregnatam ad salutationem elizabeth inspirasti: presta quesumus. vt per eius visitationem donis celestibus repleamur. et ab omnibus aduersitatibus eruamur. Per eundem. Lectio libri sapie. eccl. xxiiii.

Ego quasi vitis fructificaui suauitatem odoris: et flores mei fructus honoris et honestatis. Ego mater pulcre dilectionis et timoris: et agnitionis et sancte spei. In me omnis gratia vie et veritatis: in me omnis spes vite et virtutis. Transite ad me omnes qui concupiscitis me: et a generationibus meis implemini. Spiritus enim meus super mel dulcis: et

hereditas mea super mel ꝛ fauum Memoria mea: ī generatione secu- lorum. Qui edunt me adhuc esuri ent: et qui bibunt me adhuc sitient Qui audit me non confundetur: ꝛ qui operantur in me nō peccabūt. Qui elucidāt me: vitam eternam habebunt. ℞. Benedicta ꝛ venerabilis es virgo maria que sine tactu pudoris in- uenta es mater saluatoris. ℣. Virgo dei genitrix quē totus non capit orbis in tua se clausit viscera factus homo Allelupa. ℣. Visitatio gloriose virginis marie ex semi ne abrahe visitata de tribu iuda clara ex stirpe dauid. Prosa

Sancti spūs adsit nobis gra- tia Quo fecundata deū pepe rit virgo maria. Per quem sacrata floret virginitas in maria. Spūs alme quo repletur maria. Tu ro- rem sacrum stillasti i maria. Ama tor sancte quo amatur impregna- tur maria. Sub cuius vmbra non torretur dū fouetur maria Tu pre seruasti ne prima culpa transfusa sit in maria. Tu cellā sacrasti sic benedicti ventris in maria. Vt tu- meret et mater fieret virgo maria Sic pareret ne fetu perderet floreꝫ maria. Prophetas tu inspirasti vt precinerent ꝙ deū cōciperet maria Apostolos cōfortasti vt astrarent hunc deū quem edidit maria. Quā do machinam deus mundanā fecit est prefigurata maria. Tellus ho- minem virgo virginē fudit primū sic secundū maria. Tu animarum spes afflictaruꝫ dulcis maria. Tu seruulorū nexus. tuoꝝ solue maria Tu collisum peccatis mundū ad vitam reparasti maria. Idolatras et leges atras eneruasti maria Er go nos petim⁹ supplices vt ope be- nigna subleues maria. Et nato ꝑ nobis supplices qui tibi psallimus aue maria. Tu felicibꝫ felicior ma ria. Tu sublimibus angelorū ceti- bus es preclara maria. Ipsum ho- minem induisti maria Qui sine se mine et rigante nemine fecūdauit maria. Hunc deū nobis placa ma ria. Amen. Secundum lucam. i.

In illo tp̄e: Exurgens maria abiit in montana cū festina tione in ciuitatē iuda: et intrauit ī domū zacharie et salutauit elyza- beth. Et factū est vt audiuit salu tationem marie elyzabeth: exulta- uit infans in vtero eius Et repleta est elyzabeth spiritu sancto: ꝛ excla mauit voce magna. et dixit. Bene- dicta tu inter mulieres: ꝛ benedict⁹ fruct⁹ ventris tui. Et vnde hoc mi chi: vt veiat mater dn̄i mei ad me: Ecce enim vt facta est vox saluta- tionis tue in auribus meis: exulta uit in gaudio infans ī vtero meo. Et beata que credidisti: quoniā per ficientur ea que dicta sūt tibi a do mino. Et ait maria. Magnificat: aīa mea dn̄m. Et exultauit spiri- tus meus: ī deo salutari meo. Offer. Felix nanqꝫ es sacra virgo maria et om ni laude dignissima: q: ex te ortus est sol iu stitie xp̄us deus noster allelupa. Prefatio. Et te in visitatione. Secreta.

O mnipotēs sempiterne deus q̄ curā de oībus in te cōfidentibus semper habes: presta q̄s: vt per oblationē quā tibi offerimus: visitationē spiritualē beate marie i nostris necessitatib; sentiamus P. do. Coio. Beata viscera marie virginis que portauerunt eterni patris filiū. Postcōm. O mps sēpiterne deus qui cōmemoratione visitatiōis beate marie matris dei fieri voluisti. presta quesumus: vt per hoc sacrificiū quod sūpsimus: ab eiusdē visitationis grā nullaten⁹ recedam⁹. P cūd

Processi et martiniani martirū.

I udicant sancti gentes ⁊ dominanť populis et regnabit dn̄s deus illorū imppetuum. ps. Exultate iusti i dn̄o: rectos decet collaudatio. Oratio.

D eus qui nos sanctorū tuorū processi et martiniani confessionibus gloriosis circundas et protegis. da nobis et eorū imitatione proficere. et intercessione gaudere. Per dn̄m. Ad corinthios. ii. i.

F ratres: Benedictus deus et pater dn̄i nostri iesu cristi: pater misericordiarū ⁊ deus totius cōsolationis: qui cōsolatur nos in oī tribulatione nostra. vt possimus ⁊ ipsi cōsolari eos qui in omni pressura sūt per exhortatiōem qua exhortamur et ipsi a deo. Quoniā sicut abundant passiones cristi in nobis ita et per cristum abūdat cōsolatio nostra Siue aūt tribulamur p vestra exultatione et salute: siue cōsolamur pro vestra cōsolatione Siue exhortamur p vestra exhortatiōe et salute que operatur in vobis tollerantiā earūdē passionū quas ⁊ nos patimur: vt spes nostra firma sit pro vobis. Sciētes quoniā sicut socii passionis estis: sic eritis et consolationis. In cristo iesu: dn̄o nostro. ℟. Exultabunt sancti in gloria letabuntur in cubilibus suis. ℣. Cantate dn̄o canticum nouum laus eius i ecclesia sanctorum. Alleluya. ℣. Sancti et iusti in dn̄o gaudete vos elegit deus in hereditatē sibi

Secundum matheum. xxiiii.

I n illo tp̄e Sedente iesu super montem oliueti: accesserunt ad eū discipuli eius secreto dicētes Dic nobis qn̄ hec erunt et quod signū aduentus tui: et cōsūmatiōis seculi. Et respōdens iesus: dixit eis Videte: ne quis vos seducat. Multi enim venient in noīe meo. dicentes ego sū cristus: et multos seducent. Audituri enī estis prelia et opiniones preliorum: videte ne turbemini Oportet enī hec fieri: sed nondū est finis. Consurget enim gens i gentem: et regnū in regnū. et erunt pestilentie et fames. et terre motus p loca. Hec aūt oīa: inicia sūt dolorū. Tunc tradent vos in tribulationē et occident vos: et eritis odio oībus gentibus propter nomen meū. Et tunc scandalizabūtur multi. et inuicem tradent et odio habebunt. inuicem. Et multi pseudo prophete surgent: ⁊ seducēt multos. Et quoniam abundabit iniquitas: refrige

scet caritas multorum. Qui aut perseuerauerit usque in finem: hic saluus erit. Offertorium. Gloriabuntur in te omnes qui diligunt nomen tuum quoniam tu benedices iusto domine ut scuto bone voluntatis tue coronasti nos. Secreta

Suscipe quesumus domine preces et munera que ut tuo sint digna conspectui: sanctorum tuorum precibus adiuuemur. Per. Communio. Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium. Postcommunio.

Corporis sacri et preciosi sanguinis repleti libamine: quesumus domine deus noster: ut quod pia deuotione gerimus certa redemptione capiamus. Per

In translatione sancti martini. Oratio.

Deus qui populo tuo eterne salutis beatum martinum ministrum concessisti: presta quesumus. ut quem doctorem vite habuimus in terris: intercessorem semper habere mereamur in celis. Per. Secreta

Omnipotens sempiterne deus: munera maiestati tue oblata per intercessionem beati martini confessoris tui. ad perpetuam fac nobis proficere salutem Per. Postcommunio.

Sacramenta salutis nostre suscipientes. concede quesumus misericors deus: ut beati martini confessoris tui nos ubique oratio adiuuet. in cuius ueneratione hec tue obtulimus maiestati. P. Lauriani episcopi: totum sit de uno confessore pontifice. In octauis apostolorum petri et pauli

Sapientiam sanctorum narrant populi et laudem eorum nunciat ecclesia: nomina autem eorum viuent in seculum seculi. Psalmus. Celi enarrant gloriam dei: et opera manuum eius annunciat firmamentum. Oratio.

Deus cuius dextera beatum petrum apostolum ambulantem in fluctibus ne mergeretur erexit. et coapostolum eius paulum tertio naufragantem de profundo pelagi liberauit: exaudi nos propicius et concede: ut amborum meritis: eternitatis gloriam consequamur. Per.

Lectio libri sapientie. xliiii.

Hi sunt viri misericordie. quorum iusticie obliuionem non acceperunt. Cum semine eorum permanent bona: hereditas sancta nepotes eorum. Et in testamentis stetit semen eorum: et filii eorum propter eos: usque in eternum manent Generatio eorum et gloria eorum non derelinquetur. Corpora eorum in pace sepulta sunt: et nomina eorum viuent in secula Sapientiam eorum narrabunt omnes populi: et laudem eorum pronunciabit omnis ecclesia sanctorum. R. Iustorum anime in manu dei sunt et non tanget illos tormentum malicie. V. Visi sunt oculis insipientium mori illi aut sunt in pace. Allelupa. V. Non vos me elegistis sed ego vos elegi et posui vos ut eatis et fructum afferatis et fructus vester maneat.

Secundum matheum. xiiii

In illo tempore: Iussit iesus discipulos suos ascendere in nauiculam: et precedere eum transfretum donec dimitteret turbas. Et dimissa turba: ascendit in montem solus orare. Vespere aut facto: solus erat ibi. Nauicula aut in medio mari

iactabatur fluctibus: erat enim
contrarius vētus. Quarta autem
vigilia noctis: venit ad eos ambu-
lans supra mare. Et videntes eū
supra mare ambulantem: turbati
sunt dicentes. q2 fantasma est. Et
pre timore: clamauerunt. Statimq3
iesus locutus est eis dicens. Habe-
te fiduciam. Ego sum: nolite time-
re. Respondēs aūt petr9: dixit Dn̄e
si tu es: iube me venire ad te super
aquas. At ipse ait. Veni. Et descen
dens petrus de nauicula: ābulabat
sup aquas: vt veniret ad iesū. Vidēs
vero ventū validū: timuit. Et cū
cepisset mergi clamauit dicēs. Do
mine saluū me fac. Et cōtinuo ie-
sus extendens manū apprehēdit eū
et ait illi. Modice fidei: quare dubi
tasti. Et cum ascendisset in nauicu
lam: cessauit ventus. Qui aūt erāt
in nauicula: venerunt et adoraue-
runt eum dicentes. Vere filius dei
es. Off. Exultabunt sancti in gloria le-
tabuntur in cubilib3 suis exultationes dei
in faucibus eorum. Secreta.

Offerim9 tibi dn̄e preces et mu
nera: que vt tuo sit digna cō-
spectui: apostolorū tuorum precib3
adiuuemur. Per. Cō. Iustorum aīe in
manu dei sunt et non tanget illos tormē-
tum malicie visi sunt oculis insipientium
mori illi autem sunt in pace. Postcō.

Protege domine populū tuum
et apostolorū tuorum petri et
pauli patrocinio cōfidentem: perpe
tua defensione conserua. Per dn̄m
Feliciani martiris totum de vno martire

Marcialis discipuli dn̄i totum officium
fit sicut de vno aplo preter collectas. Orō

Omps sēpiterne deus qui bea-
tum marcialē apostolū tuū
ecclesie tue scte preesse voluisti: que
sumus nobis eius suffragantibus
meritis: pietatis tue gratiā largia-
ris. Per dominū. Secreta

Sacrificium deuotionis nostre
quesumus domine placatus
intende: et intercedente beato mar
ciale apostolo tuo: opem nobis mi
sericordie tue benignus impende.
Per dominū nostrū. Postcōm.

Purificēt nos quesumus dn̄e
sacramenta que sumpsimus
et intercedēte beato marciale apo
stolo tuo: per hec ad eterna gaudia
puenire valeamus. Per dn̄m.

De sancto pterio Introitus

Statuit ei dn̄s testamētum
pacis et principem fecit eū
vt sit illi sacerdotii digni-
tas ineternum. ps. Misericordias do-
mini: ineternum cantabo. Oratio.

Deus salus oīm: suorumq3 fide
lium remuneratio et premi
um: adesto precibus supplicantiū:
vt qui beatissimi cōfessoris tui atq3
pontificis pterii festiuitate cōgau-
dent: tue miserationis dona perci-
piāt. Per dominū nostrum.

Lectio libri sapientie ecclesiastici. I.

Ecce confessor magnus q̄ qua
si stella matutina in medio
nebule: et quasi luna plena in dieb3
suis luxit. Et quasi sol refulgens i
ter nebulas glorie: et quasi flos ro-

sarũ i diebus estatis. Quasi ignis effulgens: et thus ardens in igne. Quasi vas auri solidum: ornatum omni lapide precioso. Quasi oliua pullulans: et cupressus in altitudine se extollens. In accipiẽdo ipsum stolã glorie: et vestiri eũ in consũmatione virtutis: in ascensu altaris sãcti gloriã dedit sanctitatis amictũ. Coronas fratrũ quasi plãtatio cedri: in monte lybano. Dedit gloriã deo a labiis suis: et in nomie ipsius glorificatus est. Responsorium.
Ecce sacerdos magnus qui i diebus suis placuit deo. V. Non est inuentus similis illi qui cõseruaret legem excelsi. Allelua V. O yteri exora dominum rogantibus pro tuis seruulis vt celica precib[9] sedulis obtineant post vite terminũ. Prosa

Yterii sacra gesta lyon pãgẽs manifesta cũ dulci melodia. Huic papillo mors pusillo tã paterna q̃ materna abstulit auxilia. Quẽ assumpsit deus pater a quo dat ei mat frugi philosophia Hãc studẽs hec erudire facit queqꝫ eũ scire sciri possibilia. Licet artez sciat quãq̃ pl[9] ethicã phisicãqꝫ habet i memoria. Mores docet ethica morbos sanat phisica que sunt necessaria. Plus istarum artium placet exercitium ad plebis suffragia. Mores serit morbos sanat ab eodem duplex manat opis affluentia. Fama volãs laudes edit ruunt egri sospes redit quilibet ad ppria Laude timens mentem quãti i heremo latens pati multa ducit aria Ibi tãdem reperitur et a multis hic aditur cunctis dat remedia Fama scitur circunquaqꝫ huc aperte fluit quaqꝫ plebis abundãtia. Via fit latissima que fuit strictissima vixqꝫ feris peruia. Vult cedẽdo laudis guerre ad ligures se transferre discedens a gallia. Mãdat deus ne discedat sed mittendis viris credat a romana curia. Duo viri sensus miri sunt electi et directi per papã in frãciã. Dum mãdata sibi data exequuntur perducuntur ad sãcti noticiã. Eius fama sãctitatis sciẽtie potestatis tãdem nota fit legatis per experientiã. Abbis pape presentatur inde papa gratulatur rome multa plebs sanatur ppter sãcti grãm. Misso scripto de supernis episcopus fit niuernis solaciis vrbs paternis orãs currit obuiã. Fit cõtractus per tunc sanus et post ter gavictus manus adeptus est vir insanus sanitatis copiã. Cathedrat pastor bon[9] non decus sumens sed onus gregẽ docet fouet seruat carni sue coaseruat summã penitentiã. Cum sic diu plebem rexit hũc ad celos cristus vexit cuius prece sic in celis nobis criste dare velis sempiternã gloriã. Amen.

Secundum lucam. xii.

In illo tempore. Dixit ies[9] discipulis suis Sint lumbi vestri precincti: et lucerne ardentes in manibus vestris. Et vos similes hominibus expectãtibus dominũ suum: quãdo reuertatur a nuptiis

Ut cum venerit et pulsauerit: confestim aperiant ei. Beati sunt serui illi: quos cum venerit dominus inuenerit vigilantes Amen dico vobis quod preciget se et faciet illos discumbere: et transiens ministrabit illis. Et si venerit in secunda vigilia. et si in tercia vigilia venerit et ita inuenerit: beati sunt serui illi. Hoc autem scitote quoniam si sciret pater familias qua hora fur veniret vigilaret vtique: et non sineret perfodi domum suam. Ideoque et vos estote parati: quia qua hora non putatis. filius hominis veniet. Offer. Veritas mea et misericordia mea cum ipso et in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

Inclina aures misericordie tue deus nostris precibus: vt hec sancta libamina pro celebritate dilecti tui yterii confessoris atque pontificis sacris altaribus imposita: benedictione celesti sanctifices: nosque a cunctis viciorum squaloribus expurges. Per Co. Beatus seruus quem cum venerit dominus inuenerit vigilantem amen dico vobis super omnia bona sua constituet eum. Postcom.

Largire quesumus omnipotens pater vt hec sancta libatio nos a cuncte perturbationis liberet periculo: et beati confessoris tui yterii atque pontificis interuentione tibi faciat placere: digne seruitutis obsequio Per. Erachii episcopi: totum fit de vno confessore non pontifice.

Septem fratrum Introitus

Laudate pueri dominum laudate nomen domini qui habitare facit sterilem in domo matrem filiorum letantem. ps. Sit nomen domini benedictum: ex hoc nunc et vsque in seculum. Oro

Presta quesumus omnipotens deus: vt qui gloriosos martires tuos fortes in sua confessione cognouimus: pios apud te in nostra intercessione sentiamus. Per dominum

Lectio libri sapientie. iii.

Iustorum anime in manu dei sunt et non tanget illos tormentum malicie. Visi sunt oculis insipientium mori: illi autem sunt in pace. Et si coram hominibus tormenta passi sunt: spes illorum immortalitate plena est. In paucis vexati: in multis bene disponentur. Quoniam deus temptauit eos: et inuenit illos dignos se. Tanquam aurum in fornace probauit illos: et quasi olocausta hostie: accepit illos et in tempore erit respectus illorum. Fulgebunt iusti: et tanquam scintille in arundineto discurrent Iudicabunt nationes et dominabuntur populis: et regnabit dominus illorum: imperpetuum. R. Vindica domine sanguinem sanctorum tuorum qui effusus est. V. Posuerunt mortalia seruorum tuorum escas volatilibus celi carnes sanctorum tuorum bestiis terre Alleluya. V. Stabunt iusti in magna constantia aduersus eos qui se angustiauerunt Secundum lucam. xxi

In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis Cum audieritis prelia et seditiones: nolite terreri. Oportet primum hec fieri. sed nondum statim finis. Tunc dixit illis. Surget gens

contra gentem et regnũ aduersus regnũ: et terre motus magni erũt per loca. et pestilentie et fames. terroresqꝫ de celo ⁊ signa magna erũt Sed ante hec omĩa: inicient vobis manus suas et ꝑsequẽtur tradẽtes ĩ synagogas et custodias suas. trahentes ad reges et presides: propter nomen meũ. Continget aũt vobis in testimoniũ. Ponite ergo in cordibus vestris: nõ premeditari: quẽadmodũ respondeatis. Ego enĩ dabo vobis os et sapientiã: cui non poterunt resistere et cõtradicere oẽs aduersarii vestri. Trademini aũt a parentibꝫ et fratribus et cognatis et amicis: et morte afficient ex vobis. Et eritis odio oĩbꝫ hoĩbꝫ ꝑpter nomẽ meũ. Et capillus de capite vrõ non peribit. In patientia vestra possidebitis aĩas vestras. Offer. Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantiũ laqueus cõtritus est et nos liberati sumus. Secreta.

Sacrificiis presẽtibus dñe quesumus intende placatus: et ĩtercedentibus sãctis tuis deuotioni nostre proficiant et saluti. Per.

Cõ. Quicunqꝫ fecerit voluntatem patris mei. qui in celis est ipse meus frater et soror et mater est dicit dñs. Postcõm.

Quesumus omnipotens deus: vt illius salutaris capiam⁹ effectum. cuius per hec misteria pignus accepimus. Per. dñm

Translatio sancti benedicti.

Os iusti meditabitur sapientiã et lingua eius loquet iudicium lex dei eius in corde ipsi⁹. ps. Noli emulari in malignantibus: neqꝫ zelaueris facientes iniquitatem. Oratio.

Intercessio nos quesumus dñe beati benedicti abbatis commẽdet: vt quod nostris meritis nõ valemus: eius patrocinio assequamur. Per dñm nostrum

Lectio libri sapientie ecclesiastici. xlv.

Dilectus deo et hoibus hic vir beatus: cuius memoria ĩ benedictione est. Similẽ fecit illũ in gloria sanctorũ: ⁊ magnificauit eũ in timore inimicorũ: et in verbis suis monstra placauit. Glorificauit illum in conspectu regũ: et iussit illum stare corã populo suo. et ostendit illi gloriã suã. In fide et lenitate ipsius sanctũ fecit illum: ⁊ elegit eũ ex oĩ carne. Audiuit enĩ eũ ⁊ vocem ipsius et induxit eũ ĩ nube. Et dedit illi cor ad precepta et legem vite ⁊ discipline. ℞. Iurauit dñs ⁊ non penitebit eũ tu es sacerdos ineternũ secũdũ ordinẽ melchisedech. ℣. Dixit dñs domino meo sede a dextris meis. Alla. ℣. Iust⁹ germinabit sicut liliũ et florebit ineternũ ante dñm Secundum lucam. xi

In illo tpe: Dixit iesus discipulis suis. Nemo accendit lucernã et in abscondito ponit. neqꝫ sub modio sed sup cãdelabrum: vt qui ingrediuntur lumẽ videant. Lucerna corporis tui: est oculus tu⁹. Si oculus tuus siplex fuerit: totũ corpus tuũ lucidum erit. Si aũt neqꝫ fuerit: etiam corpus tuũ tenebrosũ erit. Vide ergo ne lumen quod in te

est tenebre sint Si aūt corpus tuū lucidū fuerit. nō habens aliquam ꝑtem tenebrarū: erit lucidū totum Et sicut lucerna fulgoris: illumia bit te. Offe. Inueni dauid seruū meū et in oleo sancto vnxi eum manus eni mea auxiliabitur ei et brachium meum cōfor tabit eum. Secreta.

Sacris altaribus dñe hostias superpositas sanctus benedictus abbas ī salutē nobis ꝑuenire deposcat P. Cō. Posuisti dñe in capite eius coronā de lapide precioso. Postcō.

Protegat nos dñe cū tui perceptione sacramēti beatus benedictus abbas ꝓ nobis intercedēdo: vt ⁊ cōuersationis eius experta mur insignia: et intercessionis eius percipiamus suffragia Per dñm.

Menulphi epi et confessoris: totū vt vni⁹ cōfessoris pōtificis. Margarete virginis et martiris: totū sicut vni⁹ virginis preter collectas.

Indulgentiā nobis dñe beata margareta virgo et martir imploret: que tibi grata semper extitit et merito castitatis et tue professiōe virtutis P. Secreta

Suscipe munera dñe que tibi ī beate margarete martiris tue solēnitate deferim⁹: cuius nos cōfidimus patrocinio liberari Per

Auxilientur nobis dñe Postcō sumpta misteria: ⁊ intercedēte beata margareta martire tua: sēpiterna protectione confirment. P

Alexis cōfessoris. totū sicut vnius confessoris non pontificis. preter collectas

Deus qui beato alexio cōfessori tuo tribuisti: vt ⁊ noua mūdum arte deluderet. et de hoste humani generis mirabiliter triūpharet: concede propicius: vt eius semper muniamur auxiliis: cuius salutiferis erudimur exemplis. P. Secreta.

Quesumus omps deus: vt itercedēte beato alexio confessore tuo: munera nostra suscipias. et nos ydoneos fieri ad hec percipiēda cōcedas. Per. Postcōm

Celestib⁊ epulis recreati quesumus omps deus: vt intercedente beato alexio cōfessore tuo: salutare misteriū quod te largiente suscepim⁹: te custodiente seruem⁹ P

Sabini memoria.

De scō arnulpho cōfessore ⁊ pōtifice. orō.

Deus mundi auctor et cōditor qui hodierne festiuitatis diē beati arnulphi confessoris tui atq pontificis migratione cōsecrasti: ꝓsta nobis quesum⁹: vt cui⁹ annua celebritate deuotis exultamus obsequiis. eius suffragiis: tue pietatis cōsequamur auxiliū Per. Secreta.

Omnipotens sempiterne deus qui beatum arnulphū cōfessorem tuum atq pontificem: et pōtificatus officio ⁊ fidei munere sublimasti: tribue supplicibus tuis. vt quicquit peccati cōtagione contractum est. in nobis. ipso ꝓ nobis sūmo antistite tuo intercedēte: saluemur. Per dñm. Postcōm

Repleti sumus dñe muneribꝫ tuis que de festiuitate beati arnulphi cōfessoris tui atq pontifi-

cis percepimus: tribue quesumus: vt eodem intercedente: et eorū mūdemur effectu: et muniamur auxilio. Per dñm nostrum.

Victoris martiris sociorumqꝫ eius.

Sapientiā sanctorū narrāt populi et laudem eoꝝ nūciat ecclesia noīa aūt eorū viuent in seculū seculi. ps. Exultate iusti in dño: rectos decet collaudatio Orō

Quesumus omps deus: vt nos votiua solēnitas hodierne festiuitatis letificet: que beati victoris martiris tui passione refulget sociorūqꝫ eius etiam festiuo martirio decoratur feliciter. Per dñm.

Ad hebreos. decimo.

Fratres: Rememoramini pristinos dies: in quibus illuminati magnū certamen sustinuistis passionū Et in altero quidē opprobriū: et tribulationibus spectaculū facti In altero aūt socii: taliter conuersantiū effecti. Nam et vinctis compassi estis: et rapinā bonoꝝ vestrorum cum gaudio suscepistis. cognoscentes vos habere meliorem: ꝛ manentē substantiā. Nolite itaqꝫ amittere cōfidentiam vestram: que magnam habet remunerationem Patientia enim vobis necessaria ē vt facientes voluntatē dei reportetis promissionem. Adhuc enī modicum aliquātulum qui venturus ē veniet: et non tardabit Iustus aūt meus: ex fide viuit. ℞. Iustorum aīe in manu dei sunt et non tanget illos tormentū malicie. ℣. Visi sunt oculis insipiētium mori illi aūt sunt in pace. Alleluya ℣. Isti sunt qui venerunt ex magna tribulatione et lauerunt stolas suas et dealbauerunt eas in sanguine agni

Secundum lucam. xxi

In illo tpe: Dixit iesus discipulis suis. Cum audieritis prelia et seditiones: nolite terreri. Oportet primum hec fieri: sꝫ nondum statim finis. Tunc dixit illis Surget gens contra gentem: et regnum aduersus regnū: et terre motus magni erunt per loca. ꝛ pestilētie et fames. terroresqꝫ de celo et signa magna erūt Sed aā hec omīa inicient vobis manus suas et persequēt tradētes ī synagogas ꝛ custodias suas: ꝛ trahētes ad reges et presides: propter nomen meum Continget autem vobis: in testimonium. Ponite ergo ī cordibus vestris. nō premeditari: queādmodū respōdeatis. Ego enim dabo vobis os et sapientiam: cui non poterunt resistere et contradicere: omnes aduersarii vestri Trademini autem a parētibus et fratribus ꝛ cognatis ꝛ amicis: et morte afficient ex vobis. Et eritis odio oībus hominibꝰ propter nomen meum. Et capillus de capite vestro: non peribit. In patiētia vera: possidebitis animas vestras Offꝫ. Exultabunt sancti in gloria letabūtur ī cubilibus suis exultationes dei ī faucibus eorū. Secreta.

Presentia hec munera quesumus dñe ita serena pietate intuere: vt sancti spiritus pfūdant

benedictione: eorum quoque nobis fiant salutaria intercessione: pro quorum immolantur veneratione. Per. Coio Iustorum aie in manu dei sunt et non tanget illos tormentum malicie visi sunt oculis insipientium mori illi autem sunt in pace. Postcō.

Sumpsimus dñe diuina misteria btōrum martirum tuorum victoris sociorumque eius solennia celebrantes: quesumus: vt illis mereamur iungi in gloria: quorum mors in cōspectu tuo semper est preciosa. P. Praxedis vg. orō.

Da quesumus omnipotens deus: vt qui beate praxedis martiris tue natalicia colimus: et annua solēnitate letemur: et tante fidei proficiamus exemplo. Per dñm. Secreta.

Hostias dñe quas tibi offerimus propicius suscipe: et intercedente beata praxede martire tua: vincula pctōrum nrōrum absolue. P. Postcoio.

Beate praxedis martiris tue dñe precibus cōfidentes: quesumus clemētiam tuā. vt per ea que sumpsimus: eterna remedia capiamus. Per.

Sancte marie magdalene. Officium.

Gaudeamus omnes in dño diem festum celebrantes sub honore marie magdalene de cuius solennitate gaudent angeli et collaudant filium dei. ps. Eructauit cor meum vbum bonum: dico ego opa mea regi. Oratio.

Largire nobis clemētissime pater: quod sicut beata maria magdalena dñm nostrum ihm xpm super omnia diligendo: suorum obtinuit veniā peccaminum. ita nobis apud miam tuam sempiternam impetret beatitudinem. Per eundem.

Lectio libri sapientie. Prouerbiorum. xxxi.

Mulierem fortem quis inueniet: Procul: et de vltimis finibus precium eius. Confidit in ea cor viri sui: et spoliis non indigebit. Reddet ei bonum et non malum: oibus diebus vite sue. Quesiuit lanam et linum: et operata est consilio manuum suarum. Facta est quasi nauis institoris: delonge portans panem suum. Denocte surrexit: deditque predam domesticis suis. et cibaria ancillis suis. Considerauit agrum et emit eum: de fructu manuum suarum plantauit vineā. Accinxit fortitudine lumbos suos: et roborauit brachium suum. Gustauit et vidit: quoniam bona est negociatio eius. Non extinguetur in nocte lucerna eius. Manum suā misit ad fortia: et digiti eius apphenderūt fusum. Manum suā apuit inopi: et palmas suas extēdit ad paupem. Nō timebit domui sue: a frigoribus niuis. Omnes eni domestici eius: vestiti sūt duplicibus. Stragulatā vestem fecit sibi: bissus et purpura indumentum eius. Nobilis in portis vir eius: quando sederit cum senatoribus terre. Syndonem fecit et vendidit: et cingulum tradidit chananeo. Fortitudo et decor indumentum eius: et ridebit in die nouissimo. Os suum aperuit sapientie: et lex clementie in lingua eius. Considerauit semitas domus sue: et panem ociosa non comedit. Surrexerunt filii eius: et be

atissimam predicauerunt. et lauda uit eam vir eius. Multe filie congregauerunt diuitias: tu supergressa es vniuersas. Fallax gratia: et vana est pulcritudo. Mulier timēs deum: ipsa laudabitur. Date ei de fructu manuum suarum: et laudent eam in portis opera eius.

R. Propter veritatem et mansuetudinem et iusticiam: et deducet te mirabiliter dextera tua. V. Audi filia et vide: et inclina aurē tuā quia concupiuit rex speciem tuam Alla. V. Optimā partem elegit sibi maria que non auferetur ab ea ineternū. Alla. V. Angelus dñi descendit de celo et accedēs reuoluit lapidem et sedebat super eum. V. Rñdens. aūt angelus dixit mulieribus quē queritis ille aūt dixerūt ihm̄ nazarenum

Mane prima sabbati Prosa. surgens dei filius nr̄a spes et gloria. Victo rege sceleris trāsiit ab inferis cū summa victoria. Cuius resurrectio oī plena gaudio cōsolatur oīa. Resurgentis itaque maria magdalene facta est prenūcia. Ferens xp̄i fratribus eius morte tristibus expectata gaudia. O beati oculi quibus regē seculi morte tā deposita prīa est intuita. Hec est illa feīa cuius cūcta crimīa ad xp̄i vestigia eius lauit gr̄a. Que dum plorat et mēs orat factō clamat quod cor amat ihm̄ super oīa. Nō ignorat quē adorat quod p̄cetur sed delet quod mens timet cōscia. O maria mr̄ pia stella maris apellaris. operū p merita. Matri xp̄i coequata dū fuisti sic vocata sed honore subdita. Illa mūdi iperatrix ista btā peccatrix leticie primordia fuderūt in ecclesia. Illa enī fuit porta per quā fuit lux exorta hec resurgentis nūcia mundū replet leticia. O maria magdalena audi vota laude plena apud cristum chorum istum clementer concilia. Vt fons summe pietatis qui te lauit a peccatis seruos suos atque tuos mundet data venia. Hoc det eius gratia qui regnet per secula. Amen.

Secundum Johannem. xx.

In illo tempore: Maria stabat ad monumentum foris: plorans. Dum ergo fleret. inclinauit se et prospexit in monumentum. Et vidit duos angelos in albis sedentes: vnum ad caput. et vnum ad pedes. vbi positum fuerat corpus iesu. Dicūt ei illi. Mulier: quid ploras. Quē queris? Dixit eis. Quia tulerunt dominum meū: et nescio vbi posuerūt eū. Hec cū dixisset: conuersa est retrorsū. Et vidit ihm̄ stātem: et non sciebat quia iesus est. Dixit ei ihūs. Mulier quid ploras? Quē queris? Illa existimās quia ortholanus esset: dixit ei. Dñe. si tu sustulisti eū: dicito michi vbi posuisti eū. et ego eū tollā. Dicit ei ihūs. Maria. Cōuersa illa: dixit ei. Rabboni: quod dicitur mgr̄. Dicit ei ihūs. Noli me tāgere. Nondū enī ascendi ad patrem meū. Vade aūt ad fr̄es meos: et dic eis. Ascendo ad patrē meū. et patrē vr̄m: deū meū. et deū vr̄m. Venit ergo maria magdalene ānūciās discipulis. quia vidi dñm: et hec dixit michi. Of.

Angelus domini descendit de celo et dixit mulieribus quem queritis surrexit sicut dixit allelupa. Secreta.

Salutaris hostie munus diuinis sacrandum misteriis btē marie magdalene patrocināte nostroꝝ exurat rubiginem vicioꝝ. vt illius compūctionis gratiam: et pietatis opera cōsequi mereamur. P

Coio. Celsi meriti maria que solum verū deum resurgentem ab inferis prima videre meruisti mortalium in terris obtine vt nos visu glorie sue letificet in celis. Postcoio.

Sanctificet nos domine q̄s et muniat. intercedente beata maria magdalene diuini muneris sacra libatio: et celestium virtutum coheredes efficiat. Per dn̄m. Apolinaris epi et martiris.

Sacerdotes dei bn̄dicite dominum sancti ⁊ humiles corde laudate deū. p̄. Benedicite omnia opera dn̄i dn̄o: laudate ⁊ sup exaltate eum in secula. Oratio.

Deus qui nos ānua beati apolinaris martiris tui atq̧ pōtificis solennitate letificas: presta quesumus: vt cuius gaudemus meritis instruamur exemplis. Per.

Ad tymotheum. ii. iii. ⁊. iiii.

Carissime: Memor esto dn̄m iesum cristum resurrexisse a mortuis. ex semine dauid secundū euangelium meum in quo laboro: vsq̧ ad vincula quasi male operans: sed verbum dei non est alligatum. Ideo sustineo omnia propter electos: vt et ipsi salutem consequantur. que est in cristo iesu: cū gloria celesti. Tu autem assecutus es meam doctrinam: institutione ꝫ propositum. fidem. longanimitatē. dilectionem. patientiam. persecutiones. passiones. qualia michi facta sūt antiochie. yconie. listris. quales persecutiones sustinui. et ex omnibus me eripuit dominus. Et oms qui volunt pie viuere in cristo iesu: persecutionem patiuntur.

℟. Inueni dauid seruum meum oleo sancto vnxi eum manus enim mea auxiliabitur ei et brachium meū confortabit eum. ℣. Nichil proficiet inimicus in eo et filius iniquitatis non nocebit eum.

All'a. ℣. Inueni dauid seruū meū oleo scō meo vnxi eum. Scd̄m lucam. xxii.

In illo tempore: Facta est contentio inter discipulos iesu: quis eorum videretur esse maior. Dixit eis ih̄us. Reges gētiū dn̄ant eoꝝ: et qui ptātem habent sup eos: benefici vocant. Uos autē non sic. Sed q̄ maior est in vobis: fiat sicut minor. Et q̄ precessor est: sicut ministrator. Nam qui maior est. q̄ recūbit: an qui ministrat? None qui recumbit? Ego aūt in medio vestrū sum: sicut q̄ mistrat. Uos aūt estis q̄ pmansistis mecū in tētationibus meis. Et ego dispono vobis sicut disposuit michi pater meꝰ regnū: vt edatis ⁊ bibatis sup mēsam meā in regno meo. Et sedeatis sup thronos duodeci: iudicantes duodecim: tribus isrl'. Offꝫ. Ueritas mea ⁊ mia mea cū ipso et i noie meo exaltabit cornu eiꝰ. Secret.

Munera dñe que pro beati apolinaris martiris tui atqꝫ põtificis solẽnitate deferimus propicius suscipe: et mala oĩa que meremur auerte. Per. Coio. Semel iuraui in sancto meo semẽ eius ineternũ manebit et sedes eius sicut sol in cõspectu meo et sicut luna perfecta ineternum et testis in celo fidelis. Postcõm.

Quesumus omĩps deus vt q̃ celestia alimenta percepimus. intercedente btõ apolinare martire tuo atqꝫ pontifice. per hec contra omnia aduersa muniamur. Per

De sctã Cristina ṽgine. fit sicut de btã margareta. vt supra. Jacobi aplĩ.

Michi autẽ nimis honorati sũt amici tui deus nimis confortatus est p̃cipatus eoꝝ. P̃. Dñe probasti me ⁊ cognouisti me: tu cognouisti sessionem meam et resurrectionem meam. Oratio.

Esto dñe plebi tue sanctificator et custos: vt apostoli tui iacobi munita presidiis. et conuersatione tibi placeat et secura deseruiat. P. Eod die xpofori martiris. Orõ.

Sacratissimũ nobis dñe diem in honore sancti martiris tui xpofori. da nobis cũ humilitate venerari: et eius adesto familie tue p̃cibus et dona: vt cuius meꝛ̃ie festa celebram⁹: et⁹ merito ⁊ auxilio subleuemur. Per. Ad ephesios. P̃rio.

Fr̃es: Benedictus deus ⁊ pr̃ dñi nr̃i iesu xp̃i: q̃ bñdixit nos ĩ oĩ bñdictione sp̃uali. in celestibꝫ ĩ xpo Sicut elegit nos in ipo añ mundi constitutionem: vt essemus sancti et ĩmaculati in conspectu ei⁹. in caritate. Qui predestinauit nos ĩ adoptionẽ filioꝝ per ihm̃ xp̃m in ip̃m: scdm̃ ꝓpositũ volũtatis sue in laudem glorie et gr̃e sue: ĩ qua gratificauit nos ĩ dilecto filio suo. Jn quo hẽmus redẽptionem per sanguiẽm eius: remissionem p̃ctoꝝ scdm̃ diuitias gratie sue que supabundauit in nobis. Per ihm̃ xp̃m: dñm nr̃m. R. Nimis honorati sunt amici tui deus nimis confortatus est principatus eorum. V. Dinumerabo eos et sup arenam multiplicabuntur. All'a. V. Jn oẽm terram exiuit sonus eoꝝ et in fines orbis terre verba eorum. Scdm̃ matheum. xx.

In illo tp̃e: Accessit ad ihm̃ mater filioꝝ zebedei cũ filiis suis adorãs et petens aliq̃d ab eo. Qui dixit ei. Quid vis: Ait illi. Dic vt sedeãt hi duo filii mei: vnus ad dexteram tuã. et alius ad sinistrã in regno tuo. Rñdens autem ihũs: dixit Nescitis q̃d petatis. Potestis bibere calicem quẽ ego bibiturus sum: Dicũt ei. Possumus. Ait illis. Calicẽ q̃dem meũ bibetis: sedere autẽ ad dexterã meã. et ad sinistrã. non est meũ dare vobis: sed q̃bus paratũ est a patre meo. Offꝫ. Gloria ⁊ honore coronasti eũ et constituisti eum super opera manuũ tuarum dñe. Secreta

Oblationes populi tui domĩe q̃s beati apostoli tui iacobi passio btã tibi cõciliet: vt q̃ nostris non apta sũt meritis. fiãt tibi placita eius dep̃catione. P. Alia Secret

Respice domine populum tuum ad tua sacramenta currentem: et presenti memoria sancti martiris tui xpofori quod in honore tui nois detulerunt: cunctis prosit ad veniam Per dñm. Coio. Vos qui secuti estis me sedebitis super sedes iudicantes duodecim tribus israel dicit dñs

Beati apostoli tui Postcoio. iacobi cuius hodie festiuitate corpore et sanguine tuo nos refecisti. quesumus dñe eius intercessione nos adiuua: pro cuius solennitate percepimus tua sancta letantes. Per dñm. Alia Postcõm.

Gratias tibi agimus domine deus noster: vt qui btm̃ xpoforum martirem tuũ nobis eterne salutis donasti doctorem: vt perfectã plebem xpo dño prepararet. da quesumus: vt qui martirium eius veneramur. illius cõtinuata intercessione: ab oĩbus liberemur aduersis: ac secura mente tibi soli deo seruire mereamur. Per dñm.

Btẽ Anne matris marie genitricis dei

Gaudeamus omes in dño diem festum celebrantes sub honore beate anne matris marie virginis: de cuius solennitate gaudent angeli et collaudant filiũ dei. ps. Eructauit cor meũ vbũ bonũ: dico ego opa mea regi.

Deus q̃ btẽ anne tantã grãm donare dignatus es: vt btissimam mariã matrẽ tuã in suo vtero portare mereretur: da nobis per intercessionẽ matris et filie tue ppiciationis abundantiã: vt quaꝝ memoriã pio amore cõplectimur: earũ precibus adiuti: ad celestem ihrl'm peruenire valeamus. P Alia oĩo.

Deus q̃ hodiernã diem btẽ ãne natalicio venerabilez nobis fecisti: concede ppicius. vt nosq̃ eã genitricẽ tue matris cognoscimus et fatemur. ipius apud te intercessionibus adiuuemur. Per eundem.

Lectio libri sapientie. Prouerbioꝝ. xxxi.

Mulierem fortem q̃s inueniet: Procul: et de vltimis finibꝫ preciũ eius. Confidit in ea cor viri sui: et spoliis non indigebit. Reddet ei bonũ et non malũ: oĩbus diebus vite sue. Quesiuit lanam et linũ: et operata est consilio manuũ suarum. Facta est quasi nauis institoris: delonge portans panem suum. De nocte surrexit: deditq3 predam domesticis suis. et cibaria ãcillis suis. Considerauit agrũ et emit eũ: de fructu manuũ suaꝝ plantauit vineã. Accinxit fortitudine lũbos suos: et roborauit brachiũ suũ. Gustauit et vidit: qm̃ bona est negociatio eius. Non extinguetur in nocte: lucerna eius. Manũ suã misit ad fortia: et digiti eius apphenderũt fusũ Manũ suã apuit iopi: et palmas suas extẽdit ad paupem. Nõ timebit domui sue: a frigoribꝫ niuis. Oĩs enĩ domestici eius: vestiti sũt duplicibꝫ. Stragulatã vestem fecit sibi: bissus et purpura indumentũ eius Nobilis in portis vir eius: quando sederit cum senatoribus terre.

Syndonem fecit et vendidit: et cingulum tradidit chananeo. Fortitudo et decor indumentum eius: et ridebit in die nouissimo. Os suũ aperuit sapientie: et lex clementie in lingua eius. Considerauit semitas domus sue: et panem ociosa non comedit. Surrexerunt filii eius: et beatissimam predicauerunt. et laudauit eam vir eius. Multe filie congregauerunt diuitias: tu supergressa es vniuersas. Fallax gratia: et vana est pulcritudo. Mulier timẽs deum: ipsa laudabitur. Date ei de fructu manuum suarum: et laudent eam in portis opera eius.

R. Propter veritatem et mansuetudinem et iusticiam ꝛ deducet te mirabiliter dextera tua. V. Audi filia et vide et inclina aurem tuam quia concupiuit rex speciem tuam. Alleluya. V. Virga iesse floruit virgo deũ et hominem genuit pacem deus reddidit in se reconcilians yma summis. Alleluya. V. Veni electa mea et ponam te in thronum meum quia concupiuit rex speciem tuam. Prosa.

Mater matris domini felix felicissime ioachim consortia. Singulari studio pauperum solatio conferens subsidia. Anna diu sterilis apud deum humilis propter virum anxia. Qui turbatus nimium triste per eloquium datum ad altaria. Propter verbum presulis iuxta vicem exulis fugit ad ouilia Quẽ celestis nuncius pulcer et propicius blanda per eloquia soluit a miseria. Per exempla veterũ corforuens et miserũ reducẽs ad gaudia veraci ꝓphetia. Confortauit ꝛ mõstrauit ꝙ mariam egregiã gigneret ex se pia. O parentes ꝗ gaudẽtes ꝗ laudatos ꝗ beatos vos facit hec filia. Hec est rosa generosa que de spinis et ruinis et truci inuidia Antiquorum iudeoꝝ fuit nata nobis data iuxta vaticinia. O ꝗ bene genuistis et ꝗ mũdo profuistis et quã sublimi gloria nobis plaudunt celestia. Celi artem obtinetis quo iam mortẽ non timetis sed habetis oĩa desiderabilia. Quo trahatis nos laudantes nos et vobis famulantes licet rei sumus dei confisi clementia. Vt sit nobis coadiutrix vestra nata dei nutrix que nos donet et coronet ĩ celesti patria Amen dicant omnia. Scd̃m matheum. xiii.

In illo tp̃e: Dixit iesus discipulis suis parabolam hanc. Simile est regnum celoꝝ thesauro abscondito in agro: quẽ qui ĩuenit homo abscondit: et pre gaudio illi⁹ vadit. et vẽdit vniuersa que habet: et emit agrũ illũ. Iterũ simile est regnũ celoꝝ hoĩ negociatori: q̃renti bonas margaritas. Inuẽta autem vna preciosa margarita: abiit ꝛ vẽdidit vniuersa q̃ habuit. et emit eã. Iterũ simile est regnũ celoꝝ sagene misse in mare: et ex oĩ genere piscium cõgreganti. Quam cum impleta esset educentes et secus littus sedentes: elegerunt bonos in vasa sua. malos autem foras miserunt. Sic erit in consummatione seculi

Exibūt angeli. et separabunt malos de medio iustoꝝ: et mittent eos in caminū ignis. Ibi erit fletus: et stridor dentiū. Intellexistis hec oīa: Dicunt ei. Etiam. Ait illis. Ideo omnis scriba doctus in regno celorum: similis est homini patrifamilias. Qui profert de thesauro suo: noua et vetera. Offert. Diffusa est gratia in labiis tuis propterea benedixit te deus ineternum. Secreta.

Super has quesumus omps pater: oblationes que in memoriā sanctissime anne matris beatissime genitricis vnigeniti tui dñi nostri consecrantur: et tuam effunde benedictionem. et munerum tuorum participationem. Per eund.

Coio. Celeste beneficium introiuit in annam de qua nata est nobis mater maria Sumpta virgo. Postcōm.

Sacramenta q̄s dñe intercedente btā anna gloriose genitricis vnigeniti tui matre: nos ab hostiū defendant formidine. et eterne mortis amaritudine. Per eundem.

Septem dormiētium. fit sicut pliorum martiꝝ. Nazarii. Celsi. et Pāthaleonis.

Intret in conspectu tuo domine gemitus compeditorū redde vicinis nr̄is septuplum in sinu eorum vindica sanguinem sanctorum tuoꝝ qui effusus est. ps. Deus venerunt gentes in hereditatem tuam: polluerūt templum sanctum tuum. posuerunt ihrl̄m in pomorū custodiam. Gloria patri. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus da populo tuo presentis diei festiuitatem sincero venerari affectu: vt qui eam sanctorum martirum tuorum. nazarii. celsi. et panthaleonis: annua celebritate deuotis frequētant obsequiis. eorundem suffragiis celestis regni gaudia consequantur. Per. Ad hebreos. xi.

Fratres: Sancti per fidem vicerunt regna: operati sūt iusticiam. adepti sunt repromissiones Obturauerunt ora leonum: extinxerunt impetum ignis. effugarunt aciem gladii. cōualuerunt de infirmitate: fortes facti sunt ī bello. Castra verterūt exterorum: acceperūt mulieres de resurrectione mortuos suos. Alii autem distenti sunt non suscipientes redemptionem: vt meliorem inuenirent resurrectionem Alii autem ludibria et verbera experti: insuper et vīcula et carceres. Lapidati sunt. secti sunt. tētati sūt in occisione gladii mortui sūt. Circuierunt in melotis: in pellibus caprinis Egentes. angustiati. afflicti quibus dignus non erat mundus. In solitudinibus errantes: in montibus et ī speluncis. et in cauernis terre. Et hi omnes testimonio fidei probati: inuenti sunt. In cristo iesu: domino nostro.

R. Gloriosus deus in sanctis suis mirabilis in maiestate faciens prodigia. V. Dextera tua domīe glorificata est in virtute dextera manus tue confregit inimicos. Allelupa. V. Sancti et iusti in dño gaudete vos elegit deus in hereditatem sibi.

In illo tpe: Scdm lucam. x.
Dixit iesus discipulis suis. Qui vos audit: me audit. Et q̇ vos spernit. me spernit. Qui aũt me sp nit: spernit eũ qui me misit. Reuersi sunt autem septuaginta duo: cũ gaudio dicentes. Dñe: etiam demonia subiiciũtur nobis: in noie tuo. Et ait illis. Videbam sathanam: sicut fulgur de celo cadentem. Ecce dedi vobis potestatem calcandi super serpentes et scorpiones: et supra omnem virtutem inimici. et nichil vobis nocebit. Verũtamen in hoc nolite gaudere: quia spiritus vobis subiiciũtur. Gaudete autẽ: qm̃ nomina vestra: scripta sunt in celis.
Offr. Mirabilis deus in sanctis suis deus israel ipse dabit virtutem et fortitudinem plebi sue benedictus deus. Secreta.
Suscipe q̃s dñe munera populi tui pro martirũ tuoꝝ nazarii. celsi. et panthaleonis. festiuitate sanctoꝝ. et sincero nos corde perfice benignus acceptos. Per dñm. Coio
Iustorum anime in manu dei sunt et nõ tanget illos tormentum malicie visi sunt oculis insipientiũ mori illi aũt sũt in pace
Protege q̃s dñe plebem Postcõ. tuam: et festiuitatem sanctorum martirũ tuoꝝ nazarii. celsi. et pãthaleonis quã nobis tradis assidue: debitam tibi persolui precibus concede. Per dñm. Simplicii. Faustini. et Beatricis. Introitus.
Sacerdotes eius induãt salutari et sancti eius exultatione exultabũt. ps. Memento dñe dauid: et omĩs mãsuetudinis eius. Gloria patri. Oratio.
Presta quesumus dñe vt sicut ppl's xp̃ianus martirũ tuoꝝ simplicii. faustini. et beatricis tp̃ali solẽnitate congaudet. ita perfruat eterna: et quod votis celebrat: comprehendat effectu. Per. dñm.
Fratres: Ad hebreos. vi.
Cõfidimus de vobis dilectissimi meliora et viciniora saluti: tamen et si ita loquimur. Non enim iniustus deus vt obliuiscat operis vestri et dilectionis: quã ostendistis in noie ipsius. Cupimus aũt vnũquẽq; vestrum eandẽ ostentare sollicitudinẽ: ad expletionem spei vsq; in finem. vt non segnes efficiamini: verum imitatores eoꝝ qui fide et patientia hereditabunt promissiones. In xp̃o iesu: dño nostro. R.
Sacerdotes eius induam salutari et sci eius exultatione exultabũt. V. Illuc producam cornu dauid paraui lucernam cristo meo. Alleluya. V. Sancti tui dñe benedicent te gloriam regni tui dicent.
Secundum lucam. ix.
In illo tpe: Conuocatis iesus duodecim apostolis: dedit illis virtutẽ et ptãtem sup oia demonia: et vt languores curarent. Et misit illos predicare regnũ dei: et sanare ĩfirmos. Et ait ad illos Nichil tuleritis in via. neq; virgã. neq; peram. neq; panem. neq; pecuniã: neq; duas tunicas habeatis. Et in quãcũq; domum intraueritis: ibi manete et inde ne exeatis. Et q̇cunq; nõ re

ceperint vos: exeuntes de ciuitate il la etiã puluerem pedũ vestrorum excutite in testimoniũ supra illos. Egressi aũt circuibãt per castella euangelizantes: et curantes vbiqꝫ. Offꝫ. Letamini in dño et exultate iusti ꝛ gloriamini omnes recti corde Secreta

Hostias tibi dñe pro sanctorũ martirũ tuoꝝ simplicii. faustini ꝛ beatricis cõmemoratione deferimus. suppliciter obsecrãtes. vt indulgentiã nobis pariter cõferãt et salutem. Per dñm. Cõ. Justorũ aie in manu dei sunt et non tanget illos tormentũ malicie visi sunt oculis insipientium mori illi aũt sunt in pace Postcõm.

Presta q̃s omps deus: vt sanctorum martirũ tuoꝝ simplicii faustini et beatricis celestibus misteriis celebrata solẽnitas: indulgẽtiam nobis tue ppiciationis acquirat. Per dñm nostrum.

Lupi episcopi et cõfessoris totũ sicut vni⁹ confessoris pontificis.

Marthe virginis Oratio.

Omnipotens sempiterne deus cuius filius in ede beate marthe hospitari dignatus es: quesum⁹ vt eius meritis que illum placide suscepit: in ede poloꝝ misericorditer hospitari mereamur. Per eũdem. dñm nostrũ ihm. Secreta

Admitte pie misericors deus hostias ꝛ preces quas in sancto altari tuo tibi deuote offerim⁹ ad cõmemorationẽ virginis tue marthe: ꝛ que tibi pura mente seruiuit in terris: ipsius intercessione te per mittẽte viuamus ĩ celis. P. Postcõ.

Sumptis dñe salutis eterne mysteriis te suppliciter exoram⁹ vt ĩtercedente beata et gloriosa virgine martha. hospita tua. illi⁹ gaudiorũ efficiamur participes. et eterni premii coheredes. Qui viuis.

Abdon et sennes. Introitus

Intret in cõspectu tuo dñe gemitus cõpeditorum redde vicinis nostris septuplũ in sinu eorũ vindica sanguinem sãctorum tuorum qui effusus est. ps. Deus venerunt gentes in hereditatẽ tuam polluerunt templum sanctũ tuũ posuerũt ierusalẽ ĩ pomorũ custodiã. Oratio

Deus qui sanctis martiribus tuis abdõ et sennẽ ad hãc gloriam veniendi copiosũ munus gratie cõtulisti: da nobis famulis tuis nostrorum veniam peccatoꝝ. vt sãctorum tuorũ intercedentibus meritis: ab omnib⁹ mereamur aduersitatibus liberari Per.

Ad corinthios. i. iiii.

Fratres: Spectaculũ facti sumus mundo: angelis et hoĩbus. Nos stulti propter cristũ. vos autem prudentes in cristo: Nos infirmi: vos autem fortes Vos nobiles: nos autẽ ignobiles. Vsqꝫ in hãc horã ꝛ esurim⁹ ꝛ sitimus et nudi sumus et colaphis cedimur et instabiles sumus et laboramus. operantes manibꝫ nostris. Maledicimur et benedicimus. Persecutionẽ patimur: et sustinebimus Blasphemamur: et obsecramus. Tanq̃ purga

menta huius mundi facti sumus oim pipsima vsqz adhuc Nō vt cōfundam vos hec scribo: sed vt filios meos carissimos moneo. In cristo iesu dñō nostro. ℞. Gloriosus deus in sanctis suis mirabilis in maiestate faciēs prodigia. ℣. Dextera tua dñe glorificata est in virtute dextera manus tue cōfregit inimicos. Alleluya. ℣. Gaudete iusti i dño rectos decet collaudatio.

Secundum marcum xiii.

In illo tpe: Dixit iesus discipulis suis. Videte ne quis vos seducat. Multi enim venient in noie meo dicentes qr ego sum: ⁊ multos seducent. Cum audieritis aūt bella et opiniones bellorum ne timueritis: oportet enim hec fieri: sed nōdum finis. Exurget enim gēs cōtra gētem: et regnum super regnū Et erunt terre motus per loca et fames. iniciū dolorum hec. Videte autem: vosmetipsos. Tradent enī vos in cōsiliis: et in synagogis vapulabitis. Et ante reges ⁊ presides stabitis propter me: i testimoniū illis. Et i omēs gētes primū oportet predicari euāgelium Et cum duxerit vos tradētes: nolite precogitare quid loquamini: sed quod datū fuerit i illa hora id loquamini Nō enī vos estis loquētes: sed spiritus sanctus. Tradet enim frater fratrem i mortem: et pater filium Et cōsurgent filii i parētes: et morte eos afficiēt. Et eritis odio oibus propter nomē meum Qui autem sustinuerit vsqz i finem: hic saluꝰ erit. Offꝫ

salus quoqȝ mundi veraqȝ vita.O
dei nostri genitrix pia suscipe nrā
hac die precata ī qua es assūpta ad
celi claustra. Tu es enī patri cara
tu es iesu mater bona tu.sācti spiri
tus es templum facta.Tu es pul-
cra dei sponsa tu regem cristum eni
xa domina es in celo et ī terra.Ho
die nāqȝ curie celestis tibi obuiam
agmina te assūpserunt ad palacia
stellata.Jesus et ipse festinus tibi
matri cum angelis occurrens sede
paterna secum locauit in secula.
Jam cum deo regnas nostra excu-
sa clemens mala poscens cūcta bo
na o benigna. Mediatrix nostra q̄
es post deū spes sola tuo filio nos
representa.Vt ī pauli aula leti iu-
bilemus.alleluya

Secundum lucam. xii

In illo tpe:Jntrauit iesus ī qdā-
dā castellum: ⁊ mulier quedā
martha noīe excepit illū in domuȝ
suā.Et huic erat soror noīe maria
Que etiā sedēs secus pedes dn̄i:au
diebat verbum illius.Martha aūt
satagebat circa frequens misteriū
Que stetit:et ait.Dn̄e non est tibi
cure.ꝙ soror mea reliquit me solā
ministrare.Dic ergo illi:vt me ad
iuuet.Et respondens:dixit illi dn̄s
Martha martha:sollicita es:et tur
baris erga plurima.Porro:vnū est
necessariū. Maria optimā partem
elegit:que nō auferetur ab ea.Off.
Offerentur regi virgines post eā proxime
eius offerentur tibi in leticia et exultatio
ne adducentur ī templū regi dn̄o . Aliud
Off.Diffusa est gratia in labiis tuis ꝓ
pterea benedixit te deus in eternū et in se
culum seculi. Secreta.

Subueniat dn̄e plebi tue dei ge
nitricis oratio:quā ⁊ si pro cō
ditione carnis migrasse cognosci-
mus celesti gloria apud te ꝓ nobis
orare sentiamus.Per dn̄m.
Prefatio.Eterne deus.Et in assūptio
ne. Cō.Beata es virgo maria que dn̄m
portasti creatorem mundi intercede ꝓ no-
Mense celestis par bis.Postcō
ticipes effecti imploramus
clementiā tuā dn̄e deus nr̄:vt qui
festa dei genitricis colim⁹.a cūctis
malis īminentibus eius ītercessio-
nibus liberemur Per eundem
Officiū sancti arigii epi et confessoris ni-
uernensis ad missam Introitus

Gaudeamus omnes in dn̄o
diē festū celebrātes sub ho
nore arigii cōfessoris de cu
ius solēnitate gaudent āgeli ⁊ col
laudant filium dei.ps.Ora pro nobis
beate arigi:vt digni efficiamur promissio

nibus cristi. Oratio.

Propiciare quesumus dñe no
bis famulis tuis ꝑ huius sā-
cti arigii cōfessoris tui atqꝫ pontifi
cis qui ī presenti requiescit ecclesia
merita gloriosa: vt eius pia ītercel-
sione ab omnibus semper munia
mur aduersis. Per dñm nostrum.

Lectio libri sapiētie ecclesiastici. xliiii ꝛ xlv.

Ecce sacerdos magnus qui in
diebus suis placuit deo: ꝛ inē
tus est iustus. Et ī tempore iracū-
die: factus est recōciliatio. Non est
inuentus similis illi: qui conserua
ret legem excelsi. Ideo iureiurādo
fecit illum domin⁹ crescere ī plebē
suā. Benedictionem omniū genti-
um dedit illi: Et testamentū suum
confirmauit super caput eius. Co
gnouit eū in benedictionibus suis
conseruauit illi misericordiā suā.
et inuenit gratiā coram oculis dñi
Magnificauit eū in conspectu re-
gū: et dedit illi coronā glorie. Sta-
tuit illi testamentū sempiternum
ꝛ dedit illi sacerdotiū magnū. ꝛ bea
tificauit illū in gloria. Fūgi sacer-
dotio: et habere laudem in nōie ipsi
us Et offerre illi incensū dignū: in
odorem suauitatis. ℟. Dum vir bea
tus pluribus choruscaret virtutibus ex di
uino imperio donatur pōtificio. ℣. Offer-
re deo incensum dignum in odorem sua-
uitatis. Allelupa. ℣. Sanctus arigius do
mini ꝯfessor velit esse noster pius interces
sor. Allelupa. ℣. Rex pie gaudētes fac om-
nes festas colentes istius egregii presulis
arigii. Prosa

Exultemus iubilādo cum vo-
cis melodia. Arigii celebrādo
festiua solēnia. Sorde carens fuit
plenus spiritali grā mūdo parens
alienus ab omni lasciuia. Sine re
mis aque cursū scādens in riparia
De niuernis veit sursū hac fulgēs
ecclesia Ergo laudes demus isti cō
cordes leticia. Vt pro nobis regnū
cristi vbi pax et gloria. Amen. allā.

Secundum lucam. xii.

In illo tempore: Dixit iesus di
scipulis suis. Sint lumbi ve-
stri precincti: ꝛ lucerne ardentes in
manibus vestris Et vos similes ho
minibus expectātibus dñm suum
quādo reuertatur a nuptiis. Vt cū
venerit et pulsauerit: cōfestim ape
riāt ei. Beati sūt serui illi: quos cū
venerit dñs inuenerit vigilantes
Amen dico vobis: ꝙ precinget se et
faciet illos discūbere: ꝛ trāsiens mi
nistrabit illis. Et si venerit in secū
da vigilia et si in tertia vigilia ve-
nerit ꝛ ita īuenerit beati sunt serui
illi Hoc autem scitote quoniā si sci
ret paterfamilias qua hora fur ve-
niret vigilaret vtiqꝫ: et non sineret
perfodi domum suā. Ideoqꝫ et vos
estote parati. qꝛ qua hora non pu-
tatis: filius hominis veniet. Offer.
Veritas mea et misericordia mea cū ipo
et in nomine meo exaltabitur cornu eius

Suscipiat clementia Secreta
dñe quesum⁹ tua de manibꝫ
nostris munus oblatum: et per sā-
cti arigii confessoris tui atqꝫ ponti
ficis orōnes cuius corpus in presen

ti requiescit ecclesia: ab oibus nos emundet peccatis. Per dñm.
Cō. O sancte confessor cristi qui visum su scitauisti tuis nāqz suffragiis nos suscites a viciis. alleluya. Postcōm.
Da eterne consolationis pater per huius sancti arigii cōfessoris tui atqz pōtificis preces: populo tuo pacem et salutem: vt tota dilectione tuis inhereamus preceptis: vt que tibi placita sunt tota voluntate perficiamus Per dñm.
In octaua sancti laurentii. Introitus
Probasti dñe cor meum et visitasti nocte igne me examinasti et non est inuēta in me iniquitas. ps. Exaudi dñe iusticiā meā: intercede deprecationē meā. Orō
Beati laurentii nos faciat dñe passio veneranda letantes: et vt eam sufficienter recolamus: efficiat promptiores Per dñm nostrū.
Ad corinthios. ii. ix
Qui parce semiat pce ⁊ metet et qui seminat in benedictionibus de benedictionib; et metet. Vnusquisqz put destinauit in corde suo: non ex tristicia aut ex necessitate. Hylarem eni datorem diligit de⁹ Potens est enim deus omnem gratiam abūdare facere in vobis vt in omnibus semper omnē sufficientiā habentes abūdetis ī omne opus bonum: sicut scriptū est. Dispersit dedit pauperib; iusticia ei⁹ manet ī seculum seculi. Qui autē amministrat semē semināti: et panem ad manducandū prestabit: et multiplicabit semen vestrum. Et augebit incrementa frugum: iusticie vestre. R. Iustus vt palma florebit sicut cedrus libani multiplicabitur i domo domini. V. Ad annūciādū mane miam tuam et veritatē tuā p noctē. All'a. V. Puer me⁹ noli timere dicit dñs dū transieris p ignē flāma non nocebit tibi q: ego sū tecum. Secundum matheum xvi
In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Si q̄s vult post me venire abneget semetipsū et tollat crucem suam et sequatur me. Qui enim voluerit aiam suā saluam facere perdet eā. Qui aūt perdiderit aīam suā pp̄ter me: inueniet eam. Quid eni prodest hoi si mūdū lucretur vniuersū: aīe vero sue detrimētū patiat? Aut quā dabit homo cōmutationē p aīa sua? Filius quidē hominis venturus est in gloria patris sui: cum angelis suis et tunc reddet vnicuiqz secūdū op⁹ suum Amen dico vobis: sūt quidaz de hic stantibus qui non gustabūt mortem donec videant filium hoīs venientem in regno suo. Off. In virtute tua letabitur iustus ⁊ super salutare tuum exultabit vehementer desiderium aīe eius tribuisti ei. Secreta:
Beati laurētii martiris tui honorabilem passionē muneribus dñe gemiatis exequimur: que licet propriis sit memoranda principiis: indesinenter tamen permanet gloriosa Per. Cōm. Qui vult venire post me abneget semetipsum et tollat crucem suam et sequatur me. Postcō

Solēne nobis intercessio beati laurentii martiris tui q̄s dn̄e prestet auxiliū: vt celestis mense participatio quam sumpsimus tribuat ecclesie tue recēsita leticia exultare Per dominū nostrū

Sancti mammetis Oratio.

Deus qui hunc diem nobis cōtulisti in tui mām̄etis martiris veneratione salutiferū: concede pp̄icius: vt cui⁹ nobilem celebramus triumphū: presidiū sētiamus perpetuum. Per dn̄m. Secreta

Suscipe dn̄e munera propicius oblata: q̄ maiestati tue beati mām̄etis martiris cōmendet oratio. Per dn̄m Postcō.

Familiam tuam deus suauitas illa cōtingat et vegetet: qua ī martire tuo mammete cristi tui bono iugiter odore pascat Per

Agapiti martiris. Oratio

Letetur ecclesia tua deus btī agapiti martiris tui confisa suffragiis: atq̃ eius precibus gloriosis et deuota permaneat. et secura cōsistat. Per dn̄m Secreta

Suscipe dn̄e munera q̄ ī eius tibi solēnitate deferimus: cui⁹ nos cōfidimus patrocinio liberari Per dn̄m nostrum Postcōm.

Saciasti dn̄e familiā tuā muneribꝫ sacris: eius quesum⁹ sēper interuentione nos refoue: cuius solēnia celebramus. Per dn̄m nostrum iesum cristum.

Magni martiris memoria de cōi.

In oct̄. beate marie virginis Introitus.

Salue sancta parens enixa puerpera regem qui celū terrāq̃ regit in scl'a scl'oꝝ ps. Benedicta tu ī mulieribus: et benedictus fructus vētris tui. Oiō

Famulorꝝ tuorꝝ q̄s dn̄e delictis ignosce: vt q̄ tibi placere de actibus nr̄is non valem⁹ genitricis filii tui dn̄i dei nostri intercessiōe saluemur Qui te Lectō li. sapiētie ecclastici. xxiiii

In oībus requiē quesiui: et ī hereditate dn̄i morabor Tunc precepit et dixit michi creator oīm: ꝛ q̄ creauit me reqeuit ī tabernaclo meo: ꝛ dixit michi In iacob ī habita et ī israel hereditare. ꝛ ī electis meis mitte radices. Et sic ī syon firmata sū: et ī ciuitate sc̄tificata simılit requieui: et ī ierusalē potestas mea Et radicaui ī populo honorificato et ī p̄tes dei mei hereditas illi⁹. et ī plenitudīe sc̄tōꝝ detētio mea. Quasi cedr⁹ exaltata sū ī libano: et quasi cypress⁹ ī monte syon. Quasi palma exaltata sū ī cades: ꝛ quasi plātatio rose ī iherico. Quasi oliua speciosa ī cāpis: et quasi platan⁹ exaltata sū iuxta aquā in plateis Sicut cynamomū ꝛ balsamū aromatizans odorem dedi. Quasi mirra electa: dedi suauitatē odoris. R. Benedicta et venerabilis es virgo maria que sine tactu pudoris inuēta es mater saluatoris. V. Uirgo dei genitrix quē totus non capit orbis in tua se clausit viscera factus homo Alla. V. Assūpta est maria ī celum gaudēt āgeli ꝛ collaudātes bn̄dicūt dn̄m.

Secundum lucam. xi.

In illo tpe: Loquente iesu ad turbas: extollens vocem que dã mulier de turba. dixit illi. Btūs vēter q̄ te portauit: et vbera q̄ suxi sti. At ille dixit. Quinimmo: Bti qui audiūt verbū dei: et custodiūt illud. Offr. Felix nāqz est sacra virgo maria ⁊ omi laude dignissima quia ex te ortus est sol iusticie xp̄s deus noster all'a. Secreta. Subueniat dn̄e plebi tue dei genitricis orō: quā et si pro cōditione carnis migrasse cognoscim⁹. in celesti gl'ia apud te p̄ nobis orare sentiamus. P. dñ. Coio. Btā viscera marie virginis que portauerunt eterni patris filium. Postcoio. Mense celestis participes effecti iploramus clemētiā tuā dn̄e deus noster: vt qui festa dei genitricis colimus: a malis iminentibus eius intercessionibus liberemur. P eund. Magni martiris. Oratio Adesto dn̄e supplicationib; nostris: et intercedēte beato magno martire tuo: ab hostiū nos defende ppiciatus incursu. P. Secreta. Presta nobis q̄s omp̄s deus: vt nr̄e humilitatis oblatio: et p̄ tuorū grata sit honore sctōꝝ: ⁊ nos corpore pariter ⁊ mēte purificet. P Tua sancta sumētes Postcōm q̄s dn̄e: vt beati magni martiris tui nos foueāt continuata p̄sidia. Per dn̄m. Tymothei et Simphoriani martirum. Introitus. Salus autem iustorū a domino et protector eorū est in tp̄e tribulationis. P. Noli emulari in malignantibus: neqz zelaueris facientes iniquitatem. Oratio. Auxiliū tuū nobis dn̄e: q̄s placatus ipende: et itercedētibus sctis martirib; tuis tymotheo ⁊ simphoriano: dexterā sup nos tue ppiciationis extende. P. Sapientie. 3. Iustoꝝ aīe in manu dei sūt: et non tāget illos tormentū malicie. Visi sunt oculis insipiētiū mori: illi autē sunt in pace. Et si corā hoībus tormēta passi sūt: spes illoꝝ immortalitate plena est. In paucis vexati: in multis bene disponētur. Qm̄ deus tētauit illos: et iuenit illos dignos se. Tāq̄ aurū in fornace pbauit illos: et quasi olocausta hostie accepit illos. et in tp̄e erit respectus illoꝝ. Fulgebunt iusti: ⁊ tā q̄ scintille in arundineto discurrēt. Judicabunt nationes et dn̄abunt pp'lis: et regnabit dn̄s illoꝝ imppetuū. R. Justoꝝ anime in manu dei sunt et non tanget illos tormentū malicie. V. Visi sunt oculis insipientiū mori illi aūt sūt in pace. All'a. V. Gaudete iusti in dn̄o rectos decet collaudatio. Euāgel. Descēdens iesus de mōte. Reqre i cōi pl'ioꝝ martirū. Offr. Mirabilis deus in sctis suis deus israel ipse dabit virtutem ⁊ fortitudiem plebi sue bn̄dictus de⁹. Secreta Offerim⁹ t dn̄e q̄s p̄ces ⁊ mūera q̄ vt tuo sint digna ꝯspectui: martirū tuoꝝ p̄cib; adiuuemur. P Cō. Ego vos elegi de mūdo vt eatis ⁊ fructū afferatis ⁊ fruct⁹ vester maneat. P⁹cō. Diuini muneris largitate satiati q̄s dn̄e deus noster: vt i

tercedentibus sctis martiribus tu-
is tymotheo et symphoriano: eius
semp participatione viuamus. P.
Bartholomei apostoli. Introitus.
Michi autē nimis honorati
sūt amici tui deus nimis
cōfortatus est pricipatus
eorꝝ. ps. Dn̄e pbasti me et cognouisti me:
tu cognouisti sessionem meam et resurre-
ctionem meam. Gloria. Oratio.
Omnipotens sempiterne deus q̄ huius
diei venerandā sctāmq3 leti-
ciam in bt̄i apl'i tui bartholomei fe-
stiuitate tribuisti: da eccl'ie tue q̄s: et
amare qd̄ credidit. et predicare qd̄
docuit. Per. Lcō actuū apostolorꝝ. v.
In dieb3 illis: Exurgens prin-
ceps sacerdotū et oēs q̄ cū illo
erant. q̄ est heresis saduceorꝝ: reple-
ti sunt zelo. et iiecerunt manus in
apl'os: et posuerūt illos ī custodia pu
blica. Angelus aūt dn̄i per noctem
aperiēs ianuas carceris: et educens
eos dixit. Ite et stantes loq̄mini in
tēplo plebi: oīa vba vite hui9. Qui
cū audissent: ītrauerūt diluculo in
templū: et docebant verbū dei. R.
Constitues eos principes sup oēm terram
meōres erūt nois tui dn̄e. v. Pro patribus
tuis nati sūt tibi filii ppterea ppl'i confite
būt tibi. All'a. v. Vox sancti bartholomei
quasi tuba vehemens est ambulant cū eo
angeli dei. Scd̄m matheum. x.
In illo tp̄e: Misit iesus duode-
cim discipulos suos: p̄cipiens
eis. et dicēs. In viā gentiū ne abie-
ritis: et in ciuitates samaritanorū
ne intraueritis. Sed potius ite ad
oues q̄ perierūt domus isr'l. Euntes
aūt predicate dicentes: q2 appropin
quabit regnū celorꝝ. Infirmos cura-
te: leprosos mūdate. mortuos suscita
te. demoīa eiicite. Gratis accepistis:
gratis date. Offꝝ. In oēm terrā exiuit
sonus eorꝝ et in fines orbis terre vba eorꝝ.
Beati apl'i tui bar Secreta.
tholomei cuius solēnia recē-
semus q̄s dn̄e: vt eius auxilio tua
beneficia capiamus. p quo tibi ho
stiā laudis offerimus. P. Coīo. Vos
qui secuti estis me sedebitis sup sedes iudi
cātes duodeci tribus isr'l dicit dn̄s. Postcō.
Sumpsimus dn̄e pignus salutis
eterne celebrātes bt̄i apl'i tui
bartholomei votiua solēnia: et ppe
tua merita venerantes. Per dn̄m.
Scti martiris (Genesii mrꝝ. orō.
tui genesii merita nos dn̄e p̄-
ciosa tueātur: in q̄bus tue maiesta
ti opera predicantes pn̄s capiamus
adiutoriū et futurū. P. Alia Orō.
Deus q̄ preclarā et venerabilē
diem martiris tui genesii de
uotissime celebrare tribuisti: presta
plebi tue. vt ipso intercedente mere
amur ab omibus aduersitatibus
liberari. Per dn̄m. Secreta.
Hec munera q̄s dn̄e tibi dicata
sanctifica: et beati genesii in
tercedentibus meritis: ad laudē tui
nominis pdesse concede. P. Postcoīo
Quos tantis dn̄e donis satiasti
intercedente martire tuo ge-
nesio spiritali alimonia facias nos
repleri: vt cuius exeq̄mur actionem
sentiamus iuuamen. Per dn̄m.

Ludouici francorum regis. Introitus:
O s iusti meditabitur sapientiam et lingua eius loquetur iudicium lex dei eius in corde ipsius. ps. Noli emulari in malignantibus: neq; zelaueris facientes iniquitatem. Gloria. Oratio.
Deus qui btm̄ ludouicū confessorem tuū de terreno ac tp̄ali regno ad celestis et eterni regni gloriam trāstulisti: eius q̄s meritis et intercessione regis regū iesu xp̄i filii tui nos coheredes efficias. et eiusdem regni tribuas esse cōsortes. P.
Lectio libri sapientie. Eccl. xxxi.
Beatus vir qui inuentus est sine macula: et qui post aurū non abiit. nec sperauit ī thesauris pecunie. Quis est hic ⁊ laudabimus eum: fecit enim mirabilia in vita sua. Qui probatus est in illo. et perfectus inuentus est: et erit illi glīa eterna. Qui potuit transgredi. et non est transgressus: et facere mala et non fecit. Ideo stabilita sūt bona illius in dn̄o: et elemosinas illius enarrabit: omnis ecclesia sanctorum. R. Domine preuenisti eum in benedictionibus dulcedinis posuisti in capite eius coronam de lapide precioso. V. Vitam petiit et tribuisti ei longitudinem dierum in seculum seculi. Alla. V. Felix corona francie ludouici virtutibus cuius corona gloria refulget in celestibus.
In illo tp̄e: Scd̄m matheū: vi. Dixit. i. d. s. Considerate lilia agri quomodo crescūt: Non laborant neq; nent. Dico aūt vobis: q nec salomon in omni gloria sua coopertus est sicut vnū ex istis. Si autem fenum agri quod hodie est. et cras in clibanum mittitur: deus sic vestit. q̄tomagis vos minime fidei. Nolite ergo soliciti esse dicētes quid manducabimus aut quid bibemus: aut quo operiemur. Hec eī omnia: gentes inquirūt. Scit enī pater vester celestis: quia his omnibus indigetis. Querite ergo primū regnum dei et iusticiam eius: et hec omnia adiiciētur vobis. Offer. Filie syon exultent in rege suo laudent nomen eius in choro et tympano et psalterio psallant ei allelupa. Secreta.
Presta q̄s omp̄s deus. vt sicut btūs ludouicus confessor tuus per abundantiā grē tue oblectamentis mundi spretis. soli regi xp̄o placere studuit: ita eius oratio nos tibi reddat acceptos. Per dn̄m.
Co. Iustum deduxit dn̄s per vias rectas et ondit illi regnum dei et dedit illi scientiam sanctorū honestauit illum in laboribus suis et cpleuit labores illius. Postcō.
Deus qui btm̄ ludouicū confessorem tuū mirificasti in terris: q̄s. vt iam in celis gloriosum efficias eccl'ie tue constituas defensorem. vt eius precibus ⁊ meritis ab oī nos aduersitate liberare digneris. Per dn̄m. Eulalii epi niuerneñ. meōria. Ruffi martiris. Oratio.
Adesto dn̄e supplicationib; nostris: et beati ruffi intercessionibus confidētes: nec minis aduersantium. nec vllo conturbemur in-

cursu. Per dn̄m nostrum. Secreta.

Oblatis q̄s dn̄e placare muneribꝫ: et intercedente btō ruffo martire tuo: a cūctis nos defēde periculis. Per dn̄m. Postcōm.

Celestibus refecti sacramētis ⁊ gaudiis supplices te dn̄e dep̄camur: vt quoꝝ gl̄iamur triūphis ꝓtegamur auxiliis. P. Sulplicii epi et ꝯfessoris. meō. Augustini epi ⁊ ꝯfes.

In medio eccl̄ie aperuit os eius et īpleuit eū dn̄s spū sapientie et ītellectus stola glorie induit eū. p̄. Jocunditatem et exultationem: thesaurisauit sup eū. Orō.

Deus qui btm̄ augustinū in exponendis scripture sancte misteriis eccl̄ie tue doctorē optimū et electū antistitem ꝓuidisti: da nobis q̄s eius semꝑ et doctrina instrui et orōne fulciri. P Sapientie. eccl. xxxix.

Iustus cor suum tradidit ad vigilandum diluculo: ad dn̄m qui fecit illū: et in conspectu altissimi deprecabitur. Aperiet os suū in oratione: et pro delictis suis deprecabitur. Si eni magnus dn̄s voluerit. spū intelligentie replebit illum Et ipse tāq̄ ymbres mittet eloq̄a sapientie sue: et in oratione confitebitur dn̄o. Et ipse diriget consiliū eius et disciplinā: et in absconditis suis consiliabitur. Et ipse palā faciet disciplinam doctrine sue: et in lege testamenti dn̄i gloriabit᷑. Collaudabunt multi sapientiam eius et vsqꝫ in seculum non delebitur. Non recedet memoria eius: et nomen eius: requiretur a generatione: in generationem. R. Os iusti meditabitur sapientiam et lingua eius loq̄tur iudicium. V. Lex dei eius in corde ipsius et non supplantabuntur gressus eius. Alleluya. V. Jn virtute tua cantabimus ⁊ psallemus tibi in cythara.

Secundum matheum. V.

In illo tempore: Dixit iesus discipulis suis. Nolite putare qm̄ veni soluere legem. Non veni soluere: sed adimplere. Amen quippe dico vobis: donec transeat celū et terra. iota vnū aut vnus apex non preteribit a lege: donec omnia fiant. Qui ergo soluerit vnum de mandatis istis minimis: et docuerit sic homines. minimus erit in regno celoꝝ. Qui autem fecerit et docuerit: hic magnus vocabitur: in regno celorum. Offꝫ. Jnueni dauid seruum meū et in oleo sancto vnxi eum manus enim mea auxiliabitur ei et brachiū meum confortabit eum. Secreta.

Hostias tibi dn̄e pro cōmemoratione sancti augustini cōfessoris tui atqꝫ pontificis suppliciter deprecantes offerimus. vt sicut illi prebuisti sacre fidei claritatem et scientie. ita nobis indulgentiam largiaris et pacem. Per dn̄m. Coio.

Dn̄e quinqꝫ talenta tradidisti michi ecce alia quinqꝫ superlucratus sum euge serue bone et fidelis quia in pauca fuisti fidelis supra multa te constituam intra in gaudium domini tui. Postcoio.

Aures tue pietatis q̄s dn̄e precibus nr̄is īclina: vt q̄ pctoꝝ

nostroꝝ flagellis ꝑcutimur: interce
dente btō augustino confessore tuo
atq; pōtifice: miserationis tue grā
liberemur. Per. Eodē die Hermetis et
Deus qui btōs Juliani. Orō.
martires tuos hermetē atq;
iulianū ṽtute cōstātie in passione
roborasti: ex eoꝝ imitatione tribue ꝓ
amore tuo ꝓspera mūdi despicere: et
nulla eius aduersa formidare. Per
Sacrificiū tibi dñe Secreta.
laudis offerimus: in tuoꝝ cō
memoratione sctōꝝ. da q̄s: vt qđ il
lis contulit ad gloriā: nobis prosit
ad salutem. Per dñm. Postcōio.
Repleti dñe benedictiōe celesti
q̄s clementiā tuā: vt interce
dentibus btīs martiribus tuis her
mete et iuliano: q̄ humiliter gerimus
salubriter sentiamus. Per dñm.

In decollatione sancti iohānis baptiste.

Gloria et honore coronasti
eū et constituisti eū super
opera manuū tuarū. Ps.
Dñe dñs noster: q̄ admirabile est nomen
tuum in vniuersa terra. Oratio
Sancti iohānis baptiste et mar
tiris tui dñe q̄s veneranda fe
stiuitas: salutaris auxilii nobis p̄
stet effectum. Per dñm.
Lectio libri sapientie. Prouerbioꝝ. x.
Expectatio iustoꝝ leticia: spes
aūt impioꝝ peribit. Fortitudo
simplicis via dñi: et pauor his q̄ ope
rantur malū. Justus aūt non com
mouebitur ī eternū: impii aūt non ha
bitabūt terrā. Os iusti parturit sa
pientiā: et lingua prauorū peribit.
Labia iusti considerant placita: os
impioꝝ peruersa. Simplicitas iu
stoꝝ diriget eos: et supplātatio per
uersorum vastabit eos. Justicia re
ctoꝝ liberabit eos: et in insidiis su
is capientur iniqui. Justus de angu
stia liberatus est: et tradetur impius
pro eo. Simulator ore decipit ami
cū suū: iusti aūt liberabūt scientia.
In bonis iustoꝝ exaltabit̄ ciuitas:
et ī pditione impioꝝ erit laudatio. In
bñdictiōe iustoꝝ exaltabit̄ ciuitas.
R. Dñe preuenisti eū in benedictionibus
dulcedinis posuisti in capite eius coronam
de lapide precioso. V. Vitā petiit et tribui
sti ei lōgitudinē dierū in sclm scli. Alla. V.
Erat lucerna ardens et lucens ante dñm
iohannes baptista qui viam domino pre
parauit in heremo. Prosa.
Precursorem sūmi regis et pre
conem noue legis celebrat ec
clesia. In hac luce tam festiua gau
de mater et votiua deprome preco
nia. Huiꝰ ortū veneremur sed nec
minus delectemur ī eius martirio.
Totus mundus sit iocundus nul
li martir huic secūdus virtute vel
premio. Non est nostre paruitatis
virū tante dignitatis laudare per
oīa. Sūma rei recitetur vt affectꝰ
excitetur ex eiꝰ memoria. Non arū
do leuitatis sed columna veritatis
nulla palpat crimina. Scribas tā
git et doctores vocans legis trans
gressores vipere genimina. Argue
bat hic herodem nec terretur ab eo
dem ligatus in carcere. Fert iniuste
victus penā rem detestans tam ob

scenā regis et adultere Seuit ī hũc vis tyranni laus accrescit hinc io-hāni tyrāno supplicium. Stultus seruit sapienti qꝛ iustus in presenti purgatur per impium. In natalis sui cena capitali plecti pena iohannem rex imperat Spiculator saltatrici saltatrix dat genitrici caput qđ petierat. Crux presignat sublimari cristum sed hũc minorari capitis abscisio. Mors est iusti preciosa quā precessit gl'iosa vite cõuersatio. Nos ad laudē tui xp̄e ꝑcursoris et baptiste colim⁹ solēnia. Tu nos ab hac mortis valle duc ad vitam recto calle per eius vestigia. Amen

In illo tp̄e: Scd̄m marcum. vi.
Misit herodes ac tenuit iohānem: et alligauit eũ in carcerē ꝓpt herodiadē vxorem philippi frīs sui. qꝛ duxerat eam. Dicebat enī iohēs herodi. Non licet tibi habere vxorem frīs tui. Herodias aũt insidiabat illi: et volebat eũ occidere. nec poterat. Herodes vero metuebat iohānem: sciens eũ virũ iustũ ⁊ sctm̄ et custodiebat eũ. Et audito eo mlta faciebat: et libenter eũ audiebat Cum aũt dies opportunus accidisset: herodes natalis sui cenam fecit principibꝫ et tribunis: et primis galylee. Cũqꝫ introisset filia ipsius herodiadis et saltasset. ⁊ placuisset herodi: simulqꝫ discũbentibus. ait rex puelle. Pete a me quod vis: et dabo tibi. Et iurauit illi. qꝛ qđcunqꝫ petieris dabo tibi: licet dimidiũ regni mei. Que cũ exisset: dixit matri sue Quid petā: At illa dixit. Caput iohānis baptiste. Cũqꝫ introisset. statim cũ festinatione ad regē: petiit dicens. Volo vt ꝓtinus des michi ī disco: caput iohīs baptiste. Et cõtristatus est rex ꝓpter iusiurandũ: et propter simul recũbentes: noluit eā contristari. Sed misso spiculatore: precepit afferri caput eius in disco Et decollauit eũ in carcere. ⁊ attulit caput eius in disco: et dedit illud puelle. Et puella: dedit matri sue. Quo audito discipuli eius: venerũt et tulerũt corpus ei⁹. Et posuerũt illud in monumento. Offr̄. Posuisti dn̄e in capite eius coronā de lapide ꝑcioso vitā petiit a te tribuisti ei all'a. Secreta.

Munera tibi dn̄e pro scti martiris tui iohīs baptiste deferim⁹ passione: qꝛ dũ finit in terris: fctũs est celesti sede ꝑpetuus: q̄s. vt ei⁹ obtentu nobis proficiāt ad salutē. P. Coio. Magna est gloria eius in salutari tuo gloriam ⁊ magnũ decorē iṗones super eum domine. Postcõm.

Conferat nobis dn̄e sācti iohīs baptiste vtrũqꝫ solēnitas: vt et magnifica sacramēta q̄ sũpsim⁹ sctificata veneremur. ⁊ in nobis potius edita gaudeamus. Per dn̄m.

Sabine virginis. Oratio.

Deus qui inter cetera potentie tue miracula etiam in sexu fragili victoriam martirii contulisti: concede propicius. vt qui beate sabine martiris tue natalicia colimus: per eius ad te exempla gradiamur. Per dn̄m. Secreta.

Hostias tibi domine beate sabine martiris tue dicatas meritis benignus assume: et ad perpetuū nobis tribue prouenire subsidium. Per dn̄m. Postcōio.

Diuini muneris largitate satiati q̄s dn̄e deus noster: vt intercedente beata sabina martire tua in eius semp participatione viuamus. Per. Felicis et audacti m̄r. orō.

Maiestatē tuā dn̄e supplices deprecamur: vt sicut nos iugiter sctōꝝ tuoꝝ felicis et audacti cōmemoratione letificas. ita supplicatione defendas. Per dn̄m. Secreta

Hostias dn̄e tue plebis intende et quas in honore sctōꝝ tuorū deuota mente celebrat: proficere sibi sentiat ad salutem. Per. Postcōio

Repleti dn̄e muneribus sacris: quesumus. vt intercedentibꝫ sanctis tuis: in grāꝝ tuarū semp actione maneamus. Per dn̄m.

Patricii abbis: totū fit sicut de vno abbate

De sancto Fiacrio. Oratio:

Deus qui per ineffabile mun⁹ grē tue sāctos tuos facis esse gloriosos presta q̄s: vt interueniente beato confessore tuo fiacrio mereamur ad culmen glorie peruenire. P

Omnipotens sempiterne Secreta. deus: cui cuncta famulātur clemēta: intercedente pro nobis beato confessore tuo fiacrio: exaudi ppicius orationē nrām: et tribue nobis miām tuā: vt et q̄ precipis agamus in illo: et adiuua vt adimplere possimus. Per dn̄m. Postcōio.

Adesto dn̄e supplicatiōibꝫ nrīs et sperātes in tua mīa: itercedente btō fiacrio confessore tuo celesti protegas benignus auxilio. P.

Egidii abbatis. orō. Intercessio. ꝛc. quere totū in cōi vnius abbatis cōfessoris non pontificis. Iusti epi ꝛ ꝯfessoris. totū sicut d vno ꝯfessore pōtifice. Sarapie v̄g. meō. Marcelli martiris. de cōi vni⁹ martiris. Thaurini epi ꝛ ꝯfes. totū de cōi. Euurcii epi et ꝯfes. totū de cōi. In natiuitate beate marie virginis. Introitus.

Gaudeamus oēs in dn̄o diem festum celebrātes sub honore marie virginis de cuius natiuitate gaudent angeli ꝛ collaudāt filiū dei ꝑ. Eructauit cor meū verbum bonum: dico ego opera mea regi. Oratio.

Supplicationem seruoꝝ tuoꝝ deus miserator exaudi: vt qui in natiuitate dei genitricis et virginis cōgregamur: eius intercessionibus. a te de instātibus periculis eruamur. Per eund. Alia oratio.

Famulis tuis dn̄e celestis grē munus impartire: vt quibꝫ beate v̄ginis partus extitit salutis exordiū: natiuitatis eius votiua solēnitas pacis tribuat incrementū. Per eund. Lcō libri sapie. eccl. xxiiii.

Ego quasi vitis fructif. caui suauitatē odoris: et flores mei fructus honoris ꝛ honestatis. Ego mater pulcre dilectionis et timoris: et agnitionis: et sancte spei. In me omnis gratia vie et veritatis: in me omnis spes vite et virtutis.

Transite ad me omnes qui concu
piscitis me: et a generationibus me
is implemini. Sp̄s enim meus su-
per mel dulcis: et hereditas mea su
per mel et fauũ. Memoria mea: in
generatione seculoꝝ. Qui edũt me
adhuc esurient: et qui bibũt me ad
huc sitient. Qui audit me non con
fundetur: et qui operãtur in me nõ
peccabunt. Qui elucidant me. vitã
eternam habebunt. ℟. Audi filia et
vide ⁊ inclina aurem tuam q̄ concupiuit
rex speciem tuam. ℣. Specie tua et pulcri
tudine tua intende prospere procede et re-
gna. Alleluya. ℣. Natiuitas gloriose virgi
nis marie ex semine abrahe orta de tribu
iuda clara ex stirpe dauid. Prosa.

Alle celeste necnon et perenne
luya. Dic paraphonista cũ
mera simphonia. Tuba et canora
pallidonias canta. Nam oĩs vsya
hanc xp̄i genitricem die ista. Con-
gaudet exortam per quã sibi subla
tam capit vitam. Dauitica stirpe
sata dauidis ad sceptra est regẽda
prole fecundata. Nec grauidata vi
scera sũt tamen per vlla patris mẽ
bra sed ex fide sola. Ab arce sũma
angelus astat maria inquit alma
aue plena. Gratia summa et bene-
dicta femina inter omnes paritura
Regem qui dira mortis vĩcula dã
nabit mira cũ potentia. Suũ plas
ma soluens sponte sua atqꝫ beatã
donans vitã. Fit mox puella ver-
bis credula. Et puerpera stupet et
casta Natum gestãs speciosum for
ma regentem cuncta orbis regna.

Hec est virga non irrigata sed dei
gratia florigera. Hec est sola cũcto
rum hera materna obscurãs pia-
cula. Velut rosa decorans spineta
sic qd̄ ledat nil habet maria. Ma-
ter eua qd̄ attulit prima xp̄i spõsa
effugat maria. O v̄go sola mater
casta nostra crimina. Solue dans
regna quis beata regnat agmina.
Potes enim cũcta vt mundi regi-
na et iura. Cum nato oĩa decernis
in secla et vltra subnixa es in glo
ria. Cherubin electa seraphĩqꝫ cla-
ra agmina. Nam iuxta filium po
sita sedens in dextera virtus lam-
pas et socia. Natiuitas vnde gau-
dia nobis hodie affert ãnua. En re
sonat camenis aula in laude tua
virgo maria. Gaudet per climata
orbis ecclesia dicens alleluya. Nõ
et palacia celi clamãt dĩdima vsqꝫ
dantia preconia. Amen. Inicium
sancti euangelii: scd̄m matheum. Prio

Liber generationis iesu cristi
filii dauid: filii abrahã. Abra
ham genuit ysaac. Isaac autem: ge
nuit iacob. Iacob autem: genuit iu
dam et fratres eius. Iudas autem
genuit phares ⁊ zaram de thamar
Phares autem: genuit esrõ. Esrõ
autem: genuit arã. Aram autẽ: ge-
nuit aminadab. Aminadab autẽ:
genuit naason. Naason aũt: genu
it salmon. Salmon autem: genuit
booz de raab. Booz autem: genuit
obeth ex ruth. Obeth autẽ: genuit
iesse. Iesse autem: genuit dauid re-
gem. Dauid autẽ rex: genuit salo-

monem ex ea que fuit vrie. Salomō autē genuit roboam. Roboam autem genuit abyam. Abyas autem genuit asa. Asa autē genuit iosaphat. Josaphat autē genuit iorā. Joram autē genuit oziā. Ozias autem genuit ioathā. Joathā autem genuit achaz. Achaz autē genuit ezechiā. Ezechias autē genuit manassem. Manasses autem genuit amō. Amon autem genuit iosyam. Josyas autem genuit iechoniam et fratres eius ī trāsmigratione babylonis. Et post transmigrationē babylonis. iechonias genuit salathiel. Salathiel autē genuit zorobabel. Zorobabel autē genuit abyud. Abyud autem genuit elyachim. Elyachim autem genuit azor. Azor autē genuit sadoch. Sadoch autē genuit achim. Achim autem genuit elyud. Elyud autē genuit eleazar. Eleazar autē genuit mathā. Matham autem genuit iacob. Jacob autem genuit ioseph virū marie. De qua natus est iesus: qui vocatur cristus. Offr. Diffusa est gratia in labiis tuis propterea benedixit te deus ineternū et ī seculum seculi. Secreta.

Unigeniti tui dn̄e nobis succurrat humanitas: vt qui nat⁹ de virgine matris integritatē non minuit sed sacrauit. ī natiuitatis ei⁹ solēnijs. a nostris nos piaculis exuēs: oblationē nostrā tibi faciat acceptam. Per. Cō. Corde et aio cristo canamus gloriam in his sacris solenniis precelse genitricis dei marie. Postcō.

Sumpsimus dn̄e celebritatis annue votiua sacramenta: presta quesumus: vt et temporalis nobis vite remedia prebeant et eterne. P. Eodē die adriani martiris. Orō.

Presta quesumus oīpotens deus: vt intercedēte beato adriano martire tuo a cunctis aduersitatibus liberemur in corpore: et a prauis cogitationibus mūdemur ī mente. Per. Secreta.

Accepta tibi sit ī cōspectu tuo dn̄e nrā deuotio: et ei⁹ nobis fiat supplicatio salutaris. pro cui⁹ solennitate defertur. P. Postcōm.

Refecti participatione muneris sacri: quesumus dn̄e deus noster: vt cuius exequimur cultuz sentiamus effectum. Per do.

Gorgonii martiris. Oratio

Sanctus gorgoni⁹ dn̄e sua nos intercessione letificet: et pia faciat solēnitate gaudere P. Secre.

Grata sit tibi dn̄e nostre seruitutis oblatio p qua sanctus gorgonius martir vt interueniat deprecamur. Per dn̄m. Postcō.

Familiam tuā deus suauitas illa cōtigat et vegetet: qua ī martire tuo gorgonio cristi tui bono odore iugiter pascatur Per do.

Sctōꝝ prothi et iacincti martiꝝ. Oratio

Beatorū nos dn̄e prothi et iacincti foueat preciosa confessio et pia iugiter intercessio tueatur. Per dominū nostrū. Secreta.

Pro sanctoꝝ prothi et iacincti munera tibi dn̄e cōmemora

tione que debemus exsoluim⁹ :pre
sta quesumus: vt remediũ nobis ꝑ
petuũ salutis operentur. P. Postcõ.

v Ut percepta nos dñe tua sãcta
purificent: beati prothi et ia-
cincti quesumus imploret orõ Per

In exaltatione sancte crucis ad missam.

Nos aũt gloriari oportet in
cruce dñi nostri iesu cristi
in quo est salus vita et re-
surrectio nostra per quẽ saluati et
liberati sumus. ps. Deus misereatur
nostri ⁊ benedicat nobis: illuminet vultũ
suũ sup nos et misereatur nostri. Oratio.

d Deus qui vnigeniti filii tui do
mini nostri iesu cristi precio
so sanguine humanũ genus redi-
mere dignatus es: concede propici⁹
vt qui ad adorandam viuificã cru
cem adueniũt. a peccatoꝝ suoꝝ ne
xibꝫ liberẽtur. P Ad galathas. vi.⁊ vi

f Fratres: Confido de vobis in
dño: quod nichil aliud sapie-
tis Qui autem cõturbat vos: porta
bit iudicium quicũqꝫ est ille. Ego
aũt fratres si circũcisionẽ adhuc ꝑ
dico: quid adhuc ꝑsecutionẽ patior
Ergo euacuatum est scãdalũ cru
cis. Utinã et abscindãtur: qui vos
cõturbãt. Uos enim in libertatem
vocati estis fratres : tm̃ ne liberta
tem i occasionem detis carnis Sed
per caritatem seruite inuicẽ. Ois
enim lex in vno sermone impletur
diliges proximum tuũ sicut teipm
Quod si inuicẽ mordetis ⁊ comedi
tis: videte ne ab inuicẽ cõsũmami-
ni. Quicũqꝫ eni volunt placere in
carne: hi cogunt vos circũcidi tãtũ
vt crucis cristi persecutionẽ nõ pa
tiantur. Neqꝫ enim qui circũcidũ-
tur legem custodiũt: sed volũt vos
circuncidi vt in carne vestra gloriẽ
tur: michi aũt absit gloriari: nisi in
cruce dñi nostri iesu cristi Per quẽ
michi mũdus crucifixus est: et ego
mundo. ℟ Cristus factus est pro nobis
obediens vsqꝫ ad mortem mortẽ aũt cru
cis. ℣. Propter quod et deus exaltauit illũ
⁊ dedit illi nomen quod est super omne no
men. Allelupa. ℣. Saluator mundi salua
nos oẽs ꝑ virtutẽ sancte crucis qui salua-
sti petrũ i mari miserere nobis de⁹. Prosa

l Laudes crucis attollam⁹. nos
qui crucis exultamus. specia
li gloria. Dulce melos pulset celos
dulce lignum dulci dignum pãga
mus melodia. Uoci vita non discor
det dum vox vitam non remordet:
dulcis est simphonia. Serui crucis
crucem laudẽt qui per crucem sibi
gaudent vite dari munera. Dicãt
omẽs et dicãt singuli aue salus to-
tius seculi arbor salutifera O ꝙ fe
lix ꝙ preclara fuit hec salutis ara
rubẽs agni sãguine. Agni sine ma
cula qui mundauit secula ab anti
quo crimine. Hec est scala peccato
rum per quã cristus rex celoruꝫ ad
se traxit omnia. Forma cuius hoc
ostendit que terrarum comprehen
dit quattuor confinia Non sũt no
ua sacramenta nec recenter est in
uenta crucis hec religio Ista dulces
aquas fecit ꝑ hanc silex aquas iecit
moysi officio. Nulla salus est i do-

mo nisi cruce munit homo super li minIria. Neqz sensit gladiu nec a misit filium quisquis egit talia. Si gna leges in sarepta. spem salutis est adepta pauper muliercula. Si ne lignis fidei nec lechit⁹ olei valet nec farrinula Roma naues vniuer sas in profundu vidit mersas vna cu maxentio. Fusi tarses cesi perse sed ⁊ partis dux aduerse vict⁹ ab era clio. In scripturis sub figuris ista latet sed ia patent crucis beneficia. Reges credunt hostes cedunt. sola cruce cristo duce vnus fugat milia Ista suos fortiores. semper facit et victores morbos sanat et languores reprimit demonia. Dat captiuis li bertatem vite cofert nouitatem ad antiqua dignitatem crux reduxit omnia. O crux lignum triuphale mundi vera salus vale. inter ligna nullum tale fronde flore germine Medicina christiana. salua sanos egros sana quod non valet vis hu mana sit in tuo nomine. Assisten tes crucis laudi consecratoz crucis audi. atqz seruos tue crucis post hac vitam vere lucis transfer ad pala tia. Quos tormento vis seruire. fac tormenta no sentire sed cum dies erit ire. nobis cofer et largire sem piterna gaudia. Amen.

Secundum iohannem. xii.

In illo tpe: Dixit iesus turbis Nunc indiciu est mudi. Nuc priceps huius mudi: eiicietur foras Et ego si exaltatus fuero a terra: omnia traha ad meipsu. Hoc aute dicebat significas qua morte esset moritur⁹. Respondit ei turba. Nos audiuimus ex lege: qz cristus ma net in eternu. Et quomodo tu dicis oportet exaltari filiu hominis. qs est iste filius hominis? Dixit ergo eis iesus. Ad huc modicu lumen in vobis est. Ambulate du lucem habe tis: ne tenebre vos comprehendant Et qui ambulat i tenebris: nescit quo vadat. Du lucem habetis cre dite in lucem vt filii lucis sitis.

Offertoriu. Protege dne plebe tua p signu sacte crucis ab omibus insidiis inimicoru omnium vt tibi gratam exhibeamus ser uitutem et acceptabile tibi fiat sacrificiu nostrum. allelupa. Secreta

Iesu cristi dni nostri corpore ⁊ sanguine saginati per quem crucis est significatu vexillu qs do mine de⁹ noster: vt sicut adorare me ruim⁹. ita perennitatis eius gloria salutari potiamur effectu. Per do.

Co. Per signu crucis de inimicis nostris li bera nos deus noster Postcoio.

Quesum⁹ omnipotens de⁹: vt quos diuina tribuis partici patione gaudere. humanis non si nas subiacere periculis. Per dnm

Eodem die cornelii et cypriani. Oratio.

Infirmitatem nostram qs dne propicius respice: et mala oia que iuste meremur sactorum tuoz cornelii et cypriani itercessioe auer te. Per dominu nostru Secreta.

Sacrificiu nostrum dne deus ipsa tibi sit actione placabi le tui presenti misterio dnice passio

nis:de cuius est germine procreata beatorũ cornelii et cypriani sacerdotum.et martirũ mors preclara sub iungitur.Per eũdem. Postcõm

Q uesumus dñe salutaribus repleti misteriis:vt quorũ solẽnia celebramus orationibus adiuuemur.Per dñm nostrum.

Nichomedis et valeriani martirum.Orõ

A desto dñe populo tuo et beatorum martirũ tuorũ nichomedis et valeriani merita preclara suscipiens.ad impetrandã misericordiã tuã semper eorum patrocinis adiuuemur.Per dñm.Secreta

S uscipe dñe munera propici⁹ oblata q̃ maiestati tue beatorum martirũ tuorũ nichomedis et valeriani cõmendet orõ.P. Postcõ.

P urificent nos dñe sacramenta que sũpsimus.⁊ intercedẽtibus beatis martiribꝫ tuis nichomede atqꝫ valeriano:a cũctis efficiaut viciis absolutos.Per dñm.

Eufemie virginis. Introitus

V ultum tuũ deprecabũtur omnes diuites plebis adducẽtur regi virgines post eã proxime eius adducentur tibi ĩ leticia et exultatione.ps. Eructauit cor meũ verbũ bonũ: dico ego opera mea

O mps sempiterne regi.Oratio. deus:qui infirma mundi eligis vt fortia queque cõfũdas: concede propici⁹.vt qui beate eufemie martiris tue solẽnia colimus.eius apud te patrocinia sentiam⁹ P do.

Ad corinthios. ii.x.xi.

F ratres:Qui gloriatur,ĩ dño: glorietur.Non enim qui seipsum cõmendat ille probatus est: sed quẽ deus cõmendat.Vtinã sustineretis modicũ quid insipientie mee:sed et supportate me.Emulor enim vos:dei emulatione.Despondi enim vos vni viro virginem castam:exhibere cristo. Responsoriũ

Diffusa est gratia ĩ labiis tuis propterea benedixit te deus ineternum. V⁹.Propter veritatem et mansuetudinem et iustitiã et deducet te mirabiliter dextera tua Alla V.Adducentur regi virgines post eam proxime eius offerentur tibi in leticia.

Secundum matheum. xiii.

I n illo tp̃e:Dixit iesus discipulis suis.Parabolã hanc.Simile est regnũ celorũ thesauro abscõdito ĩ agro:quẽ qui inuenit homo abscondit et pregaudio illius vadit et vendit vniuersa que habet et emit agrum illum Iterum simile est regnũ celorum homini negociatori:querẽti bonas margaritas Inuenta aũt vna preciosa margarita:abiit ⁊ vendidit vniuersa que habuit et emit eam.Iterum simile est regnum celorũ sagene misse in mare:et ex omni genere pisciũ congregãti.Quã cũ impleta esset educentes et secus littus sedẽtes:elegerunt bonos in vasa sua:malos autem foras miserũt.Sic erit in consũmatione seculi.Exibunt angeli et separabunt malos de medio iustorum:et mittent eos in caminũ ignis.Ibi erit fletus:et stridor den-

tiū. Intellexistis hec omnia? Dicūt ei. Etiam. Ait illis. Ideo oīs scriba doctus in regno celorum: similis ē homini patrifamilias. Qui pfert de thesauro suo: noua et vetera.
Offer. Offerentur regi virgines proxime eius offerentur tibi in leticia et exultatione adducentur i templū regi dño. Secre.
Presta q̄s domine deus noster vt sicut i tuo cōspectu mors est preciosa sanctorū: ita eorū merita venerantiū accepta tibi reddat oblatio. Per Cō. Simile est regnū celorum homi negociatori querenti bonas margaritas inuenta vna preciosa margarita dedit oīa sua et cōparauit eā. Postcō
Sanctificet nos dñe quesumus tui perceptio sacramenti: et intercessio beate martiris tue eufemie: tibi reddat acceptos. Per dñm
Lucie et geminiani martirum Oratio
Presta dñe precibus nostris cū exultatiōe prouentū: vt quorum diē passionis annua deuotiōe colimus: etiam fidei cōstantiā subsequamur. Per dominū Secreta
Uota populi tui dñe propicius intende: et quorū nos tribuis solennia celebrare: fac gaudere suffragiis. Per dñm. Postcōm.
Exaudi dñe preces nostras et sanctorū tuorū quorū festa solenniter celebramus: cōtinuis foueamur auxiliis. Per dñm. Lamberti epi et martiris totū fit de cōi vnius martiris pōtificis. Ferreoli martiris totū de communi vnius martiris.
In vigilia sancti mathei. Introitus
Ego sicut oliua fructificaui i domo dñi speraui i mīa dei mei et expectabo nomē tuū qm̄ bonū est ante cōspectū sanctorū tuorū. ps. Quid gloriaris in malicia: qui potens es i equitate. Oratio.
Da nobis q̄s omps deus: vt btī mathei aplī tui et euāgeliste quā preuenimus veneranda solēnitas. et deuotionē nobis augeat et salutē. p. Lectio li. sapiētie prouerbiorū. iii.
Beatus homo qui inuenit sapientiā: et q̄ affluit prudētia. Melior est acquisitio eius negociatione argenti et auri: primi et purissimi fructus eius. Preciosior est cūctis opibus: et oīa que desiderātur huic nō valēt cōparari. Longitudo dierū i dextera eius: et i sinistra illius diuitie et gloria. Vie eius vie pulcre et omēs semite illius pacifice. Lignū vite est his qui apprehenderūt eā: et qui tenuerit eā beatus. Dñs. sapientia fūdauit terrā: et stabiliuit celos prudentia. Sapiētia illius eruperunt abyssi: et nubes rore concrescunt. R. Justus vt palma florebit sicut cedrus libani multiplicabitur i domo dñi. V. Ad annunciandū mane misericordiam tuam et veritatem tuam per noctem.
Secundum matheum ix.
In illo tēpore: Cum trāsiret iesus: vidit hominē sedentem in theloneo matheum noīe: et ait illi. Sequere me. Et surgens secutus est eum. Et factum est discumbente eo in domo: ecce multi publicani et peccatores venientes discūbe

bāt cum iesu et discipulis eius. Et videntes pharisei: dicebant discipulis eius. Quare cum publicanis et peccatoribus manducat magister vester: At iesus audiens ait: Non est opus valentib9 medicus: sed male habentibus. Euntes aūt discite quid est misericordiā volo. ꝛ non sacrificium. Non eni veni vocare iustos: sed peccatores. Offr. Gloria ꝛ honore coronasti eum et constituisti eum super opera manuum tuarū dn̄e Secreta

a Apostolice reuerentie culmen offerim9 sacris misteriis imbuēdum: presta dn̄e quesumus: vt beati mathei apostoli et euangeliste suffragiis: cui9 natalicia preim9 hic plebs tua semper et vota depromat: et desiderata percipiat Per

Cō. Posuisti domine i capite eius coronaꝫ de lapide precioso Postcō.

b Beati mathei apostoli et euangeliste dn̄e quesumus supplicatione placatus: ꝛ veniā nobis tribue: et remedia sempiterna cōcede Per dominū In die ad missam.

i In medio ecclesie apperuit os eius et impleuit eū dn̄s spiritu sapientie et intellectus stola glorie induit eū. ps. Iocūditatem et exultationem thesaurizauit super eum. Oratio

b Beati euangeliste mathei dn̄e precibus adiuuemur: vt quod possibilitas nostra non obtinet: eius nobis intercessione donetur Per do.

Ad ephesios. quarto

f Fratres: Vnicuiqꝫ nostrū data est grā: scdm mensurā donatōis cristi. Propter quod dicit Ascendens in altum captiuā duxit captiuitatem. dedit dona hominibus. Quod autē ascendit quid est: nisi quia ꝛ descēdit primū i inferiores partes terre. Qui descendit ipse est: ꝛ qui ascēdit super omnes celos: vt adimpleret omnia. Et ipse dedit quosdam quidē apostolos: quosdam autem prophetas Alios vero euangelistas alios autem pastores ꝛ doctores ad cōsummationē sanctorū in opus misterii: in edificationē corporis cristi. Donec occurramus omnes in vnitatē fidei: ꝛ agnitionis filii dei. In virum perfectum: in mensuraꝫ etatis: pleītudinis cristi: domini nostri. ℟. In omnem terram exiuit sonus eorum et i fines orbis terre verba eorum. ℣. Celi enarrant gloriam dei et opera manuum eius annunciat firmamentum Alleluya ℣. Per manus autem euangelista rum fiebant signa et prodigia multa in plebe. Secundum lucam ℣.

i In illo tempore Vidit iesus publicanum noīe leui: sedētem ad theloneū: ꝛ ait illi. Sequere me Et relictis omnibus: surgens secutus est eum Et fecit ei conuiuium magnū leui: in domo sua. Et erat turba multa publicanorum: ꝛ aliorum qui cum ipsis erant discūbentes. Et murmurabant pharisei et scribe eorum: dicētes ad discipulos eius. Quare cum publicanis ꝛ peccatoribus mādūcatis ꝛ bibitis: Et respondens iesus: dixit ad illos. Nō

egent qui sani sunt medico. sed qui male habent. Non enim veni voca re iustos: sed pctores ad penitentiã Offer. Constitues eos pricipes super om nem terram memores erunt nois tui do mine in omni progenie et generatione.

Supplicationibus Secreta. apostolicis beati mathei euã geliste quesumus dñe ecclesie tue cõmendetur oblatio: cuius magni ficis predicationibus eruditur Per Cõm. Magna est gloria eius in salutari tuo gloriam et magnum decorem impo nes super eum domine. Postcõm.

Perceptis dñe sacramẽtis bea to matheo apostolo et euan gelista interueniente deprecamur: vt que pro illius celebrata sũt glo ria nobis proficiant ad medelã. P.

Mauricii sociorumque eius. Introitus.

Intret in conspectu tuo do mine gemitus cõpeditorũ redde vicinis nostris septu plum in sinu eorũ vindica sangui nem sanctorum tuorum qui effus est. ps. Deus venerunt gentes in heredi tatem tuam: polluerunt templum sanctũ tuum posuerunt ierusalem in pomorum custodiam. Oratio.

Deus qui es sanctorum tuorũ splendor mirabilis: quique hunc diem i honore beatorum martirum tuo rum mauricii. exuperii. candidi vi ctoris. innocentii et vitalis: sociorũ que eorum martirio cõsecrasti: da ec clesie tue de natalicio tante festiui tatis letari. vt apud misericordiam tuam exemplis eorum et meritis adiuuemur. Per dominũ nostrũ.

Ad hebreos. decimo

Fratres: Sancti per fidem vi cerunt regna operati sunt iusticiã adepti sunt repromissiones. Obtu rauerunt ora leonum: extinxerunt impetum ignis: effugarunt aciem gladii: conualuerunt de infirmita te fortes facti sunt in bello. Castra verterũt exterorũ: acceperunt mu lieres de resurrectione mortuos su os. Alii autem distenti sunt non su scipientes redemptionem: vt melio rẽ inuenirent resurrectionem. Alii autem ludibria et verbera experti: insuper et vincula et carceres. lapi dati sunt. secti sunt tentati sunt. in occisione gladii mortui sunt. Cir cuierunt in melotis: in pellibus ca prinis. Egentes angustiati afflicti quibus dignus non erat mundus. In solitudinibus errantes. in mõ tibus et in speluncis. et in cauernis terre. Et hi omẽs testimonio fidei probati: inuenti sunt. In cristo iesu domino nostro. Offer. Gloriosus deus i sanctis suis mirabilis i maiestate faci ens prodigia. V. Dextera tua domine glo rificata est in virtute dextera manus tue confregit inimicos. Alleluya. V. Fulgebũt iusti et tanque scintille in arundineto discur rent ineternum. Secundum lucam. xxi

In illo tempore: Dixit iesus di scipulis suis Cum audieritis prelia et seditiones nolite terreri. Oportet primum hec fieri: sed nõ dum statim finis. Tunc dixit illis. Surget gens contra gentem et re

gnum aduersus regnũ et terremotus magni erunt per loca. et pestilentie et signa magna erunt. Sed ante hec omnia: inicient vobis manus suas ⁊ persequentur tradẽtes in synagogas ⁊ custodias suas. trahentes ad reges et presides: propter nomen meum. Continget autem vobis i testimonium. Ponite ergo in cordibus vestris. non premeditari: quemadmodum respondeatis. Ego enim dabo vobis os et sapiẽtiam: cui non poterunt resistere et contradicere omnes aduersarii vestri. Trademini autem a parentibus. et fratribus et cognatis ⁊ amicis: et morte afficient ex vobis. Et eritis odio omnibus hominibus ꝓpter nomen meum. Et capillus de capite vestro: non peribit. In patiẽtia vestra: possidebitis animas vestras. Offr. Gloriabuntur in te omnes qui diligunt nomẽ tuum quoniam tu benedices iusto domine vt scuto bone voluntatis tue coronasti nos. Secreta

Respice domine munera que passionum sanctorum tuorum mauricii. exuperii. candidi. victoris. innocentii et vitalis sociorũ qꝫ eorum commemoratione deferimus. et presta vt quorũ honore sũt grata eorum nobis intercessione sint salubria. Per dominũ. Cõm. Posuerunt mortalia seruorum tuorum domine escas volatilibus celi carnes sanctorum tuorum bestiis terre secundum magnitudinem brachii tui posside filios morti punitorum. Postcõ

Celestibus refecti sacramẽtis. et gaudiis supplices te rogamus domĩe: vt quorum gloriamur triumphis protegamur auxiliis. P

Andochii tirsi et felicis martirũ. Oratio.

Deus inestimabilis glorie qui hunc diem preclare beatorũ andochii. tirsi et felicis martirio cõsecrasti: fac nos eorum interuentu alacres tuo insistere seruitio. ⁊ eterni eorundem seruicii mereamur esse consortes Per Secreta

Domine iesu criste qui propriũ sãguinem pro nostra redemisti salute quiqꝫ beatis martiribus tuis andochio tyrso et felici. hanc contulisti gratiã: vt ipsi quoqꝫ pro fidei testimonio corporaliter mererentur occidi: hanc seruituti nostre hostiam: et tibi semper acceptam ⁊ nobis eorum meritis effice salutiferam. Per dñm Postcõm.

Presta nobis quesumus omnipotens deus: per merita andochii tyrsi ⁊ felicis et sociorum ei⁹ vt hec sancta libamina que tibi in commemoratione passionis eorũ persoluimus: et purgatio nobis fiat omnium peccatorum: et eternorum acquisitio premiorum. Per.

Firmini episcopi et martiris totum de cõmuni vnius martiris pontificis.

Cypriani et iustini martirum totum de communi plurimorum martirum.

Cosme et damiani Introitus

Sapientiam sãctorum narrant populi et laudem eorum nunciat ecclesia noĩa

autem eorum viuent in seculum se
culi. ps. Exultate iusti in domino: rectos
decet collaudatio. Gloria. Oratio.

Presta quesumus omnipotens deus: vt qui sanctorum tuorum cosme et damiani natalicia colimus: a cunctis malis imminentibus eorum intercessionibus liberemur. Per

Lectio libri sapientie. iii.

Iustorum anime in manu dei sunt: et non tanget illos tormentum malicie. Visi sunt oculis insipientium mori: illi autem sunt in pace. Et si coram hominibus tormenta passi sunt: spes illorum immortalitate plena est. In paucis vexati: in multis bene disponentur. Quoniam deus tentauit illos: et inuenit illos dignos se. Tanquam aurum in fornace probauit illos: et quasi olocausta hostie accepit illos. et in tempore erit respectus illorum. Fulgebunt iusti: et tanquam scintille in arundineto discurrent. Iudicabunt nationes: et dominabuntur populis. et regnabit dominus illorum in perpetuum.

R. Gloriosus deus in sanctis suis mirabilis in maiestate faciens prodigia. V. Dextera tua domine glorificata est in virtute dextera manus tue confregit inimicos Alleluya. V. Stabunt iusti in magna constantia aduersus eos qui se angustiauerunt

Secundum matheum. quinto

In illo tempore: Videns iesus turbas: ascendit in montem Et cum sedisset: accesserunt ad eum discipuli eius. Et aperiens os suum docebat eos dicens. Beati pauperes spiritu: quoniam ipsorum est regnum celorum. Beati mites: quoniam ipsi possidebunt terram. Beati qui lugent: quoniam ipsi consolabuntur. Beati qui esuriunt et sitiunt iusticiam quoniam ipsi saturabuntur. Beati misericordes: quoniam ipsi misericordiam consequentur. Beati mundo corde: quoniam ipsi deum videbunt Beati pacifici: quoniam filii dei vocabuntur. Beati qui persecutionem patiuntur propter iusticiam: quoniam ipsorum est regnum celorum. Beati eritis cum maledixerint vobis homines et persecuti vos fuerint et dixerint omne malum aduersum vos mentientes: propter me. Gaudete et exultate: quoniam merces vestra: copiosa est in celis. Offertorium. Letamini in domino et exultate iusti et gloriamini omnes recti corde. Secreta.

Sanctorum tuorum nobis domine pia non desit oratio: que et munera nostra tibi conciliet: et tuam nobis indulgentiam semper obtineat. Per dominum. Communio. Gaudete iusti in domino alleluya rectos decet collaudatio

Protegat domine populum Postcommunio tuum participatio celestis indulta communii: et deprecatio collata sanctorum. Per dominum. De sancto anemundo. Oratio

Sacratissimam domine diem in honorem beati anemundi martiris tui atque pontificis: da nobis cum omni humilitate venerari. et eius adesto familie tue precibus et dona. vt cuius festum celebramus: eius merito et auxilio subleuemur. Per dominum. Secreta.

Exaudi quesumus dñe preces
nostras: vt sancti annemūdi
martiris tui atqꝫ pontificis. cuius
festa solenniter celebramus: conti-
nuis foueamur auxiliis. Per dñm

Poſtcōio:

Da eterne consola-
tionis pater. per huius sācti
ānemundi martiris tui atqꝫ ponti-
ficis preces: pplo tuo pacem et salu-
tem: vt tuis tota dilectione īhereat
preceptis: et que tibi placita sunt to-
ta perficiat volūtate. Per dñm.

De sancto Michaele. Introitus.

Benedicite dñm oms ange-
li eius potentes vtute q̇
facitis verbū eius ad au-
diendam vocem sermonū eius. ps.
Benedic anima mea dño: et omnia que
intra me sunt noi sancto eius. Oratio.

Deus qui miro ordine angelo-
rū ministeria hoīmqꝫ dispen-
sas. concede propicius: vt a quibus
tibi ministrantibus in celo semper
assistitur: ab his ī terra vita nostra
muniatur. Per dñm. Lectio libri
apocalipsis beati iohānis apostoli. xii

Factum est prelium in celo:
michael et āgeli eius pugna-
bant cum drachone. Et dracho pu-
gnabat et angeli eius: et non pre-
ualuerunt. neqꝫ locus inuentus est
eorū amplius in celo. Et proiectus
est dracho ille magnus: serpens an-
tiquus. qui dicitur dyabolus et sa-
thanas. qui seducit vniuersum or-
bem: et proiectus est in terram. et
angeli eius cum illo missi sūt. Et
audiui vocem magnam de celo: di-
centem. Nunc facta est salus et vir-
tus. et regnum deo nostro. et pote-
stas cristi eius: quia proiectus est
accusator fratrum nostrorum: qui
accusabat illos. ante conspectum
dei nostri. die ac nocte. Et ipsi vice-
runt illū propter sanguinem agni
et propter verbum testimonii sui.
et non dilexerunt animas suas: vs-
qꝫ ad mortem. Propterea letamini
celi: et qui habitatis in eis.

Lectio libri apocalipsis beati iohis apli. i.

In diebus illis. Significauit
deus que oportet fieri cito:
loquens per angelum suum seruo
suo iohanni: qui testimonium per-
hibuit verbo dei. et testimonium ie-
su cristi. quecunqꝫ vidit. Beatus q̇
legit. et qui audit verba prophetie
huius: et seruat ea. que in ea scripta
sunt. Tempus enim prope est. Jo-
hannes septem ecclesiis que sunt ī
asya: gratia vobis et pax: ab eo qui
erat. et qui est. et qui venturus est.
Et a septem spiritibus qui in con-
spectu throni eius sunt: et a iesu cri-
sto qui est testis fidelis. Primogeni-
tus mortuorum: et princeps regum
terre. Qui dilexit nos: et lauit nos
a peccatis nostris: in sanguine suo
℟. Benedicite dominum omnes angeli
eius potentes virtute qui facitis verbum
eius. ℣. Benedic anima mea domino et
omnia interiora mea nomen sanctū eius
Alleluya. ℣. Sancte michael archangele
defende nos in prelio vt non pereamus ī
tremendo iudicio. Alleluya. ℣. In
cōspectu angelorum psallam tibi domine

deus meus. Prosa.

Ad celebres rex celite laudes cuncta. Clangat nūc cano ra cum vera symphonia. Odas at q solvat concio tibi nostra. Cum iam renouātur michaelis inclita valde festa. Per que letabunda per ornatur machina mūdi tota. Nones distincta pneumatū sūt agmi na per te facta. Sed cum vis facis hec flāmea per angelicas officinas Inter primeua sunt hec nam creata tua cū simus nos vltima factu ra sed ymago tua. Theologa cathe gorizās symbola nobis hec tibi tri pertita p priuata officia. Plebs an gelica phalanx et archangelica pricipās turma virtus vranica ac po testas almiphona. Dn̄antia numi na diuinaq subsellia cherubi ethe rea ac seraphi ignicoma. Vos o mi chael celi satrapa: gabrielq vera dans verbi nūcia. Atq raphael vi te vernula transferte nos intra pa radisicolas. Per vos patris cuncta cōplentur mandata q̄ dant. Eius dem sophie compar quoq pneuma vna permanens in vsya. Cui estis amministrātia: deo milia milium sacra numerata. Vices per bis qui nas bis atq quigenta vestra. Cen tena millena assistunt in aula: ad quā rex ouem centesimam. Verbi genam dragmamq decimam vr̄a duxit supra algamatha. Vox per ethera nos per rura dena. Pars ele cta armonie vota demus yperlidi ca cythara. Quod post bella michaelis iclita. Nostra deo sint accepta aurea circa arā tymiamatha. Quo in coeua iam gloria. Condecantemus omnes Alleluya.

Secundum matheum. xviii.

In illo tempore: Accesserūt discipuli ad ihm̄: dicētes. Quis putas maior est in regno celorum? Et aduocans ihūs paruulum: statuit eū in medio eoꝝ. et dixit. Amē dico vobis: nisi conuersi fueritis et efficiamini sicut paruuli. non itrabitis in regnum celoꝝ. Quicunq enim humiliauerit se sicut paruulus iste: hic maior est in regno celorum. Et qui susceperit vnū talem paruulum in nomine meo: me suscipit. Qui autem scandalizauerit vnū de pusillis istis qui in me credunt: expedit ei vt suspendatur mola asinaria in collo eius. et demergatur in profundū maris. Ve mūdo: ab scandalis. Necesse est enim: vt veniant scandala. Verūtamen ve homini illi: per quem scandalū venit. Si autē manus tua vel pes tuus scandalizat te: abscide eum et proiice abs te. Bonū est tibi ad vitam ingredi debilem. vel claudum: q̄ duas manus. vel duos pedes habentem mitti in ignem eternum. Et si oculus tuus scandalizat te: erue eum. et proiice abs te. Bonum est tibi cum vno oculo ad vitam intrare: q̄ duos oculos habentem mitti in gehēnam ignis. Videte ne cōtemnatis vnū de ex his pusillis. Dico enim vobis: quia angeli eo

rum semper vident faciem patris mei: qui in celis est. Offertor. Stetit angelus iuxta aram templi habens thuribulum aureum in manu sua: et data sunt ei incensa multa et ascendit fumus aromatum in conspectu dei alleluya. Secreta.

Hostias tibi domine laudis offerimus humiliter deprecantes: ut easdem angelico pro nobis interveniente suffragio et placatus accipias et ad salutem nostram pervenire concedas. Per dnm. Co.

Benedicite omnes angeli dni dno hymnum dicite et superexaltate eum in secula. Postco.

Beati archangeli tui michaelis intercessione suffulti: supplices te domine deprecamur: ut quod honore prosequimur: contigamus et mente. Per dnm.

Jeronimi presbiteri. Introitus.

Os iusti meditabitur sapientiam et lingua eius loquetur iudicium lex dei eius in corde ipsius. ps. Noli emulari in malignantibus: neque zelaveris facientes iniquitatem. Gloria. Oratio.

Deus qui nos annua beati Jeronimi confessoris tui solennitate letificas: da nobis eius intervenientibus meritis: et perpetua protectione muniri et salutari gaudere profectu. Per dnm.

Lectio libri sapientie. x.

Iustum deduxit dns per vias rectas: et ostendit illi regnum dei et dedit illi scientiam sanctorum. Honestavit illum in laboribus: et complevit labores illius. In fraude circumvenientium illi affuit: et honestum fecit illum. Custodivit illum ab inimicis: et a seductoribus tutavit illum. Et certamen forte dedit illi ut vinceret: et sciret quoniam omnium potentior est sapientia. Hec venditum iustum non dereliquit: sed a peccatoribus liberavit eum. Descendit cum illo in foveam: et in vinculis non dereliquit eum, donec afferret illi sceptrum regni et potentiam adversus eos qui eum deprimebant. Et mendaces ostendit qui maculaverunt illum: Et dedit illi claritatem eternam: dns deus nr. R.

Dne prevenisti eum in benedictionibus dulcedinis posuisti in capite eius coronam de lapide precioso. V. Vitam petiit et tribuisti ei longitudinem dierum in seculum seculi. Alla. V. Justus germinabit sicut lilium et florebit ineternum ante dnm.

Secundum matheum. quinto.

In illo t. Dixit i. d. s. Vos estis sal terre. Quod si sal evanuerit in quo salietur: Ad nichilum valet ultra: nisi ut mittatur foras: et conculcetur ab hominibus. Vos estis lux mundi. Non potest civitas abscondi supra montem posita. neque accendunt lucernam et ponunt eam sub modio, sed supra candelabrum: ut luceat omnibus qui in domo sunt. Sic luceat lux vestra coram hominibus ut videant opera vestra bona et glorificent patrem vestrum: qui in celis est.

Nolite putare: quoniam veni solvere legem. Non veni solvere: sed adimplere. Amen quippe dico vobis: donec transeat celum et terra, iota unum aut

apex vnus non preteribit a lege: do nec omia fiant. Qui ergo soluerit vnum de mandatis istis minimis et docuerit sic homines: minimus vocabitur in regno celoꝝ. Qui autem fecerit et docuerit: hic magnus vocabitur: in regno celoꝝ. Offꝛ. Justus vt palma florebit sicut cedrus que in libano est multiplicabitur. Secreta.

Donis celestibus da q̄s dn̄e libera nos mēte seruire: et munera que deferimus: interueniente btō ieronimo confessore tuo et medelam nobis operentur et gloriam Per. Coio. Magna est gloria eius in salutari tuo gloriam et magnum decorem impones sup eum dn̄e. Postcoio.

Repleti alimonia celesti q̄s domine. vt intercedente btō ieronimo confessore tuo: mīe tue gratiam consequi mereamur. Per do.

Remigii. Germani et Vedasti.

Sacerdotes dei benedicite dn̄m sācti et humiles corde laudate deum. p̄. Benedicite oīa opera dn̄i dn̄o: laudate et superexaltate eum in secula. Oratio.

Exaudi domine populum tuū et sanctorum confessorū tuorū remigii. germani. et vedasti. antistitum solēnia celebrantem. tp̄alis vite nos tribue pace gaudere. P

Lectio libri sapientie. Prouerbioꝝ. xv

Lingua sapientum ornat scientiam: os fatuorum ebulit stulticiam. In omni loco oculi dn̄i contemplantur. bonos et malos. Lingua placabilis: lignum vite. Que autem immoderata est: conteret spiritum. Domus iusti plurima fortitudo: et in fructibus impii conturbatio. Labia sapiētum dissemin abunt scientiam: cor stultorum dissimile erit. Victime impiorum abhominabiles deo: vota iustorum placabilia. Qui sequit̄ iusticiam: diligitur a dn̄o R. Sacerdotes eius induant salutari ꝛ sanctieius exultatione exultabunt. vꝰ. Illuc producam cornu dauid paraui lucernam cristo meo Alleluya. v. Disposui testamētum electis meis iuraui dauid seruo meo.

Secundum lucam. xii.

In illo tempore: Dixit ih̄s discipulis suis. Sint lumbi vr̄i precincti: et lucerne ardētes in manibus vr̄is. Et vos similes hoibus expectantibus dn̄m suum: quando reuertatur a nuptiis. Vt cum venerit et pulsauerit: confestim aperiāt ei. Beati sunt serui illi: quos cū venerit dn̄s inuenerit vigilātes. Amen dico vobis: ꝙ precinget se. et faciet illos discumbere. et transiēs ministrabit illis. Et si venerit in secunda vigilia. et si in tercia vigilia venerit. et ita īuenerit. beati sūt serui illi. Hoc autem scitote: qm̄ si sciret paterfamilias qua hora fur veniret vigilaret vtiqꝫ: et nō sineret perfodi domū suam. Ideoqꝫ et vos estote parati: quia qua hora non putatis: filius hominis veniet. Offertoriū Exultabunt sancti in gloria letabūtur in cubilibus suis exultationes dei in faucibus eorum. Secreta.

Preces nostras quesumus dñe et tuorum respice oblatiões fidelium: vt tibi grate sint in tuorum festiuitate sanctorũ: et nobis conferant tue propiciationis auxilium. Per dñm. Coio. Sint lumbi vestri precincti et lucerne ardentes dicit dominus et vos similes hominibus expectãtibus dominum suum quando reuertatur a nuptiis. Postcoio.

Repleti sacramento reparationis humane presta quesum⁹ dñe: vt per ea que nobis munere dignaris prebere celesti: per hec eadẽ tribuas nobis inherere celestibus donis. Per dñm. Eodem die

Germani epi et confessoris. Oratio.

Deus tuorum gloria sacerdotum. presta quesum⁹: vt sancti confessoris tui germani atq̧ põtificis. cuius festa celebramus: auxilium sentiamus. Per. Secreta.

Presta quesumus dñe: vt sanctus confessor tuus germanus atq̧ pontifex: quem ad laudẽ nominis tui dicatis muneribus honoramus: sua nos pia intercessiõe attollat. Per dñm. Postcõm.

Omps et misericors deus: qui nos sacramentorum tuorũ participes efficis et ministros: presta quesumus: vt intercedente btõ germano confessore tuo atq̧ pontifice. et fidei proficiamus augmẽto et beatitudinis iũgamur cõsortio. Per. Leodegarii epi et martiris. Orõ.

Deus q̃ btm̃ leodegariũ martirem tuũ in agone pbasti et probatum in dolore sustẽtasti: quẽ hodierna die in celestibus recipere dignatus es: presta nobis famulis tuis. vt qui gloriã non meremur: indulgentiã ipo interueniente adipisci mereamur. Per dñm. Secreta.

Concede nobis omps deus: intercedẽte btõ martire tuo leodegario: cuius ãnuã cõmeõrationẽ celebramus: vt descendat hec tua benedictio super sacrificium in transformatione sps tui sancti: vti bñdicendo benedicas: sanctificando scĩfices: vt quicunq̧ ex vtraq̧ bñdictione sũpserimus: eternitatis premiũ et vitam consequi mereamur. P.

Celesti munere Postcoio satiati quesumus domine deus noster. vt nos hec dona sancti martiris tui leodegarii deprecatione sanctificent. Per dominum.

Francisci confessoris. Oratio.

Deus qui ecclesiam tuam beati francisci meritis fetu noue prolis amplificas: tribue nobis ex eius imitatione terrena despicere: et celestium semp donorum participatione gaudere P. Secret.

Munera tibi domine oblata sanctifica: et intercedente beato francisco confessore tuo: ab omni nos culparum labe purifica. P dñm nostrum. Postcoio.

Ecclesiam tuam quesum⁹ domine gratia celestis amplificet: quam beati francisci illuminare voluisti gloriosis meritis et exemplis. Per dñm.

Sancte fidis virginis. Oratio.

Deus qui presentem diem beate fidis virginis et martiris tue martirio facis esse solemnem: presta ecclesie tue. vt cuius meritis gloriamur: eius precibus adiuuemur. Per dn̄m. Secreta.

Suscipe domine preces et hostias beate fidis virginis et martiris tue tibi dicatas: et concede vt eius nobis sint supplicatione salutares: cuius sunt veneratione solẽnes. Per dn̄m. Postcōio.

Quos refecisti dn̄e celesti conuiuio: beate fidis virginis et martiris tue iuuãte patrocinio: supernoꝝ ciuium fac dignos collegio. Per dn̄m. Marci pape. Orō.

Exaudi dn̄e preces nostras et interueniente btō marco confessore tuo atqꝫ pontifice: supplicationes nostras placatus intende. P

Accepta tibi sit dn̄e Secreta. sacrate plebis oblatio: pro tuorum honore sanctorum. quorum se meritis percepisse: de tribulatione cognoscit auxilium. Per. Postcōio.

Da q̄s domine fidelibus pplis in sanctoꝝ tuoꝝ sẽp veneratione letari: et eorum perpetua supplicatione muniri. Per dn̄m.

Eodem die Marcelli et Apulei. Oratio.

Sanctoꝝ tuoꝝ nos dn̄e marcelli et apulei beata merita prosequant꞉ et tuo semp faciant amore feruentes. Per dn̄m. Secreta.

Maiestati tue nos dn̄e hec hostia reddat immolanda acceptos: placita tuorũ digna postulatione sanctorum. Per dn̄m. Postcōio.

Sacramentis domine muniamur acceptis: et sanctorum tuorum marcelli et apulei. contra omnes nequicias irruentes: armis celestibus protegamur. Per dn̄m.

Dyonisii sociorumqꝫ eius. Introitus.

Intret in conspectu tuo domine gemitus compeditorum redde vicinis nostris septuplum in sinu eorum vindica sanguinem sanctorum tuorum qui effusus est. ps. Deus venerunt gẽtes in hereditatem tuam: polluerunt templum sanctum tuum: posuerunt ierusalem in pomorũ custodiam. Gloria patri et filio. Oratio.

Deus qui beatum dyonisium martirem tuum virtute constantie in passione roborasti: quiqꝫ illi ad predicandũ gentibus gloriã tuam rusticum et eleutheriũ sociare dignatus es. tribue nobis quesumus: ex eoꝝ nobis imitatione pro amore tuo prospera mundi despicere: et nulla eius aduersa formidare Per dn̄m. Ad hebreos. xi.

Fratres: Sancti per fidem vicerunt regna: operati sũt iusticiam. adepti sunt repromissiones Obturauerunt ora leonum: extinxerunt impetum ignis. effugarunt aciem gladii: conualuerunt de infirmitate. fortes facti sunt in bello Castra verterũt exteroꝝ: accepert mulieres de resurrectione mortuos suos. Alii autem distenti sunt: non

suscipientes redemptionē: vt meli-
orem inuenirent resurrectionem.
Alii aūt ludibria et verbera exper-
ti: insup et vincula et carceres. La-
pidati sunt. secti sunt. tentati sunt
in occisione gladii mortui sūt. Cir-
cuierunt in melotis: in pellibus ca
prinis. Egentes. angustiati. afflicti
quibus dignus non erat mundus.
In solitudinibus errantes: in mō-
tibus in speluncis. et in cauernis ter
re. Et hi oms testimonio fidei pro-
bati: inuenti sunt. In xpo iesu: dño
nostro. R. Gloriosus deus in sanctis su-
is mirabilis in maiestate faciens pdigia
V. Dextera tua dñe glorificata est in vir-
tute dextera manus tue confregit inimi-
cū. Alleluya. V. Sācti et iusti in dño gau
dete vos elegit deus in hereditatem sibi.

Gaude prole grecia Prosa.
glorietur gallia patre dyoni
sio. Exultet vberius felici parisius
illustris martirio Speciali gaudio
gaude felix concio martirū pñtia.
Quorum patrocinio tota gaudet
regio regni stat potentia. Iuxta pa
trem positi bellatores incliti digni
sunt memoria. Sed illū pcipue re-
colit assidue regalis ecclesia. Hic a
sūmo presule directus ad galliam
non gentis incredule veretur insa-
niam. Gallorū apostolus venerat
luteciam quā tenebat subdolus ho
stis velut propriam. Hic errorū cu
mulus et omnis spurcicia: hic infe-
lix pplus gaudens ydolatria. Ado-
rabat ydolū fallacis mercurii sed:
vicit dyabolum fides dyonisii. Hic
constructo dei templo verbo docet
et exēplo choruscat miraculis Tur
ba credit error cedit fides crescit et
clarescit nomē tanti presulis. His
auditis fit insanus immitis domi
cianus mittitq3 sisinniū. Qui pa-
storem aīarum fide vita signis cla
rum trahat ad suppliciū. Infligū-
tur seui pene flagrat carcer et cathe
ne catastam lectum ferreū et estū
vincit igneum. Prece domat feras
truces cedat rogum perfert cruces
post clauos et patibulū translatus
ad ergastulum. Seniore celebrāte
missam turba circunstante cristus
adest comitāte celesti militia. Spe
cu clausum carcerali consolatur et
vitali pane cibat imortali coronā-
dum gloria. Prodit martir confli-
cturus sub securi stat securus ferit
lictor sicq3 victor consummat gla-
dio. Se cadauer mox erexit trūcus
trūcum caput vexit quo ferentem
mox direxit angelorū legio. Tam
preclara passio repleat nos gaudio
Amen. Scdm matheum. V.

In illo tpe: Videns iesus tur-
bas: ascendit i montem. Et
cū sedisset: accesserūt ad eum disci-
puli eius. Et aperiens os suū: doce
bat eos dicens Beati pauperes spi
ritu: qm̄ ipsorum est regnū celorū.
Beati mites: qm̄ ipsi possidebunt
terram. Beati qui lugent: qm̄ ipsi
cōsolabuntur. Beati qui esuriunt
et sitiūt iusticiā: qm̄ ipsi saturabūt
Bti misericordes: qm̄ ipi miam cō-
sequentur. Beati mūdo corde: quo

niam ipsi deum videbūt. Beati pacifici: quoniā filii dei vocabuntur. Beati qui persecutionē patiuntur propter iusticiā: quoniaꝫ ipsorū est regnum celorū. Beati eritis cū maledixerint vobis homines et persecuti vos fuerint. et dixerint omne malum aduersū vos mentiētes: ꝑpter me. Gaudete et exultate quoniam merces vestra: copiosa est in celis: Offꝫ. Mirabilis deus in sanctis suis deus israel ipse dabit virtutem et fortitudinē plebi sue benedictus de⁹ Secreta.

Sacrificiū tibi dñe laudis offerimus i tuorū cōmemoratione sanctoꝝ: da quesumus vt quod illis cōtulit ad gloriā. nobis prosit ad salutem. Per dñm. Cō. Gaudete iusti i dño allelupa rectos decet collaudatio allelupa. Postcō.

Repleti dñe benedictione celesti quesum⁹ clemētiā tuā: vt intercedētib⁹ martirib; tuis dyonisio. rustico et eleutherio que huiliter gerim⁹: salubriter sētiamus p Calixti pape. Oratio

Deus qui nos conspicis ex nostra infirmitate deficere: ad amorem tuū nos misericorditer p sanctoꝝ tuoꝝ exempla restaura. p Secrtea

Mistica nobis dñe p/ sit oblatio: q̄ nos ꝛ a reatib⁹ nostris expediat: ꝛ perpetua saluatione cōfirmet. Per dñm. Postcō.

Presta quesumus omps deus. vt ꝛ reatum nostrū munera sacrata purificēt: ꝛ recte viuēdi nobis operētur effectum. Per dñm.

Leonardi abbis totū sicut de vno abbate.

Sancti trohesii abbatis. Oratio.

Propiciare quesumus dñe nobis famulis tuis per huius sancti cōfessoris tui trohesii abbatis qui in presenti requiescit ecclia merita gloriosa: vt ei⁹ pia itercessione ab oībus semp ꝑtegamur aduersis. Per dominū nostrū. Secreta.

Suscipiat clemētia tua quesumus dñe de manibus nrīs munus oblatum: vt per huius sancti trohesii abbatis ꝛ cōfessoris tui orationes ab omibus nos emūdet peccatis Per dominū. Postcō

Diuina libantes dñe misteria que ꝑ huius sācti trohesii abbatis et cōfessoris tui veneratione tue obtulim⁹ maiestati. presta quesumus: vt per ea veniā mereamur peccatorum: et celestis gratie donis reficiamur Per dñm nostrū.

Luce euangeliste Introitus

Os iusti meditabitur sapiētiam et lingua eius loquetur iudicium lex dei eius in corde ipsius. ps. Noli emulari in malignantibus: neq; zelaueris facientes iniquitatem. Oratio.

Interueniat ꝑ nobis dñe quesumus sanctus tuus lucas. euāgelista: qui crucis mortificatiōe; iugiter in suo corpore pro tui noīs honore portauit Per. Ad chorinthios i. ix

Fratres: Qui altario deseruiunt: cū altario participant Ita et dñs ordinauit his qui euangelium annūciant: de euangelio viuere. Ego autem nullo horū vsus

sum. Non scripsi autē hec: vt ita fi
ant in me. Bonum est enim michi
magis mori: q̄ꝑ vt gloriā meā quis
euacuet. Nā ⁊ si euāgelizauero: nō
est michi glīa. Necessitas ei michi ī
cūbit. Ve autē michi est si non euā
gelizauero. Si enim volēs hoc ago
mercedem habeo. Si autē inuitus
dispensatio michi credita est. Que
est ergo merces mea vt euangeliū
p̄dicans sine sūptu ponā euāgeliū
vt nō abutar potestate mea ī euā-
gelio. Nam cū liber essem ex oibus
oīm me seruū feci: vt plures lucri-
facerem. Et factus sū iudeis tan-
q̄ꝑ iudeus: vt iudeos lucrarer. His
qui sub lege sūt quasi sub lege essē
cū ipse non essē sub lege. vt eos qui
sub lege erant lucrifacerem. His q̇
sine lege erant tanquā sine lege es
sem: cū sine lege dei non essē: sed ī le
ge essem cristi: vt lucrifacerem eos
qui sine lege erant. Factus sū infir
mus infirmis: vt infirmos lucrifa-
cereꝫ. Oibus oīa autem factus sū
⁊ oēs saluos faciam. Oia aūt facio
propter euangeliū: vt particeps eiꝰ
efficiar. ℞. Beatus vir qui timet dñm
in mandatis eius cupit nimis. ℣. Potens
in terra erit semen eius generatio rectorꝝ
benedicetur. Allelupa. ℣. Per manus autē
euangelistarum fiebant signa ⁊ prodigia
multa in plebe. Secundum lucam. xii

In illo tp̄e Dixit iesus discipu
lis suis. Nolite timere pusil
lus grex: qꝛ cōplacuit patri vestro
dare vobis regnū. Vendite que pos
sidetis. et date elemosinā. Facite vo
bis sacculos qui nō veterascūt: the-
saurum non deficientē ī celis. quo
fur nō appropiat neqꝫ tinea corrū-
pit. Vbi enim thesaurus vester est:
ibi et cor vestrum erit. Offꝝ. Justus vt
palma florebit sicut cedrus que ī libano ē
multiplicabitur. Secreta

Donis celestibus da quesumꝰ
dñe libera tibi mēte seruire: vt mu
nera que deferimꝰ intercedēte euā
gelista tuo luca. ⁊ medelam nobis
operentur et gloriā. Per dominū.
Cō. Magna est gloria eius ī salutari tuo
gloriā et magnum decorē impones super
eum domine. Postcōm.

Presta quesumus omp̄s deus.
vt id quod de sancto altari
tuo accepimus precibꝫ beati euan
geliste tui luce sanctificet aīas no-
stras per quod tuti esse possimus. P

Sauiniani et potentiani martirū. Orō.

Omnipotens sempiterne deus
qui ꝑ gloriosa bella certami
nis ad īmortales triumphos saui-
nianū et potentianū pontifices ac
socios eorꝝ martires extulisti. da cor
dibus nostris dignam ꝑ eorꝝ cōme
moratōe leticiam. vt quorꝝ corpora
pio amore amplectimur eorꝝ preci
bus adiuuemur. Per dñm. Secreta

Sacrificiis presētibus dñe que
sumus intende placatus: et
intercedentibus sanctis martiribꝰ
tuis sauiniano ⁊ potentiano ac so
ciis eorꝝ quorum solēnia celebramꝰ
deuotioni nostre proficiāt et saluti
p. Postcōm.

Per huius dñe
operationē misterii et vicia

nostra purgentur: et intercedentibus sctis martiribus sauiniano et potentiano quorum memoriã celebramus iusta desideria cõpleant. Per

Undecim miliũ virginum Introitus.

Gaudeamus omnes in dño diem festũ celebrantes sub honore sanctarum virginum de quarum passione gaudent angeli et collaudant filiũ dei. ps. Eructauit cor meũ verbũ bonũ: dico ego opera mea regi. Oratio.

Da nobis quesumus dñe deus noster sanctarum virginũ martirũq3 tuarum palmas incessabili deuotione venerari. vt quas digna mẽte nõ possum⁹ celebrare. humilib3 saltẽ frequentemus obsequiis. Per.

Ad corinthios. Qui gloriatur in dño. quere in cõi vnius virginis. R. Gloriosus deus in sanctis quere in cõi plurimorũ martirũ. Allelupa v. Adducẽtur regi virgines post eã proxime eius offerentur in leticia. Euangelium Simile est regnum celorũ decem. quere in cõi vnius virginis Secreta.

Concede quesumus omps de⁹ vt huius sacramenti mun⁹ oblatũ: fragilitatem nostrã ab oĩ malo purget semper et muniat. Per

Cõ. Quinq3 prudentes virgines: quere in communi vnius virginis. Postcõm.

Munera tua nos de⁹ a delectationibus terrenis expediãt et per intercessionẽ sãctarum virginũ martirũq3 tuarum: celestibus semper instruamur alimentis. Per do

Seuerini epi et confessoris. Orõ.

Deus qui beatũ seuerinũ confessorem tuum atq3 pontificem hodierna die suscepisti. concede propicius: vt qui eius gaudem⁹ meritis prouocemur exemplis. et eius intercessione veniam et vitã mereamur eternam. Per dñm Secreta

Hec sacra nos quesumus dñe que pro venerandis beati seuerini cõfessoris tui atq3 pontificis deferimus meritis: vincula peccatorum nostrorũ soluant: et eius obtẽtu ab omibus tueamur aduersis. Per dñm nostrũ. Postcõ.

Dignum munus ppetue salutis sumentes clementiã tuã oĩpotens deus supplices imploramus: vt beato seuerino intercedente vite celestis premia consequi mereamur. Per dominũ nostrũ.

Maglorii episcopi et cõfessoris: totũ de cõi

Crispini et crispiniani. Introitus

Iudicant sancti gentes et dominãtur populis et regnabit dñs deus illorum imperpetuum. ps. Exultate iusti i dño: rectos decet collaudatio. Oratio

Deus qui nos annua beatorũ martirũ tuorũ crispini et crispiniani solẽnitate letificas. presta quesumus: vt quorũ gaudem⁹ meritis pnocemur exẽplis. Per dñm.

Lectio libri sapientie.

Reddet deus mercedem laborũ sanctorum suorũ et deducet illos in via mirabili. Et fuit illis in velamento diei: et in luce stellarum nocte: Trãstulit illos per mare rubrum: et transuexit eos per aquam

nimiã. Inimicos autem illorum demersit in mare: et ab altitudine inferorum eduxit illos. Ideo iusti tulerunt spolia impiorum: et decantauerunt dñe nomen sanctũ tuũ: Et victricem manum tuam laudauerunt pariter: dñe deus noster. ℞. Iustorum aie in manu dei sunt et nõ tanget illos tormentum malicie. v⁹. Visi sunt occulis insipiẽtium mori illi aũt sũt i pace. Allelu ya. v. Sancti mei qui i carne positi certamen habuistis ego reddam vobis Secundum matheum. xxiiii.

In illo tpe: Sedẽte iesu supra montẽ oliueti: accesserũt ad eũ discipuli eius secreto dicentes. Dñe dic nobis quando hec erũt et quod signũ aduentus tui: et consũmationis seculi. Et respondens iesus: dixit eis. Videte ne quis vos seducat. Multi enim venient in noie meo dicentes. qr ego sum cristus: et multos seducent. Audituri ei estis prelia: et opiniones preliorũ Videte ne turbemini. Oportet enĩ hec fieri. sed nondũ est finis Cõsurget enĩ gens in gentem: et regnũ in regnũ et erunt pestilẽtie et fames et terre motus per loca Hec aũt oĩa: inicia sũt dolorum. Tunc tradent vos i tribulatione et occident vos: et eritis odio oĩbus hoĩbus propter nomen meum Et tunc scandalizabuntur multi. et inuicẽ se tradent. et odio habebunt inuicem. Et multi pseudo prophete surgent: et seducent multos. Et quoniã abundauit iniquitas: refrigescet caritas multorum.

Qui autem perseuerauerit vsqz in finem: saluus erit. Offertorium. Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium laqueus contritus est et nos liberati sumus Secreta

Hostia hec quesumus dñe quã sanctorũ tuorum natalicia recensentes offerim⁹. et vincula nostre prauitatis absoluat. et tue nobis mĩe dona cõciliet. Per. Cõm. Et si coram hoĩbus tormenta passi sunt deus tentauit illos tanq̃ aurum in fornace probauit eos et sicut olocausta accepit eos.

Sacro munere satiati Postcõ. supplices te dñe deprecamur vt quod debite seruitutis celebramus officio. saluationis tue sẽtiamus augmentum Per dñm

In exceptiõe brachii sãcti cirici.

Letabitur iustus in dño et sperabit in eo et laudabũtur omnes recti corde. Ps. Exaudi. deus orationem meã cum deprecor: a timore iimici eripe aĩam meã. Orõ

Letetur ecclesia tua deus beati cirici martiris tui confisa suffragiis: atqz eius precibz gloriosis et deuota permaneat: et secura consistat. Per dominũ nostrũ Ad tymotheum secunde ii.

Carissime. Memor esto dominum nostrum iesum cristũ resurrexisse a mortuis ex semie dauid secundũ euangeliũ meũ i quo laboro vsqz ad vincula quasi male operans: sed verbũ dei non est alligatũ. Ideo oĩa sustineo propter electos: vt et ipsi salutem cõsequãtur

que est in cristo iesu cum gloria celesti. Tu autē assecutus es meam doctrinam: institutionem: ppositū Longanimitatē. dilectionem. patiētiam: psecutiones: passiones. Qualia michi facta sūt. āthyochie: ychonie. listris: quales persecutiones sustinui. et ex omibus eripuit me dn̄s. Et omnes qui volunt pie viuere: ī xp̄o psecutionē patiūtur. R. Posuisti domine ī capite eius coronam de lapide precioso. V. Desiderium aīe eius tribuisti ei et voluntate labiorum eius nō fraudasti eū. Alleluya. V. Letabitur iustus ī dn̄o et sperabit ī eo et laudabūtur omnes recti corde

Secundum iohannem xii.

In illo tp̄e Dixit iesus discipulis suis. Amen amen dico vobis: nisi granum frumenti cadens in terra mortuū fuerit: ipsū solum manet. Si autem mortuū fuerit: multum fructū affert. Qui amat animam suā: perdet eam. Et qui odit animam suam in hoc mundo in vitam eternā custodit eam. Si quis michi ministrat: me sequatur Et vbi sū ego: illic et minister meus erit. Si quis michi ministrauerit: honorificabit eum pater meus: qui est in celis. Offr. Gloria et honore coronasti eum et constituisti eū super opera manuum tuarum dn̄e. Secreta.

Suscipe quesumus dn̄e munera que in eius solēnitate deferimus: cuius confidimus patrocinio liberari. Per dn̄m. Cō. Magna est gloria eius in salutari tuo gloriam et magnum decorem impones super eū domine. Postcōm.

Satiasti dn̄e familiā tuā mūeribus sacris ei9qs interuētione nos refoue: cui9 solēnia celebram9 Per dominū nostrum

In vigilia apostolorum symonis et iude

Intret in conspectu tuo domine gemitus cōpeditorū redde vicinis nostris septuplum in sinu eorū vindica sanguinem sanctorū tuorum qui effusus est. ps. Deus venerunt gentes in hereditatem tuam: polluerunt templum sanctum tuum posuerunt ierusalem in pomorum custodiam. Oratio.

Concede quesumus omnipotēs deus: vt sicut apostolorum tuorum symonis et iude gloriosa natalicia preuenimus: sic ad tua beneficia promerenda maiestatem tuam ipsi pro nobis preueniant Per dn̄m

Ad ephesios quarto

Fratres: Vnicuiqꝫ nostrum data est gratia secundū mensurā donationis cristi Propter quod dicit scriptura: Ascendens in altum captiuam duxit captiuitatē: dedit dona hominibus. Quod autē ascēdit quid est: nisi q2 descendit primū in inferiores partes terre. Qui descendit ipse est et qui ascendit super omnes celos: vt adimpleret omia. Et ipse dedit quosdam quidē apostolos: quosdam autem prophetas Alios vero euangelistas. alios aūt pastores et doctores. ad consūmationem sanctorū: in opus ministerii: ī edificationē corporis cristi. Donec

occurramus omnes in vnitatem fidei. et agnitionem filii dei: in viruꝫ perfectum i mensuram etatis plenitudinis iesu cristi: domini nostri ℞. Vindica dñe sanguinem sancto℞ tuorum qui effusus est. ℣. Posuerunt mortalia seruo℞ tuo℞ escas volatilibus celi carnes sanctorum tuorum bestiis terre.

Secundum iohannem xv.

In illo tpe: Dixit iesus discipulis suis. Ego sum vitis vera et pater meus agricola est. Omnē palmitem in me non ferentem fructum tollet eum: et omnē qui fert fructum purgabit eum. vt fructuꝫ plus offerat. Jam vos mundi estis: propter sermonem quem locutus sum vobis. Manete in me: et ego i vobis. Sicut palmes nō potest fructum facere a semetipso nisi māserit in vite: sic nec vos nisi māseritis in me. Ego sum vitis: et vos palmites. Qui manet in me: et ego in eū hic fert fructum multū: qꝛ sine me nichil potestis facere. Et si quis in me non manserit: mittetur foras sicut palmes et arescet: et colligent eum et in ignem mittent et ardet Si manseritis in me ⁊ verba mea in vobis māserint: quodcūqꝫ volueritis petetis. et fiet vobis Offer. Exultabunt sancti in gloria letabuntur i cubilibus suis exultationes dei i faucibꝫ eorū

Muneribus nostris Secre dñe apostolorū tuorū symonis et iude festa precedimus hūiliter postulantes: vt que conscientie nostre prepediūtur obstaculis: illorum meritis tibi grata reddantur Per dñm. Cō. Justorum aīe i manu dei sunt et non tanget illos tormētū malicie visi sūt oculis insipientium mori illi aūt sunt in pace Postcōm.

Sumpto dñe sacramento te suppliciter deprecamur: vt intercedētibꝰ beatis apostolis tuis symone et iuda: quod tēporaliter gerimus ad vitam capiamus eternam. Per dominū nostrū In die. Introitus

Michi autē nimis honorati sunt amici tui deus nimis cōfortatus est pricipatus eorum. ps. Domine probasti me ⁊ cognouisti me: tu cognouisti sessionem meam et resurrectionem meam Oratio.

Deus qui nos per beatos apostolos tuos symonem ⁊ iudā ad agnitionem tui nōis venire tribuisti: da nobis eorū gloriā sēpiternam: et proficiendo celebrare: et celebrādo proficere Per dñm nostrū Ad romanos. octauo

Fratres Scimus qm̄ diligentibus deū oīa cooperantur in bonum: his qui secundū propositū vocati sūt sancti. Nam quos presciuit et predestinauit cōformes fieri ymaginis filii sui: vt sit ipse primogenitus i multis fratribus. Quos autem predestinauit: hos ⁊ vocauit Et quos vocauit: hos et iustificauit. Quos autem iustificauit illos et magnificauit. Quid ergo dicemus ad hec? Si deus pro nobis qͥs cōtra nos? Qui etiam proprio filio suo non pepercit. sed pro nobis om

nibus tradidit illũ. Quomodo nõ etiam cum illo oĩa nobis donauit: Quis accusabit aduersus electos dei? Deus qui iustificat: quis est q̃ condemnet? Cristus iesus qui mortuus est pro nobis immo qui et resurrexit. qui est ad dexterã dei: qui etiam interpellat pro nobis. ℞. Nimis honorati sunt amici tui deus nimis cõfortatus est principatus eorum. ℣. Dinumerabo eos et super arenã multiplicabũtur. Allelupa. ℣. Cũ sederit filius hoĩs i sede maiestatis sue tunc dicet illis qui a dextris eius erunt venite benedicti pris mei percipite regnum cũ gaudio magno.

Secundum lucam decimo.

In illo tp̃e: Designauit dñs et alios septuaginta duos: ⁊ misit illos binos ante faciem suam ĩ omnẽ ciuitatem ⁊ locum: quo erat ipse venturus. Et dicebat illis. Messis quidẽ multa: operarii autẽ pauci. Rogate ergo dñm messis: vt mittat operarios in messem suam Ite Ecce ego mitto vos: sicut agnos ĩter lupos. Nolite portare sacculu; neq; peram neq; calciamenta: ⁊ neminem per viam salutaueritis. In quãcũq; domum intraueritis: primum dicite. Pax huic domui. Et si ibi fuerit filius pacis: requiescet super illum pax vestra. Si autem ad vos reuertetur. In eadem autẽ domo manete: edentes et bibentes que apud illos sunt Dignus est eĩ operarius. mercede sua Offr. In omnem terram exiuit sonus eorum et in fines orbis terre verba eorum. Secreta.

Gloriã dñe sctõꝝ aplõꝝ tuoꝝ perpetuam recolẽtes quesumus: vt eadem sacris misteriis expiati dignius celebremus Per do. Cõ. Vos qui secuti estis me sedebitis sup sedes iudicãtes duodecim tribus israel dicit dominus. Postcõm.

Perceptis dñe sacramẽtis supplices te rogamus. vt intercedentibus beatis apostolis tuis symone et iuda que pro illorũ veneranda gerimus passione: nobis proficiant ad medelam Per dñm.

De sancta genoueta Introitus.

Veneremur omnes ĩ dño voce corde nisu toto sanctitatem genouefe virginis de cuius suffragiis gaudent populi et collaudant filium dei. ps. Eructauit cor meum verbũ bonum: dico ego opera mea regi Oratio.

Beate genouefe virginis dñe deus gloriosis meritis adiuuemur: et eius sacro interuẽtu corporis et aĩe sanitate gaudẽtes: gratia cooperante saluemur. Per do. Epistola. Qui gloriatur. quere in cõi vnius virginis. ℞. Propter veritatem de cõi. Allelupa. ℣. Ora pro nobis miseris virgo sancta genoueta que nunc gaudes ĩ superis miraculis innumeris fulgens virtute benigna. Prosa

Ignem sacrum refrigerat post mortem viuens meritis Que prius in se vicerat estus interni fomitis. Morti morbis demonibus ⁊ elemẽtis imperat. Sic genoueta precib; nature leges superat Operatur in

paruulis cristi virtus magnalia. Cristo pro tot miraculis laus frequens iugis gloria. Amē. Euāgeliū. Simile est regnum celorū decem virginibus. vt i cōi vni⁹ virginis. Offr. Diffusa. vt i cōi vnius virginis. Secreta

Interueniēte pro nobis beata virgine genoueffa clementiā tuam deposcimus pie pater: vt salutem animarū nostrarū pariter et corporum hec hostia sacrosācta efficaciter operetur. Per dñm. Cō. O genoueffa respice nos pietatis oculo consors lucis angl'ice celesti clara titulo regis assistens vultui nos regi reconcilia da nobis spōso pꝛcui spōsa spōsiqꝫ filia. Postcō

Beate genouefe virginis precibus cōfidentes quesumus domine: vt per ea que sūpsimus: eterna remedia capiamus Per dñm.

Quintini martiris Oratio.

Adesto dñe supplicationibus nostris et intercessione beati quintini martiris tui: perpetuaꝫ nobis misericordiam benignus impende Per dñm nostrum. Secreta.

Hostias dñe quas tibi offerim⁹ propicius suscipe: et intercedente beato quintino martire tuo vincula peccatorum nostrorum absolue. Per dñm nostrum. Postcōm.

Presta quesumus dñe vt sacramenti tui participatione vegetati: sācti quoqꝫ martiris tui quintini precibus adiuuemur. Per dñꝫ

In vigilia oim sāctoꝝ Introit⁹

Iusti epulentur et exultent in cōspectu dei et delectentur in leticia. ps Exurgat deus et dissipentur inimici eius: et fugiant qui oderūt eum a facie eius. Oratio.

Domine deus noster multiplica super nos gratiam tuam et quorum preuenimus gloriosa solēnia: tribue subsequi in sancta pfessione leticiam. Per dñm

Lectio libꝛi apo. bti iohannis apostoli. xix

In diebꝫ illis: Audiui quasi vocem magnam turbarum mltarum i celo dicentium: Alleluya laus et gloria et virtus deo nostro est: quia vera et iusta iudicia eius sūt: qui iudicauit de meretrice magna que corrupit terram in prostitutione sua. et vindicauit sanguinem seruorum suorum de manib⁹ eius Et iteꝝ dixerūt all'a Et fum⁹ ei⁹ ascēdit i secula seculoū Et ceciderunt vigintiquattuor seniores et quattuor animalia: et adorauerūt deum sedentem super thronum. dicentem amen alleluya. Et vox de throno: exiuit dicens. Laudem dicite deo nostro omnes sancti eius: et qui timetis deum pusilli et magni Et audiui quasi vocem tube magne: et sicut vocem aquarum multarum. et sicut vocem tonitruoruꝫ magnorum dicentium alleluya. Quoniam regnabit omnipotens dominus deus noster gaudeamuꝫ et exultemus et dem⁹ gloriam ei: quia venerunt nuptie agni. et vxor eius preparauit se: et datum est ei. vt cooperiat se bysso splendente et candido. Byssinum enim: iustifi

cationes sunt sanctorum. ℟. Exultabunt sancti in gloria letabuntur in cubilibus suis. ℣. Cantate domino canticū nouum laus eius in ecclesia sanctorum.

Secundum lucam. Sexto.

In illo tempore: Dixit iesus discipulis suis. Beati eritis cum vos oderint homines et cū separauerint vos et exprobrauerint et eiecerint nomen vestrum tanꝙ malum: propter filium hominis. Gaudete in illa die et exultate: ecce enim merces vestra multa est in celis. Secūdum hec enim: faciebāt prophetis patres eorum. Veruntamen ve vobis diuitibus: qui habetis consolationem vestram. Ve vobis qui saturati estis: quia esurietis. Ve vobis qui ridetis nūc: quia lugebitis et flebitis. Ve cum benedixerint vobis omnes homines: secundum hec faciebant pseudo prophetis patres eorum. Sed vobis dico: qui auditis. Diligite inimicos vestros: benefacite his qui oderunt vos. Benedicite maledicētibus vobis: et orate pro calumniantibus vos. Et qui te percutit in maxillā prebe ei et alteram. Et ei qui aufert tibi vestimentum: etiam tunicam noli prohibere. Omni autem petēti te tribue. Et qui aufert que tua sunt ne repetas. Et prout vultis vt faciant vobis homines: facite illis similiter. Et si diligitis eos qui vos diligunt: que vobis est gratia? Nam et peccatores diligentes se diligunt. Et si benefeceritis his qui vobis benefaciunt: que vobis est gratia? Nam et peccatores hoc faciunt. Et si mutuū dederitis his a quibus speratis recipere: que grā est vobis? Nam et pctōres peccatoribus fenerantur: vt recipiāt equalia. Veruntamen diligite inimicos vestros: et benefacite. et mutuū date: nichil inde sperātes. Et erit merces vestra multa in celis. Offer.

Gloriabuntur in te omnes qui diligunt nomen tuum qm̄ tu benedices iusto dn̄e vt scuto bonevolūtatis tue coronasti nos

Altare tuum Secreta.

domine quesumus muneribus sacris cumulamus oblatis: da quesumus: vt ad salutem nostram oīm sanctorum tuorum deprecatione proficiant: quorum solēnia ventura precurrimus. Per dn̄m nrm̄:

Coio. Ego vos elegi de mundo vt eatis et fructum afferatis et fructus vester maneat. Postcōm.

Sacramētis domine et gaudijs optate celebritatis expletis: quesumus: vt eorum precibus adiuuemur. quorum recordationibus nobis exhibentur. Per dn̄m.

In die oim sctōꝝ ad missam Introitus.

Gaudeamus omnes in domino diem festum celebrantes sub honore sanctorum oīm de quorum solemnitate gaudent angeli et collaudant filium dei. ps. Exultate iusti in domino:

rectos decet collaudatio. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus qui nos oim̄ sanctorum merita sub vna tribuisti celebritate venerari: quesumus. vt desideratam nobis tue propiciationis abundantiam: multiplicatis intercessoribus largiaris. Per dn̄m. Lectio libri apocalipsis beati iohannis apostoli. vii.

Ecce ego iohannes vidi angelum dei ascendētem ab ortu solis: habētem signum dei viui. Et clamauit voce magna quattuor angelis: quibus datū est nocere terre et mari dicens. Nolite nocere terre. et mari. neqꝫ arboribus: quoadusqꝫ signemus seruos dei nostri in frōtibus eorum. Et audiui numerum signatorum. centūquadragintaquattuor milia. ex omni tribu filiorum israel. Ex tribu iuda: duodecim milia signati. Ex tribu rubē: duodecim milia signati. Ex tribu gaad: duodecim milia signati. Ex tribu aser: duodecim milia signati Ex tribu neptalim: duodecim milia signati. Ex tribu manasse: duodecim milia signati. Ex tribu symeon: duodecim milia signati. Ex tribu leui: duodecim milia signati Ex tribu ysachar: duodecim milia signati. Ex tribu zabulon: duodecim milia signati. Ex tribu ioseph: duodecim milia signati. Ex tribu beniamin: duodecim milia signati Post hec vidi turbam magnam. quam dinumerare nemo poterat: ex omnibus gentibus et tribubus et populis et linguis. stantes ante thronum: et in conspectu agni amicti stolis albis: et palme in manibꝫ eorum. Et clamabāt voce magna dicentes. Salus deo nostro: qui sedet super thronum et agno. Et omnes angeli stabant in circuitu throni et seniorum. et quattuor animalium: et ceciderūt in conspectu throni in facies suas: et adorauerunt deum. dicentes amen. Benedictio. et claritas. et sapientia. et gratiarum actio: honor. et virtus. et fortitudo. deo nostro: in secula seculoꝝ amen ℟. Timete dominū omnes sancti eius quoniam nichil deest timentibus eum. ℣. Inquirentes autem dominum non deficient omni bono. Allelupa. ℣. Iudicabunt sancti nationes et dn̄abuntur populis et regnabit illorum rex ineternum.

Christo inclitam Prosa. candida nostra canunt melodiam agmina. Laudes omnibus dantia sanctis per hec sacrata festalia. Mariam primum vox sonet nostra per quam nobis vite sunt data premia. Regina que es mater et casta solue nostra per filium peccamina. Angelorum concio sacra: et archangelorum turma inclita. Nostra diluant iam peccata prestando superam celi gloriam. Tu propheta preco lucerna atqꝫ plusꝙ propheta. In lucida nos pone via mundās nr̄a corpa. Aplōꝝ pnceps atqꝫ cūcta iūcta caterua Iam corroborā vera ī doctrina plebis pectora Stephane gloriose rutilans in co

rōna. Sanctorumqȝ martirum tur ma valida. Fortia date corda. Cor pora eque firma. Sacra vt hostem vincant rite spicula. Martine incli te et presulum omnis caterua. Su scipe nunc pia vota nostra clemēs precata regina virginum perma xima tu mater es incorrupta vir goqȝ grauida. Sacrata domino es castitas. nrās serua animas mun daqȝ corpora. Monachorum vene randa suffragia. Omniumqȝ san ctorum contubernia. Per precata assidua nostra gubernent tempora Nosqȝ ducant ad supera polorum vera gaudia. Subiungant pium agmina. Amen redempta.

Secundum matheum. quinto.

In illo tempore: Videns ihūs turbas: ascendit in montem Et cum sedisset: accesserunt ad eū discipuli eius. Et aperiens os suū: docebat eos. dicens. Beati paupe res spiritu: quoniam ipsorum est re gnum celoꝝ. Beati mites: qm̄ ipsi possidebunt terram. Beati qui lu gent: quoniam ipsi consolabuntur Beati qui esuriunt et sitiunt iusti ciam: qm̄ ipsi saturabuntur. Beati misericordes: qm̄ ipi misericordiam consequentur. Beati mundo corde: qm̄ ipsi deum videbunt. Beati pa cifici: qm̄ filii dei vocabuntur. Bea ti qui persecutionem patiuntur ꝓ pter iusticiam: qm̄ ipsorū est regnū celorum. Beati eritis cum maledi xerint vobis homines et persecuti vos fuerint. et dixerint omne ma lum aduersum vos mentientes: ꝓ pter me. Gaudete in illa die et exul tate: quoniam merces vestra: copio sa est in celis. Offer. Letamini in do mino et exultate iusti et gloriamini om nes recti corde. Secreta

Munera tibi domine nostre de uotionis offerimus: que et ꝓ cunctorum tibi grata sint honore sanctorū: et nobis salutaria te mi serante reddantur. Per dn̄m.

Coio. Beati mundo corde quoniam ipsi deum videbunt beati pacifici quoniam fi li dei vocabuntur beati qui persecutionē patiuntur propter iusticiam quoniam ipso rum est regnum celorum. Postcoio.

Da quesumus domine fideli bus populis oīm sanctorū semper veneratione letari: et eorū perpetua supplicatione muniri. P

De sancto Eustachio. Oratio.

Da nobis quesumus domine continuata sanctoꝝ marti rum tuorum eustachii sociorumqȝ eius intercessione salutem et pacē: vt quorum gaudemus triumphis: ꝓ tegamur subsidiis. Per. Secreta

Ad martirū tuorum eustachii sociorumqȝ eius festa veniē tes domine munera noī tuo dican da offerimus: vt illis reuerentiam deferentes: nobis veniam impetre mus. Per dn̄m. Postcoio

Protege q̄s dn̄e plebem tuam et festiuitatem martirū tuo rū eustachii sociorumqȝ eius. quam nobis tradis assidue: debitā tibi ꝑ solui precibus concede sctōꝝ. Per.

In cõmemoratione defunctoꝝ Officium

Requiem eternam dona eis dñe et lux ppetua luceat eis. ꝑ. Te decet hymnus deus in syon: et tibi reddetur votum in ihrl'm: exaudi orõnem meã: ad te oĩs caro veniet

Fidelium deus oĩm Oratio. conditor et redemptor aĩab; famuloꝝ famularũq; tuarũ: remissionem cunctorum tribue pctõrum vt indulgentiam quam semp optauerunt piis suppplicationibus cõsequantur. Qui viuis et regnas cum deo patre in vnitate sp̃s sancti deus Per omnia secula seculorum

Ad corinthios. xv.

Si cristus predicatur ꝙ resurrexerit a mortuis: quomodo quidam dicunt in vobis: qm̃ resurrectio mortuoꝝ non est: si autem resurrectio mortuoꝝ non est: neq; cristus resurrexit. Quod si cristus nõ resurrexit: inanis est predicatio nostra: inanis est ⁊ fides vestra. Inuenimur autem et falsi testes dei: qm̃ testimoniũ diximus aduersus deũ ꝙ suscitauerit xp̃m: quem non suscitauit: si mortui non resurgunt. Nam si mortui non resurgunt: neq; xp̃us resurrexit. Quod si cristus non resurrexit: vana est fides vr̃a. Adhuc eñi estis: in pctis vestris. Ergo et qui dormierũt in cristo: perierũt. Si in hac vita tantũ in xp̃o sperãtes sumus: miserabiliores sum⁹ oĩbus hoĩb;. Nũc aũt xp̃s resurrexit a mortuis: primitie dormientiũ Qm̃ quidem per hoĩem mors: et p hoĩem resurrectio mortuoꝝ. Et sicut in adam oñis moriuntur: ita ⁊ in xp̃o omnes viuificabunt. Vnusquisq; enim: in suo ordine: primitie xp̃us. R. Si ambulem in medio vmbre mortis non timebo mala qm̃ tu mecũ es dñe. v. Virga tua ⁊ baculus tuus ipsa me consolata sunt. Tractus.

De profundis clamaui ad te dñe domine exaudi vocem meam. v. Fiant aures tue intendentes in orationẽ serui tui. v⁹. Si iniqtates obseruaueris dñe dñe q̃s sustinebit. v. Qr apud te propiciatio est ⁊ propter legem tuã sustinui te dñe.

Secundum iohannem. vi.

In illo tp̃e: Dixit ihũs discipulis suis. Omne q̃d dat michi pater ad me veniet: et eũ qui venit ad me: non eiiciam foras. Quia descendi de celo: non vt faciam volũtatem meã: sed volũtatem eius qui misit me. Hec est aũt volũtas eius qui misit me patris: vt oñe q̃d dedit michi non perdam ex eo: sed resuscitem illud ĩ nouissimo die. Hec est eñi volũtas patris mei qui misit me: vt oĩs qui videt filiũ ⁊ credit in eũ: habeat vitã eternam. Et ego resuscitabo eum: in nouissimo die. Offertoriũ O pie iesu qui primum hominem ad eternam patriã reuocasti pastor bone qui ouem perditam pio humero ad ouile reportasti iuste iudex dũ veneris iudicare libera de morte aĩas eoꝝ quos redemisti ne tradas bestiis aĩas ꝯfitentes tibi ne derelinquas eas in finem. v⁹. Hostias et preces tibi domine offerimus. v. Tu suscipe pro animabus illis quarum hodie

memoriam agimus fac eas domine de morte transire ad vitam: Secreta.

Hostias quesumus domine quas tibi pro animabus famulorum famularumque tuarum offerimus propiciatus intende: vt quibus fidei cristiane meritum contulisti. dones et premium. Per dominum.

Coio. Lux eterna luceat eis domine cum sanctis tuis ineternum qui pius es. v. Requiem eternam. etc. Cum sanctis. etc. Postcoio.

Animabus quesumus domine famulorum famularumque tuarum. oratio proficiat supplicantium vt eas et a peccatis omnibus exuas. et tue redemptionis facias esse participes. Per dominum nostrum ihesum.

Leonardi abbatis. Oratio.

Maiestati tue quesumus domine sanctissimi confessoris tui leonardi: nos pia iugiter commendet oratio vt quem annuo veneramur officio ipsius suffragio subleuemur optato. Per dominum. Secreta.

Muneribus sacris et precibus beati leonardi confessoris tui atque abbatis: nobis domine succurre placatus. et presta: vt quod fideliter petimus efficaciter impetremus. Per. Postcoio.

Purificet semper et muniat tui nos domine susceptio sacramenti et intercessione sanctissimi confessoris tui leonardi perpetuis per eam mereamur gaudiis admisceri. Per

Claudii sociorumque eius. Oratio

Presta quesumus omnipotens deus: vt qui gloriosos martires tuos claudium. nichostratum. simphorianum. castorium. atque simplicium. fortes in sua confessione cognouimus: pios apud te in nostra intercessione sentiamus. Per

Benedictio tua domine Secreta larga descendat: que et munera nostra deprecantibus sanctis tuis tibi reddat accepta. et nobis sacramentum redemptionis efficiat. Per.

Celestibus refecti Postcom. sacramentis et gaudiis supplices te domine deprecamur: vt quorum gloriamur triumphis: protegamur auxiliis. Per. Quattuor coronatorum. Oro.

Annua domine martirum tuorum seueri seueriani. carpophori. et victorini vota recurrimus: maiestatem tuam suppliciter deprecantes: vt cum temporalibus incrementis prosperitatis eterne sanctorum coronatorum capiamus augmentum. Per.

Hostias tibi domine comme Secreta morationis deferimus supplicantes: vt indulgentiam nobis conferant pariter et salutem. Per. Postcoio

Sanctorum tuorum quattuor coronatorum quesumus domine nos semper festa letificent: et maiestati tue perpetua placatione commendent. Per.

Sancti benigni martiris. tot officium fit sicut vnius martiris preter collectas. epistolam. et euangelium. Oro.

Omnipotens sempiterne deus: qui hunc diem nobis honorabilem beati benigni martiris tui solennitate tribuisti: da quesumus ecclesie tue in hac celebritate leticiam. vt cuius solennia veneramur in terris: eius intercessione subleuemur in celis. Per

Lectio libri sapientie. Eccl. xliiii.

B Enedicentes dñm: exaltate il lū q̄ntum potestis. Maior est eni oi laude. Ipse seduxit iustū per viam rectam: cuius memoria in benedictione est. In sermone eius siluit ventus: cogitatione sua placauit abyssum. et plātauit illū dñs iesus. Qui nauigat mare enarrat pericula eius: et audiētes aurib; nris admirabimur. In boitate benignitatis et alacritate aie sue: placuit deo israel. Ideo statuit illi testamētū pacis: vt sit illi sacerdotii dignitas ieternū. Inuocauit dñm omnipotentē: et dedit in dextera eius tollere hoiem fortem in bello. et exaltare cornu gentis sue. In diebus illis non pertimuit pricipem: et in potentia nemo vicit illū. nec supauit illū verbū aliqd: et mortuū pphetauit corpus ei⁹. In vita sua fecit mōstra: et in morte operatus est mirabilia. In oi ore quasi mel indulcabitur eius meōria: et vt musica in cōuiuio vini. Ipe est directus diuinitus in penitentia gentis: et tulit abhoiationes ipietatis. Et gubernauit ad dñm cor ipsius. et in diebus pctōꝝ corroborauit pietatem. Homo princeps fratrū: firmamētū gentis. stabilimētū ppli rector fratrū. Et ossa ipsius visitata sūt: et post mortem pphetauerūt. Btūs qui in istis versatur bonis. Qui ponit illa in corde suo: sapiens erit semp. Si eni hec fecerit ad oia valebit: qr lux dei vestigiū eius est. R. v. et All'a. quere i cōi vni⁹ martiris. Scdm matheū ix. et x.

I N illo tpe: Circuibat ihūs oēs ciuitates et castella: docens in sinagogis eoꝝ: et predicans euāgeliū regni. et curās oēm languorem et oēm infirmitatē. Videns aūt turbas misertus est eis: qr erāt vexati et iacentes sicut oues non hñtes pastorem. Tunc dicit discipulis suis. Messis qdem multa: oparii autem pauci. Rogate ergo dñm messis: vt mittat operarios in messem suam. Eūtes aūt pdicate dicentes. qr appropinquabit regnum celoꝝ. Infirmos curate: mortuos suscitate. leprosos mundate. demones eiicite. Gratis accepistis: gratis date. Et ecce ego mitto vos. sicut oues in medio lupoꝝ. Estote ergo prudentes sicut serpentes: et simplices sicut columbe. Offꝝ. Gloria et honore. quere in cōi vnius martiris. Secreta.

M Unera populi tui quesumus dñe placatus assume: et beati benigni martiris tui suffragio. a cunctis eū nexibus pctōꝝ propiciatus absolue. Per dñm. Coio. Posuisti dñe in capite: quere in cōmuni vnius mrꝝ.

R Repleti muneribus Postcoio. alacris quesumus omnipotēs deus: vt in cuius hec veneratione peregimus: eius semper meritis adiuuemur. Per dñm.

Theodori martiris. Oratio.

D Eus qui nos beati theodori martiris tui confessione gloriosa circundas et protegis: presta nobis eius imitatione proficere et oratione fulciri. Per dñm. Secreta.

Suscipe domine fidelium preces cum oblationibus hostiarum: et intercedente beato theodoro martire tuo: per hec pie deuotionis officia: ad celestem gloriam trāseamus. Per dn̄m. Postcōio.

Presta nobis dn̄e quesumus intercedente btō theodoro martire tuo: vt que ore contigimus: pura mente capiamus. Per dn̄m.

Martini pape meōria. Sancti martini epi et ↄfessoris. Introitus.

Statuit ei dominus testamentum pacis: et principem fecit eum vt sit illi sacerdotii dignitas ineternum. ps. Mias dn̄i: ineternum cantabo. Oratio.

Deus qui cōspicis quia ex nulla nostra virtute subsistimus: concede propicius. vt intercessione beati martini confessoris tui atqꝫ pontificis: cōtra omia aduersa muniamur. Per dn̄m nostrum ihm̄.

Lectio libri sapientie. Eccl. xliiii. ⁊ xlv

Ecce sacerdos magnus qui in diebus suis placuit deo: et inuētus est iustus. Et in tempore iracūdie: factus est reconciliatio. Non est inuentus similis illi: qui conseruaret legem excelsi. Ideo iureiurādo: fecit illū dn̄s crescere in plebem suam. Benedictionem oīm gentiū dedit illi: et testamentū suum confirmauit super caput eius. Cognouit eū in benedictionibus suis: conseruauit illi miam suam. et inueīt gratiam corā oculis dn̄i. Magnificauit eum in conspectu regum: et dedit illi coronā glorie. Statuit illi testamentū sempiternum: et dedit illi sacerdotiū magnū. et beatificauit illū in gloria. Fungi sacerdotio et habere laudem i noīe ipsius. Et offerre illi incensum dignū: in odorem suauitatis. R. Dn̄e preuenisti eū in benedictionibus dulcedinis posuisti in capite eius coronam de lapide precioso. v. Vitam petiit et tribuisti ei longitudinem dierū in seculum seculi. Alleluya. v. Martinus abrahe sinu letus excipit. Alleluya v. Hic martinus pauper et modicus celū diues ingredit̄ hymnis celestibꝫ honorat̄.

Prosa. Sacerdotem xp̄i martinum all'a. Cuncta per orbem canat ecclesia pacis catholice. Atqꝫ illius nomen oīs hereticus fugiat pallidus. Pannonia letetur genitrix talis filii. Italia exultet alitrix tanti iuuenis. Et gallie trina diuisio sacro certet litigio cuius esse debeat presul. Sed pariter habere se patrem omnes gaudeant turoni soli eius corpus foueant. Hinc francoꝝ atqꝫ germanie plebs oīs plaudat. Quibꝫ videndū insperit dn̄m in sua veste. Hic celebris est egipti partibus grecie quoqꝫ cunctis sapientibus. Qui impares se martini meritis sentiunt atqꝫ eius medicamini. Nam febres cedat demonesqꝫ fugat: paralitica membra glutinat Et mortuoꝝ prece sua triū reddit corpora vite pristine. Hic ritus sacrilegos destruit. ⁊ ad xp̄i gl'iam dat ignibus ydola. Hic nudis missteria brachiis conficiens predictus est ce

lesti lumine. Hic oculis ac manib; in celũ. Et totis virib; suspensus terrena cũcta respuit. Eius ori nũ q̃ xps defuit sine iusticia. Vel quicquit ad veram vitam pertinet. Igitur te cuncti poscim⁹ o martine vt qui multa mira hic oñdisti. Etiam de celo gratiam cristi nobis supplicatu tuo semper infundas. Amen.

Secundum matheum. xxv.

In illo tempore: Dixit iesus discipulis suis. Homo quidam peregre proficiscens vocauit seruos suos: et tradidit illis bona sua. Et vni dedit quinq; talenta: alii autem duo. alii vero vnũ. Vnicuiq; scđm propriam virtutem: et profectus est statim. Abiit autem: qui quiq; talenta acceperat: et operatus est in eis. et lucratus est alia quinq;. Similiter et qui duo acceperat: lucrat⁹ est alia duo. Qui autem vnum acceperat: abiens fodit in terram. et abscondit pecuniam dñi sui. Post multum vero temporis: venit dominus seruoꝝ illorum et posuit rationem cum eis. Et accedens qui quiq; talenta acceperat obtulit alia quinq; talenta dicens. Domine: quinq; talenta tradidisti michi: ecce alia quinq; superlucratus sum. Ait illi dominus eius Euge serue bone et fidelis: q2 super pauca fuisti fidelis. supra multa te constituam. intra in gaudium dñi tui. Accessit autem et qui duo talẽta acceperat: et ait. Domine: duo talenta tradidisti michi: ecce alia duo superlucratus sum. Ait illi dominus eius. Euge serue bone et fidelis: q2 super pauca fuisti fidelis. supra multa te constituam. Intra in gaudium: dñi tui. Offr. Veritas mea et misericordia mea cum ipso et i nomine meo exaltabit cornu eius. Secreta.

Da misericors deus vt hec nobis salutaris oblatio: et a ꝓpriis reatibus indesinenter expediat. et ab omnibus tueatur aduersis Per dñm. Coio. Beatus seruus quem cum venerit dominus inuenerit vigilantem amen dico vobis super omnia bona sua constituet eum. Postcõio.

Presta quesumus dñe deus nr̃ vt cuius festiuitate votiua sunt sacramẽta: eius salutaria nobis intercessione reddantur. P.

Bricii episcopi et ꝯfessoris. Introitus.

Statuit ei dñs testamentũ pacis et pricipem fecit eũ vt sit illi sacerdotii dignitas ineternum. ps. Misericordias dñi: ineternum cantabo. Oratio.

Exaudi dñe preces nostras: et interueniente btõ bricio confessore tuo atq; pontifice. supplicationes nostras placatus itende. P.

Cetera sicut de vno confessore pontifice.

Menne martiris. Oratio.

Presta quesumus omps deus: vt qui beati mẽne martiris tui natalicia colimus: intercessiõe ipsius in tui nominis amore roboremur. Per dñm Secreta.

Muneribus nostris quesumus domine precibusq; susceptis: et ce-

lestibus nos mūda misteriis: et clementer exaudi Per Postcōm.

Da quesumus dn̄e deus noster vt sicut tuorum cōmemoratione sanctorū: temporali gratulamur officio: ita perpetuo letemur aspectu. Per dominū.

Aniani epi et confessoris. Oratio.

Deus qui nobis sanctam hui9 diei solennitatem pro cōmemoratione beati aniani cōfessoris tui celebrare fecisti: adesto familie tue precibus et dona: vt cui9 hodie festa celebramus: eius meritis et intercessionibꝫ adiuuemur. P. Secre.

Sancti confessoris tui aniani dn̄e pia nobis non desit orō: que et munera nostra conciliet et tuam nobis indulgentiam semper obtineat. Per dn̄m Postcō.

Ut nobis dn̄e tua sacrificia dēt salutem beatus anianus cōfessor tuus ꝛ pontifex quesum9 precator accedat. Per dominū.

Cecilie virginis et martiris. Introitus

Loquebar de testimoniis tuis ī cōspectu regū ꝛ nō cōfūdebar ꝛ meditabar ī mādatis tuis q̄ dilexi nimis. ps Beati immaculati ī via: q̄ ambulāt ī lege dn̄i. Orō.

Deus qui nos annua beate cecilie virginis et martiris tue solēnitate letificas: cōcede propici9 vt quam veneramur officio: etiam pie cōuersationis sequamur exemplo. P. Ad corinthios ii. x. et xi

Fratres Qui gloriatur: ī dn̄o glorietur. Non enim qui se ipsum cōmendat ille probatus est: sed quem deus cōmendat Utinam sustineretis modicū quid insipientie mee: sed et supportate me Emulor eni vos: dei emulatione. Despōdi enim vos vni viro virginē castā exhibere cristo. R. Specie tua ꝛ pulcritudine tua intende prospere procede et regna. V. Propter veritatem et mansuetudinem et iusticiā et deducet te mirabiliter dextera tua. Allelupa. V. Ueni electa mea et ponam te ī thronum meum q2 cōcupiuit rex speciem tuam.

Secundum matheum. xxv

In illo tp̄e: Dixit iesus discipulis suis. Parabolam hāc Simile est regnum celorum decē virginibus: que accipiētes lampades suas exierunt obuiā sponso et spō se. Quinqꝫ autem ex eis erant fatue: et quinqꝫ prudentes: Sed quinqꝫ fatue acceptis lampadibꝫ nō sūpserūt oleū secū Prudentes vero: acceperūt oleū ī vasis suis cū lampadibus Moram aūt faciente sponso dormitauerūt omnes ꝛ dormierūt Media aūt nocte clamor factus ē: ecce sponsus venit exite obuiam ei. Tūc surrexerunt omnes virgines ille: et ornauerunt lampades suas. Fatue aūt sapientibꝫ dixerūt. Date nobis de oleo vestro: q2 lāpades nostre extingūtur. Responderunt prudentes: dicentes Ne forte nō sufficiat nobis et vobis: ite potius ad vēdentes et emitte vobis. Dū aūt irent emere: venit sponsus. Et que parate erant intrauerūt cū eo ad

nuptias: et clausa est ianua. Nouissime vero veniūt et relique virgines dicentes. Dñe dñe: aperi nobis. At ille respondens ait. Amen dico vobis: nescio vos. Vigilate itaqz: quia nescitis diem neqz horā. Offer. Offerentur regi virgines proxime eius offerētur tibi in leticia et exultatione adducentur in templum regi domino. Secreta.

Hec hostia domine placatōis et laudis quam tibi offerimus quesumus: vt interueniente beata cecilia martire tua. nos tua protectione dignos semper inueniat. P. Cō. Diffusa est gratia in labiis tuis propterea benedixit te deus ineternū. Postcō.

Saciasti dñe familiā tuā muneribus sacris: eius quesumus semper interuentiōe nos refoue. cuius solēnia celebramus. Per dñm.

Sancti clementis pape et martiris.

Dicit dñs sermōes mei quos dedi in os tuum non deficiēt de ore tuo adest enim nomen tuū et munera tua accepta erūt super altare meum. ps. Domine exaudi orationē meā: et clamor meus ad te veniat. Oratio.

Deus qui nos annua beati clementis martiris tui atqz pontificis solēnitate letificas: cōcede propicius: vt cuius natalicia colimus virtutē quoqz passionis imitemur Per dñm. Ad hebreos v

Fratres: Ois pōtifex ex hoībus assūptus pro hoībus cōstituitur in his que sūt ad deū: vt offerat dona et sacrificia pro peccatis. Qui cōdolere possit his qui ignorant et errāt quoniam et ipse circumdatus est infirmitate. Et propterea debet queadmodū et pro populo: ita et pro semetipso offerre pro peccatis. Nec quisquā sumat sibi honorem: sed qui vocat a deo tanquam aaron: queadmodum scriptū est. Tu es sacerdos ī eternum secundū ordinem melchisedech. R. Iurauit dñs et non penitebit eū tu es sacerdos ineternum secundū ordinem melchisedech. V. Dixit dñs domino meo sede a dextris meis. Allelupa. V. Posuisti dñe super caput eius coronam de lapide precioso Secundū matheū. xxv.

In illo tpe: Dixit iesus discipulis suis. Homo quidā peregre proficiscens vocauit seruos suos: et tradidit illis bona sua. Et vni dedit. qnqz talenta: alii aūt duo. alii vero vnum. Vnicuiqz secūdū propriam virtutem: et profectus est stati. Abiit aūt qui quiqz talēta acceperat et operatus est in eis et lucratus est alia quiqz. Similiter et qui duo talēta acceperat: lucratus est alia duo. Qui aūt vnum acceperat: abiens fodit in terram. et abscondit pecuniā dñi sui. Post multū vero temporis: venit dñs seruorū illorū et posuit rationem cum eis. Et accedēs qui quinqz talenta acceperat: obtulit alia quinqz talenta dicēs. Dñe quinqz talenta tradidisti michi: ecce alia quinqz superlucratus sum Ait illi dñs eius. Euge serue bone et fidelis. quia super pauca fuisti fidelis. supra multa te cōstituam intra

in gaudium dñi tui. Accessit autē et qui duo talenta acceperat. et ait Dñe: duo talenta tradidisti michi ecce alia duo suplucrat⁹ sū. Ait illi dñs eius. Euge serue bone et fidelis: qr super pauca fuisti fidelis: supra multa te cōstituā. Intra ī gaudium: domini tui. Offer. Veritas mea et misericordia mea cum ipso et in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

Munera dñe oblata sanctifica et intercedente beato clemēte martire tuo: per hec nos a peccatorum nostrorum maculis emūda Per dñm. Cō. Beatus seruus quem cū venerit dñs inuenerit vigilantem amen dico vobis super omnia bona sua constituet eum. Postcōm

Corporis sacri et preciosi sāguinis repleti libamine. quesumus domine deus noster: vt quod pia deuotione gerimus: certa redemptiōe capiamus. Per dominū nostrū.

Grisogoni martiris. Oratio.

Adesto dñe supplicationib⁹ nostris: vt qui ex iniquitate nostra reos nos esse cognoscim⁹: beati grisogoni martiris tui itercessione liberemur. Per dñm. Secreta

Oblatis quesumus dñe placare muneribus: et intercedente beato grisogono martire tuo: a cunctis nos defende periculis. Per dominū nostrum. Postcōm.

Tui dñe perceptione sacramēti: intercedēte beato grisogono martire tuo: ab hostium liberemur īsidiis: et a nostris mūdemur offensis Per dominū nostrū.

katherine virginis et martiris. Introitus

Gaudeamus omnes in dño diem festū celebrātes sub honore katherine martiris de cuius passione gaudent angeli et collaudant filium dei. ps. Eructauit cor meum verbum: bonum dico ego opera mea regi Gloria patri et.

Deus qui dedisti legē moysi ī sūmitate montis synai: et in eodē loco per sāctos angelos tuos corpus beate katherine virginis et martiris tue mirabiliter collocasti: tribue quesumus: vt eius meritis et intercessione: ad mōtem qui cristus est valeam⁹ peruenire. Per dominū nostrū. Oratio.

Lectio libri sapientie. Ecclesiastici li.

Domine deus meus exaltasti super terram habitationem meam: et pro morte defluenti dep̄cata sum. Innocaui dñm patrem dñi mei vt non derelinquat me in die tribulationis mee. et in tp̄e superborum sine adiutorio Laudabo nomen tuum assidue: et collaudabo illud in cōfessione: et exaudita ē oratio mea. Liberasti me a pditione: et eripuisti me de tp̄e iniquo. Propterea confitebor tibi et laudē dicā noī tuo: dñe deus noster. ℞. Propter veritatem et mansuetudinem et iusticiā et deducet te mirabiliter dextera tua. ℣. Audi filia et vide et inclina aurem tuā qr cōcupiuit rex speciem tuam. Alleluya. ℣. Diffusa est gratia in labiis tuis propterea benedixit te deus ineternum. Prosa

v Vox sonora nostri chori nostro
sonet conditori qui disponit
oīa. Per quem dimicat in bellis ꝑ
quē dat et puellis de viris victoria
Per quem plebs alexandrina feīe
nō feminina. stupuit ingenia. Cū
beata katherina . doctos vinceret
doctrina ferrum patientia Hec ad
gloriam parentū pulcrum dedit or
namentū morum priuilegia. Cla-
ra per progenitores claruit per sa-
cros mores ampliori gratia. Mun
di quoqꝫ spreuit fastum vt offerret
corpus castū viuenti ī gloria. Florē
teneri decoris lectionis et laboris
attriuere studia: Nam perlegit di-
sciplinas seculares ꝛ diuinas ī ado
lescentia. Vas electum vas virtutū
reputauit sicut lutum bona trāsi-
toria. Et reduxit in cōtemptū pris
opes et parentū larga patrimonia
Vasis oleum includēs virgo sapi-
ens ꝛ prudens sponso pergit obuia
Vt aduentus eius hora preparata
sine mora ītret ad conuiuia. Sisti
tur imperatori cupiens pro cristo
mori cuiꝰ in presentia. Quinquagī
ta sapientes mutos reddit et silen
tes virginis facundia Carceris hor
rendi claustrum ꝛ rotarum triste
plaustrum famem et ieiunia . Et
quecūqꝫ fiūt ei sustinet amore dei
eadem ad omnia . Torta superat
tortorē superat imperatorem femi
ne cōstantia Cruciatur imperator
quia cedit cruciator nec valēt sup-
plicia Tandem capite punitur et
dum morte mors finitur vite subit
gaudia . Angelis mox fuit cure da
re corpus s sepulture terra ꝓcul alia
Oleum ex ipsa manat quod infir
mos multos sanat euidenti gratia
Bonum nobis dat vnguentū si ꝑ
suum interuētum nostra sanet vi
cia. Gaudens ipsa videat de se pre
sens gaudia et futura prebeat que
dedit presentia. Et hic nobis gau-
deat illi nos in gloria. Amen.

Secundum matheum. xxv

In illo tpe: Dixit iesus discipu
lis suis Simile est regnū celo
rum decem virginibus que accipiē
tes lampades suas Exierunt obui
am sponso et spōse Quinqꝫ autem
ex eis erant fatue. et quinqꝫ prudē
tes. Sed quinqꝫ fatue. acceptis lā-
padibus non sūpserūt oleū secum
prudentes vero acceperunt oleū in
vasis suis cū lampadibus. Moraꝫ
autem faciente sponso: dormitaue-
runt omēs et dormierūt. Media au
tem nocte clamor factꝰ est: ecce spō-
sus venit exite obuiam ei. Tūc sur
rexerunt omnes virgines ille: et or
nauerūt lampades suas Fatue au
tem sapientibus dixerunt: date no
bis de oleo vestro qr lampades no
stre extigunt. Responderūt prudē-
tes dicētes Ne forte nō sufficiat no
bis ꝛ vobis ite potius ad vēdētes: et
emite vobis Dū aūt irēt emere ve
nit sponsus: et que parate erant in
trauerūt cū eo ad nuptias: et clau
sa est ianua. Nouissime vero veni
unt et relique virgines dicētes Do
mine dñe: aperi nobis. At ille respō

dñs ait Amen dico vobis nescio vos Vigilate itaq3: q2 nescitis diem neq3 horam. Offr. Filie regum in honore tuo astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato circundata varietate. Secreta

Munera dñe sacrificii presētis que tibi offerimus ī honore sancte katherine virginis: fiant nobis eius precibus vita perpetua: ↄ te donante salus infinita Per. Postcō

Sūptis dñe salutis eterne mysteriis: suppliciter deprecamur vt sicut liquor qui de membris sācte katherine virginis iugiter manat lāguidorum corpora sanat. sic eius oratio cūctas a nobis iniquitates expellat. Per dñm nostrum.

Lini pape et martiris meōria de cōmuni Agrigole et vitalis martirū. de cōi plurimorū martirū Saturnini martiris. Orō

Deus qui nos beati saturnini martiris tui cōcedis natalicio perfrui: eius nos tribue meritis adiuuari. Per dñm nostrū. Secre.

Munera tibi dñe dicata sanctifica: et intercedēte beato saturnino martire tuo p eadem nos placatus intende Per. Postcō.

Sanctificet nos dñe quesum⁹ tui perceptio sacramenti: et intercessione sanctorū tibi reddat acceptos. Per dñm nostrum.

In vigilia sancti andree apostoli. Introit⁹

Dominus secus mare galilee vidit duos fratres petrum et andream et vocauit eos venite post me faciā vos fieri piscatores hominū. ps. Celi enarrant gloriā dei: et opera manuū eius annunciat firmamentū Oratio

Quesumus omnipotens deus: vt beatus andreas apostol⁹ tuum pro nobis imploret auxiliū vt a nostris reatib⁹ absoluti: a cunctis etiā periculis exuamur. Per

Lectio libri sapientie. Ecclesiastici xliiii

Benedictio dñi super caput iusti: ideo dedit illi hereditatē ↄ diuisit ei partem ī tribubus duodecim: et inuenit gratiā ī cōspectu oīs carnis. Magnificauit eum ī timore inimicorum: et in verbis suis monstra placauit. Glorificauit illum in cōspectu regum: et ostendit illi gloriam suam In fide et lenitate ipsius sāctum fecit illū: et elegit eum ex omni carne. Dedit illi precepta et legem vite et discipline: et excelsum fecit illum. Statuit ei testamentū eternum: et circuncinxit eum zona iusticie. Et induit eum dñs: corona glorie. R. Nimis honorati sunt amici tui deus nimis cōfortatus est principatus eorum. V. Dinumerabo eos ↄ super arenam multiplicabuntur.

Secundum iohannem i.

In illo tempore Stabat iohannes: et ex discipulis eius duo. Et respiciens iesum ambulantem dixit. Ecce agnus dei. Et audierunt eum duo discipuli loquentem: et secuti sūt iesum. Conuers⁹ autem iesus. et videns eos sequentes se: dixit eis Quid queritis: Qui dixerūt ei Rabbi: quod interpretatū magister. Vbi habitas. Dicit eis.

Venite et videte. Venerunt et viderunt ubi maneret: et apud eum mã serunt die illo Hora autẽ erat quasi decima. Erat autem ãdreas frater symonis petri unus ex duobus qui audierant a iohanne: et secuti fuerant eum. Invenit hic primum fratrem suum symonem: et dixit ei Invenimus messyam quod est interpretatũ cristus. Et adduxit eũ ad iesũ. Intuens aũt iesus eũ: dixit Tu es symon filius iona. tu vocaberis cephas: quod iterpretatur petrus In crastinum aũt voluit exire in galileã: et invenit philippũ et dicit ei iesus. Sequere me. Erat aũt philippus a bethsaida civitate andree et petri. Invenit philippus nathanael et dixit ei. Quem scripsit moyses in lege et prophete invenimus iesũ filium ioseph a nazareth Et dixit ei nathanael. A nazareth potest aliqd boni esse. Dixit ei philippus. Veni et vide Vidit iesus nathanael venientem ad se: et dixit de eo Ecce vere israelita: in quo dolus non est. Dixit ei nathanael. Unde me nosti: Respondit iesus: et dixit ei Priusq̃ philippus te vocaret cũ esses sub ficu: vidi te. Respõdit ei nathanael: et ait. Rabbi. Tu es filius dei: tu es rex israel Respondit iesus et dixit ei Quia dixi tibi: vidi te sub ficu credis: maius his videbis. Et dixit eis. Amen amẽ dico vobis: videbitis celum apertum et angelos dei ascendentes et descendentes. supra filiũ hois. Offer. Gloria et honore coronasti eum et constituisti eum super opera manuum tuarũ domine. Secreta

Sacrãdũ tibi dñe munus offerimus: quo beati andree solẽnia recensentes: purificationẽ quoq̃ nostris mentibus imploramus. Per dñm. Cõ. Dixit andreas symoni fratri suo invenimus messyam qui dicitur cristus et adduxit eũ ad iesũ. Postcõm.

Perceptis dñe sacramẽtis suppliciter exoramus: ut intercedente beato andrea apostolo tuo q̃ pro illius veneranda gerimus passione: nobis perficiãt ad medelã. P

In die ad missam. Introitus

Michi autem nimis honorati sũt amici tui de^9 nimis cõfortatus est principatus eorum. ps. Dñe probasti me et cognovisti me: tu cognovisti sessionem meã et resurrectionem meam. Oratio.

Maiestatem tuam dñe suppliciter exoramus: ut sicut ecclesie tue beatus andreas apostol^9 extitit predicator et rector. ita apud te sit pro nobis perpetuus intercessor. Per dñm. Ad corinthios x

Fratres Corde creditur ad iusticiam: ore aũt cõfessio fit ad salutem. Dicit eni. scriptura Ois qui credit in illum: non cõfũdetur. Non eni est distinctio: iudei et greci. Nam idem dñs omniũ: dives in omnes qui invocant illum. Omnis enim quicũq̃ invocaverit nomen dñi: salvus erit. Quomodo ergo invocabunt: in quẽ non crediderunt Aut quomodo credent ei quem nõ

audierunt. Quomodo aũt audient
sine predicante: Quomodo vero p̄
dicabunt nisi mittantur: Sicut scri
ptũ est. Quam speciosi pedes euã
gelizantiũ pacem euangelizantiũ
bona. Sed nõ omnes obediũt euã
gelio. ysaias autẽ dicit. Dñe quis
credidit auditui nostro: Ergo fides
est ex auditu: auditus aũt p verbũ
cristi. Sed dico Nunquid non au
dierunt Et quidem in omnẽ terrã
exiuit sonus eorũ: et in fines orbis
terre: verba eorum ℞. Constitues eos
principes super omnem terram memores
erũt nois tui dñe. ℣. Pro patribꝰ tuis nati
sũt tibi filii propterea populi confitebũt
tibi. Alleluya. ℣ꝰ. Dilexit andream domi
nus i odorem suauitatis.

Secundum matheum. quarto

In illo tpe: Ambulans iesus iu
xta mare galylee: vidit duos
fratres: symonẽ qui vocatur petrꝰ
et andream fratrem eius mittẽtes
rete i mare. Erant enĩ piscatores.
Et ait illis. Venite post me: faciã
vos fieri piscatores hominũ. At illi
continuo relictis retibus et naui:
secuti sũt eum. Et procidens inde:
vidit alios duos fratres. iacobum
zebedei et iohannẽ fratrẽ eius ĩ na
ui cũ zebedeo patre eoꝝ reficientes
retia sua. Et vocauit eos. Illi autẽ
relictis retibus et patre: secuti sũt
eum. Offer. Michi autẽ nimis honorifi
cati sunt amici tui deus nimis confortatꝰ
est principatus eorum. Secreta.

Sacrificiũ nostrũ tibi dñe que
sumus bti andree aplĩ depre
catio sancta cõciliet. vt cuius hono
re solenniter exhibetur: meritis effi
ciatur acceptũ. Per. Cõm. Venite post
me faciam vos fieri piscatores hoim at il
li relictis retibus et naui secuti sũt dñm.

Sumpsimus dñe diui Postcõ.
na misteria beati andree fe
stiuitate letantes: que sicut tuis sã
ctis ad gloriam: ita nobis q̄s ad ve
niam pdesse perficias. Per dñm.

Eligii epi et confessoris. totum sit de com
muni vnius confessoris pontificis.

Nicholai episcopi z confessoris. Introitus

Statuit ei dñs testamẽtum
pacis z principem fecit eũ
vt sit illi sacerdotii digni
tas ineternum. ps. Misericordias do
mini ineternum cantabo. Oratio.

Deus qui beatum nicholaũ põ
tificem tuum innumeris de
corasti miraculis: tribue nobis que
sumus: vt eius meritis et precibus
a gehenne incendiis liberemur. P.

Lectio libri sapientie Ecclesiastici xliiii.

Ecce sacerdos magnus qui in
diebꝰ suis placuit deo: et inuẽ
tus est iustus. Et in tpe iracundie
factus est reconciliatio. Non est in
uentus similis illi: qui cõseruaret
legem excelsi. Ideo iureiurando fe
cit illum dñs crescere in plebem su
am. Benedictionẽ oim gẽtiũ dedit
illi: et testamentũ suum confirma
uit super caput eius. Cognouit eũ
in benedictionibus suis: conserua
uit illi misericordiam suam et in
uenit gratiam corã oculis dñi Ma
gnificauit eũ in conspectu regum:

et dedit illi coronam glorie. Statu-
it illi testamentum sempiternum
et dedit illi sacerdotiũ magnum.et
beatificauit illũ i gloria. Fungi sa
cerdotio: ꝛ habere laudẽ in noie ipi⁹
Et offerre illi incensũ dignũ: i odo
rem suauitatis. ℟. Dñe preuenisti eũ
in benedictionibus dulcedinis posuisti in
capite eius coronam de lapide precioso. ℣.
Vitam petiit et tribuisti ei longitudinez
dierum in seculũ seculi. Alleluya. ℣. Sũ-
me dei cõfessor nicolae te venerantes pro
tege nanqꝫ credimus tuis precibus nos
posse saluari. Prosa.

Congaudentes exultemus vo-
cali concordia. Ad beati nicolai fe
stiua solẽnia. Qui in cunis adhuc
iacens seruando ieiunia. Ad papil
las cepit sũma ꝓmẽri gaudia. Ado
lescens amplexatur litterarum stu
dia. Alienus et imunis ab omi la-
sciuia. Felix confessor cuius fuit di
gnitatis vox de celo nũcia Per quã
prouectus presulatus sublimatur
ad sũma fastigia. Erat i eius aĩo
pietas eximia et oppressis impen-
debat mľta beneficia. Auro per eũ
virginum tollitur ĩfamia atqꝫ pa
tris earũdem leuatur inopia. Qui
dam naute nauigantes et contra
fluctuũ seuiciã luctantes naui pe-
ne dissoluta. Jam de vita desperan
tes in tanto positi periculo clamã
tes voce dicũt omẽs vna. O beate
nicolae nos ad maris portum tra-
he de mortis angustia. Trahe nos
ad portũ maris tu qui tot auxilia-
ris pietatis gratia. Dum clama-
rent nec icassũ ecce quidam dicens
adsũ ad vestra presidia. Stati au
ra datur grata ꝛ tempestas fit seda
ta quieuerũt maria. Ex ipsius tũ
ba manat vnctionis copia. Que i
firmos omẽs sanat per eius suffra
gia. Nos qui sumus in hoc mundo
viciorum i profũdo iam passi nau
fragia. Gloriose nicolae ad salu-
tis portum trahe vbi pax et gloria.
Ipsam nobis vnctionem impetret
a dño prece pia. Qua sanauit lesio
nem multorum peccaminũ in ma
ria. Cuius festũ celebrantes gaude
ant per secula. Et coronet eos cri-
stus post vite curricula. Amen.

Secundum lucam xix

In illo tpe: Dixit iesus discipu
lis suis parabolam hanc: Ho
mo quidam nobilis abiit in regio
nem lõginquã accipere sibi regnũ
et reuerti. Vocatis autem decẽ ser
uis suis: dedit illis decẽ mnas. Et
ait ad illos Negociamini dũ venio
Ciues autem eius oderant eum:
ꝛ miserũt legationẽ post illũ dicen
tes. Nolumus hunc regnare super
nos. Et factũ est vt rediret accepto
regno. ꝛ iussit vocari seruos quibꝫ
dedit pecuniam: vt sciret quãtum
quisqꝫ negociatus esset. Venit aũt
primus: dicẽs. Dñe: mna tua decẽ
mnas acquisiuit. Et ait illi. Eu
ge serue bone ꝛ fidelis: qꝛ in modi-
co fuisti fidelis eris potestatem ha
bens supra decem ciuitates. Et al
ter venit dicens. Dñe: mna tua fe-
cit quinqꝫ mnas Et huic dixit. Et

tu esto supra quinq3 ciuitates. Et alter venit dicens. Domine: ecce mna tua quā habui repositam in sudario. Timui enim te. quia homo austerus es: tollis qđ non posuisti. et metis qđ non seminasti. Et dixit ei. De ore tuo te iudico: serue neq̄. Sciebas ꝙ ego austerus homo sum: tollens quod non posui. et metens qđ non seminaui. Et quare non dedisti pecuniam meam ad mensam: vt ego veniens cum vsuris vtiq3 exegissem illud? Et astantibus: dixit. Auferte ab illo mnam: et date illi qui decem mnas habet. Et dixerunt ei. Domine: habet decem mnas. Dico autem vobis: qꝛ omni habenti dabitur. et abundabit: ab eo autem qui non habet. et qđ videtur habere. auferetur ab eo Uerūtñ īimicos meos illos q̄ noluerūt me regnare sup se adducite huc ⁊ īterficite āte me. Et his dictis: abiit ī ihr̄lm. Offr̄. Inueni dauid seruū meū ⁊ ī oleo scō vnxi eū manus eni mea auxiliabit̄ ei et brachium meum confortabit eū.

Sanctifica q̄s dn̄e Secreta. oblata munera que in veneratione sancti antistitis nicolai offeruntur: vt per ea vita nostra inter aduersa et prospera vbiq3 dirigatur. Per dn̄m. Coio. Beatus seruus quem cum venerit dominus inuenerit vigilantem amen dico vobis super omnia bona sua constituet eum. Postcōm.

Sacrificia que sumpsimus domine ꝓ cōmemoratione scī pontificis tui nicolai: sempiterna nos protectione confirment. Per.

In octauis sancti Andree. ad missam.

Michi autem nimis honorati sunt amici tui deus nimis cōfortatus est principatus eorum. ps. Domine probasti me et cognouisti me: tu cognouisti sessionem meam et resurrectionem meā. Orō

Protegat nos domine sepius beati andree apostoli repetita solemnitas: vt cuius patrocinia sine intermissione recolimus: perpetuā defensionem sentiamus. P

Ad romanos. Octauo.

Fratres: Scimus q̄m diligentibus deum. omnia cooperā tur in bonum: his qui secundū propositum vocati sunt sancti. Nam quos presciuit et predestinauit conformes fieri imaginis filii sui: vt sit ipse primogenitus in multis fratribus. Quos autē predestinauit: hos et vocauit. Et quos vocauit: hos et iustificauit. Quos autem iustificauit: illos ⁊ magnificauit. Quid ergo dicemus ad hec? Si deus pro nobis: quis contra nos? Qui etiam ꝓprio filio suo non pepercit: sed ꝓ nobis oībus tradidit illum. Quomodo non etiam cum illo oīa nobis dōauit? Quis accusabit aduersus electos dei? Deus q̄ iustificat: q̄s est q̄ condēnet? xp̄us iesus q̄ mortuus est ꝓ nobis. q̄ et resurrexit: qui est ad dexterā dei: qui etiam interpellat ꝓ nobis. R̄. Constitues eos principes sup oēm terrā memores erunt nōis tui dn̄e. V. Pro patribus tuis nati sūt tibi

filii propterea populi confitebuntur tibi. Alleluya. v. Dilexit andream dn̄s in odorem suauitatis. Scd̄m marcum. Pri̇o.

i n illo tempore. Postq̄ autem traditus est iohannes: uenit iesus in galileam. predicans euangelium regni dei: et dicens. Qm̄ impletum est tempus: et appropinquabit regnum dei. Penitemini: et credite euangelio. Et preteriens secus mare galilee: vidit symonem et andream fratrem eius mittentes rete in mare: erant enim piscatores. Et dixit eis iesus. Venite post me: et faciam vos fieri piscatores hominū. Et protinus relictis retibus: secuti sunt eum. Et progressus inde pusillum: vidit iacobum zebedei. et iohānem fratrem eius: et ipsos in naui retia cōponentes. Et statim vocauit eos. Et relicto patre suo zebedeo in naui cum mercennariis: secuti sunt eum. Offer. Michi autem nimis honorificati sunt amici tui deus nimis confortatus est principatus eorum.

i ndulgentiam Secreta nobis prebeant hec munera quesumus dn̄e largiorem: que venerabilis andree suffragiis offeruntur. Per dn̄m nostrum ihm̄. Coio. Dixit andreas symoni fratri suo inuenimus messyam qui dicitur cristus et adduxit eum ad ihm̄. Postcoio.

a diuuet familiam tuam tibi domine supplicando venerandus andreas apostolus et pius interuentor efficiatur: qui tui nominis extitit predicator. Per dn̄m

Missa purissime conceptionis virginis marie gratiarum matris. Introitus

e gredimini filie syon et videte reginam vestram velut aurora progredientem quam laudant astra matutina cuius pulcritudinem sol et luna mirantur et iubilant omnes filii dei. ps. Tota pulcra es amica mea: et macula non est in te. Gloria. Oratio.

o mnipotens clementissime deus: qui purissime v̄ginis matris filii tui conceptionem imunem ab omni contagione peccati preseruare voluisti: concede propicius. vt eius meritis et precibus nos purificatis mentibus ad te verum purificatorem feliciter facias peruenire. Per eundem. Alia oratio.

d eus qui beate marie virginis conceptionem angelico vaticinio parentibus predixisti: presta familie tue presidiis muniri: cuius conceptionis sacre solēnia congrua frequentatione veneramur. Per do. Lcō libri sapie. Prouerb. viii

d ominus possedit me in inicio viarum suarum: anteq̄ quicq̄ faceret a principio. Ab eterno ordinata sum: et ex antiquis. anteq̄ terra fieret. Nondum erant abyssi: et ego iam concepta eram. Nondū fontes aquarū eruperant: necdum montes graui mole constiterāt. an̄ omnes colles ego parturiebar. Adhuc terram non fecerat et flumina et cardines orbis terre. Quādo pre-

parabat celos aderam: quando certa lege et giro vallabat abyssos: qñ ethera firmabat sursum. et librabat fontes aquarum. Quando circundabat mari terminum suum: et legem ponebat aquis ne transirēt fines suos. Quādo appendebat fūdamenta terre. cum eo eram. cūcta componēs: et delectabar per singulos dies ludens coram eo omni tēpore. et ludens in orbe terrarum et delicie mee esse cum filiis hominū. Nunc ergo filii audite me. Beati qui custodiunt vias meas. Audite disciplinam et estote sapientes: et nolite abiicere eam. Beatus homo qui audit me et qui vigilat ad fores meas quotidie: et obseruat ad postes ostii mei. Qui me inuenerit inueniet vitam: et hauriet salutem a domino. ℟. Ad te splendor patris maria virgo eligitur et super omnes pre eligitur omnibus gratiis omnibusqz virtutibus in matris vtero preuenitur vt de mundissima matre mundissimus secundum carnem nascereris dei filius. ℣. Tu candoris o maria et decoris forma cui in terris non est equalis nec in celi ianua. Alleluya. ℣. O maria virgo dulcis et pia tu inqz es illa rosa sine spina tu nēpe es illa que puritatis candore vincis lilia virginitatis qz flore superas oīa. Prosa.

Exultet cetus fidelium in puritatis principium alleluya Reuelauit condensa dominus rex regum omnium. Dicant ergo gloriam omnes per mariam purum templum dominicum. Quam nō mundauit dominus sed preseruauit altissimus. O virgo virginum illud fuit initiū puritatis tue gaudium. Ut dei vnicum pure vestires filium. Sicut in celo vnicus equalem sibi patrem habet filius. Sic et in terris dei filius matrem habet sine macula. Cesset ergo iniquitas ac inuidorum peruersitas. Cum ipsam totam pulchram ac absqz macula sacra canat pagina. O maria sanctorū melodia. Da virtutem te laudantibus. Contra puritatis tue emulos O mater puritatis vitam promissam cum beatis. Apud thronum diuine maiestatis. Impetra te elucidātibus Amen

Secundum lucam. xi.

In illo tempore. Loquente iesu ad turbas: extollens vocem quedam mulier de turba. dixit illi. Beatus venter qui te portauit: et vbera que suxisti. At ille dixit. Quinimmo: Beati qui audiunt verbū dei: et custodiūt illud.

Offr. Uenite filii laudate mariam pure conceptam quoniam qui ipam elucidant vitam eternam habebunt. Secreta.

Tuorum corda fidelium eterne deus benignus respice: et laudes quas in purissima genitricis filii tui conceptione offerimus: clementer suscipe: nobisqz ipsa interueniente puritatis sue fructum de consueta tua largitate impetrare concede. Per eundē. Alia Secreta.

Sanctifica dñe muneris oblata libamina: et btē dei geni-

tricis saluberrimi: interuentione eius nobis salutaria fore concede. Per dñm nostrum. ¶ Prefatio.

Eterne deus: Qui purissime virginis conceptionē eternali tua benedictione preueniēdo ab omni contagione peccati preseruare voluisti: vt de mundissima virgine matre tuus secundum carnē mundissimus nasceretur filius iesus xp̄s dñs nr̄. Per quem maiestatem tuam laudant angeli: adorāt dñationes: tremūt potestates. Celi celorumq; virtutes. ac beata seraphin socia exultatione concelebrāt. Cū quibus et nostras voces. vt admitti iubeas deprecamur: supplici confessione dicentes. Sanctus. &c. Coio.

Beatus vir qui audit mariam sanctorū melodiā et postes pure conceptionis eius obseruat qm̄ qui ipsam laudando inuenerit inueniet vitam et hauriet salutem a domino allelupa. ¶ Postcōm.

Maiestatem tuam omnipotēs deus supplices exoramus: vt qui inuiolatam splendoris tui matris ac alme cōceptionem eternali tua benedictione p̄uentam: iubilando celebrant: fructum sue puritatis perenniter te largiente acquirāt. Per eundem dñm. ¶ Alia Postcoio.

Repleti vitalibus alimoniis et diuinis misteriis reparati. supplices te rogamus omnipotens deus: vt beate marie semper virginis cuius venerandā colimus conceptionem: per interuentionem coniugi mereamur gaudiis ciuiū supernorum. Per dñm nostrum.

Leocadie virginis. totum de cōmuni vnius virginis. ¶ Valerie virginis. Oratio

Omnipotens sempiterne deus qui beatā valeriam virginē tuā hodierna die per martirii palmā celestem fecisti conscendere gloriam: da nobis eius suffragantibus meritis cunctorum veniam delictorum: vt ad eiusdem mereamur pertingere consortium. Per. Secreta.

Oblatio sancta nos domine tibi recōciliet: et pro beate virginis et martiris tue valerie. honore et merito sempiterna protectione custodiat. Per dñm. Postcoio.

Quesumus omnipotens deus: vt qui beate virginis tue valerie comemorationē celestia sumpsimus sacramenta: ipsa interueniente. per hec contingere ad gaudia eterna mereamur. Per dñm.

Lucie virginis. totum fit de cōmuni vnius virginis. Lazari episcopi et martiris. Ad missam Officium.

Gloria et honore coronasti eum et cōstituisti eū super opera manuum tuarum. p̄s. Domine dñs noster: q̄ admirabile est nomen tuum in vniuersa terra. Gloria patri. Oratio

Deus qui per vnigenitum filium tuum beatum lazarum quatriduanum resuscitasti a monumēto: erige nos de tumulis pctōrum. vt mereamur adipisci consortia electorum tuorum. Per dñm.

Lectio libri sapientie. quarto.

Iustus si morte preoccupatus fuerit: in refrigerio erit. Senectus enim venerabilis est non diuturna: neqꝫ numero annorū cōputata. Cani autē sunt sensus hoīs: et etas senectutis vita immaculata. Placēs deo fctūs dilectus: et viuēs inter pctōres trāslatus est. Raptus est ne malicia mutaret intellectū illius: aut fictio malicie decipiat animā illius. Consūmatus ī breui: expleuit tp̄a multa. Placita autē deo erat aīa illius: propter hoc properauit illum educere de medio iniquitatum. Quā gratia dei et mīa est ī sanctos eius: et respectus super electos eius. ℞. Domine preuenisti eum in benedictionibus dulcedinis posuisti in capite eius coronam de lapide precioso. ℣. Vitam petiit et tribuisti ei longitudinem dierum in seculum seculi. Allelu ya. ℣. Posuisti domine super caput eius coronā de lapide precioso.

Secundum Johannem. xi.

In illo tempore. Erat quidam languēs lazarus a bethania de castello marie et marthe sororū eius. Maria autem erat. que vnxit dn̄m vnguēto: et extersit pedes eius capillis suis: cuius frater lazarus infirmabatur. Miserunt ergo sorores eius ad eum: dicentes. Domine ecce quem amas. infirmatur. Audiens autem iesus: dixit eis. Infirmitas hec: non est ad mortem. sed pro gloria dei: vt glorificetur filius dei per eam. Diligebat autem iesus martham: et sororem eius mariam et lazarum. Vt ergo audiuit quia infirmabatur: tunc quidem mansit in eodem loco: duobus diebus. Deinde post hec: dixit discipulis suis. Eamus in iudeam iterum. Dicūt ei discipuli. Rabbi: nunc querebant iudei te lapidare: et iterum vadis illuc? Respondit iesus. Nonne duodecim hore sunt diei. Si quis ambulauerit in die non offendit: quia lucem huius mundi videt. Si autem ambulauerit in nocte offendit quia lux non est in eo. Hec ait. Et post hec. dixit eis. Lazarus amicus noster dormit: sed vado vt a somno excitem eum. Dixerunt ergo discipuli eius. Domine: si dormit saluus erit. Dixerat autem iesus de morte eius: illi autem putauerūt quia de dormitione somni diceret. Tūc ergo dixit eis iesus manifeste. Lazarus mortuus est: et gaudeo propter vos. vt credatis quia non erā ibi: sed eamus ad eum. Dixit ergo thomas qui dicitur didimus: ad cōdiscipulos. Eamus et nos: et moriamur cum eo. Venit itaqꝫ iesus: et inuenit eum quattuor dies iam in monumento habentem. Erat autem bethania iuxta ierosolimam quasi stadiis quindecim. Multi autem ex iudeis venerant ad martham et mariam: vt consolarentur eas de fratre suo. Martha vero vt audiuit quia iesus venit: occurrit illi. Maria autem domi sedebat. Dixit ergo martha ad iesum. Domine: si fuisses hic: frater meus

non fuisset mortuus. Sed et nunc scio: quia quecunqz poposceris a deo dabit tibi deus. Dixit illi ihūs. Resurget frater tu⁹. Dicit ei martha. Scio q2 resurget in resurrectione: i nouissimo die. Dixit ei iesus. Ego sum resurrectio et vita. Qui credit in me: etiā si mortuus fuerit viuet. Et oīs qui viuit ꝛ credit in me: nō morietur ieternū. Credis hoc? Ait illi. Utiqz dn̄e. Ego credidi q2 tu es xp̄s filius dei viui: qui in hūc mundū venisti. Et cū hec dixisset: abiit et vocauit mariā sororem suā. silētio dicens. Magr̄ adest: et vocat te. Illa aūt vt audiuit. surrexit cito: et venit ad eū. Nondū eni venerat ihūs in castellū: sed erat adhuc in illo loco vbi occurrerat ei martha. Iudei igitur q̄ erant cū ea in domo: et consolabanṫ eā de fr̄e suo. cum vidissent mariā q2 cito surrexit et exiit: secuti sūt eā. dicentes. Q2 vadit ad monumētū: vt ploret ibi. Maria ergo cū venisset vbi erat iesus: vidēs eū cecidit ad pedes ei⁹: et dixit ei. Dn̄e si fuisses hic: frater meus nō fuisset mortu⁹. Jesus ergo vt vidit eā plorātem: et iudeos q̄ venerāt cum ea plorātes. ifremuit spū. et conturbauit semetipsū: ꝛ dixit. Ubi posuistis eū? Dicūt ei. Dn̄e: veni ꝛ vide. Et lacrimatus est ihūs. Dixerūt ergo iudei. Ecce quō amabat eū. Quidam aūt ex ipsis dixerūt. Non poterat hic q̄ aperuit oclos cecinati. facere vt hic non moreretur? Jhūs ergo rursū fremēs in semetipo: venit ad monumētū. Erat aūt spelūca ꝛ lapis suppositus erat ei. Ait iesus. Tollite lapidem. Dixit ei martha soror eius q̄ mortuus fuerat. Dn̄e: iā fetet. quatriduanus eni est. Dixit ei iesus. Nōne dixi tibi q2 si credideris: videbis gloriam dei. Tulerūt ergo lapidem. Jesus aūt eleuatis sursum oclis: dixit. Pater. grās ago tibi: qm̄ audisti me. Ego autē sciebā: q2 semp me audis. sed ppter pplm qui circūstat dixi. vt credant q2 tu me misisti. Hec cū dixisset: voce magna clamauit. Lazare: veni foras. Et statim prodiit qui fuerat mortuus. ligatus manus et pedes istitis: et facies eius sudario erat ligata. Dixit eis iesus. Soluite eū: ꝛ sinite abire. Multi ergo ex iudeis qui venerāt ad marthā ꝛ mariā. et viderant que fecit iesus: crediderūt in eum. Offr̄. Gloria et honore coronasti eū et constituisti eū sup opera manuū tuarū dn̄e. Secreta. Hanc oblationem dn̄e propicius respice et meritis famuli tui lazari qui tibi extitit dilectus: vt tanti misterii sacramētis simus idonei et purgemur omnium delictorū sordibus. Per. Coīo. Uidens dn̄s flentes sorores lazari ad monumentū lacrimatus est iesus coram iudeis et clamabat lazare veni foras et prodiit ligatis manibus et pedibus qui fuerat quatriduan⁹ mortu⁹. Postcō. Quibus dignatus es dn̄e largiri salutiferū munus corporis et sāguinis tui: interueniēte glioso martire tuo lazaro atqz pōtifice. tri

bue ꝑpicius gaudia lucis eterne. P
Barbare virginis et martiris totū de cōi
vnius virgis preter collectas. Collecta.
i ntercessio gloriosa quesum⁹
dn̄e deus noster btē barbare
virginis et martiris tue nos ab oī
aduersitate ꝓtegat: et vt per eius ī
teruentum corporis et sanguinis
dn̄i nostri iesu cristi sacramētū an
te nostre aīe de corpore exitū ⁊ cū ve
ra fide pura mente ꝑcipere merea
mur. Per eundem. Secreta
s uscipe munera dn̄e que ī btē
barbare martiris tue solēnitate de
ferimus cui⁹ nos cōfidimus patro
cinio liberari Per dn̄m Postcō
a uxilientur nobis dn̄e sūpta
mysteria et intercedente btā
barbara martire tua: sēpiterna pro
tectione cōfirmēt. Per dn̄m nostrū
Thome apostoli ad missam. Introitus
m ichi autem nimis honora
ti sūt amici tui de⁹ nimis
cōfortatus est principatus
eorum. ps. Dn̄e probasti me et cognoui
sti me: tu cognouisti sessionem meā et re
surrectionem meam Oratio.
d a nobis quesumus dn̄e bea
ti apl̄i tui thome solēnitati
bus gloriari: vt eius semp et patro
ciniis subleuemur: ⁊ fidē cōgrua de
uotione sectemur. P. Epistola. Jam
non estis hospites. require ī cōi aploꝝ.
R. Jn omnē terrā. Alleluya. V. Non vos
me elegistis. require infra ī cōi. aploꝝ.
Secundum iohannem. xx.
i n illo tp̄e: Thomas aūt vnus
de duodecī qui dicitur didim⁹
non erat cū eis qn̄ venit iesus. Di
xerūt ergo ei: alii discipuli. Vidim⁹
dn̄m. Jlle aūt dixit eis. Nisi videro
in manibus eius fixuram clauoꝝ
et mittam digitū meū ī locū clauo
rum ⁊ mittā manū meam ī latus
eius nō credam. Et post dies octo
iterū erant disipuli ei⁹ intus et tho
mas cū eis. Venit ies⁹ ianuis clau
sis: et stetit ī medio: ⁊ dixit eis. Pax
vobis. Deinde dixit thome. Jnfer
digitū tuum huc: et vide man⁹ me
as. et affer manū tuā et mitte ī la
tus meū et noli esse incredulus sed
fidelis. Respondit thomas: et dixit
ei. Dn̄s meus ⁊ deus meus. Dicit
ei iesus. Qr vidisti me thoma credi
disti: beati qui nō viderunt et credi
derunt. Multa quidē et alia signa
fecit iesus in conspectu discipuloꝝ
suorum: que non sunt scripta in li
bro hoc. Hec autem scripta sūt vt
credatis: quia iesus est cristus filius
dei. Et vt credentes vitam habea
tis in noīe ipsius. Off. Jn omnē ter
ram exiuit sonus eorum et in fines orbis
terre verba eorum. Secreta.
d ebitū dn̄e nostre reddimus
seruitutis suppliciter exorā
tes vt suffragiis bti thome aposto
li in nobis tua munera tuearis. cu
ius honorando cōfessionem laudis
tibi hostias immolamus. Per dn̄
Cō. Vos qui secuti estis me sedebitis sup
sedes iudicantes duodecim trib⁊ israel di
cit dominus Postcōm.
c onserua dn̄e ppl̄m tuū ⁊ quē
scōꝝ tuoꝝ presidiis non desi

nis adiuuare ppetuis: tribue gaudere remediis. Per dñm.

Sequũtur officia aliquorũ sctõꝝ que in suis locis non fuerũt ordinata. Et primo iuliani martiris qđ celebrat᷑. ix. ianuarii.

De sancto iuliano epo et cõfessore. Orõ.

d Deus qui populo tuo eterne salutis beatũ iulianum ministrum tribuisti: presta quesum⁹: vt quẽ doctorẽ vite habuimus i terris itercessorẽ semp habere mereamur in celis. Per dñm nostrũ. Secreta.

o Omnipotens sempiterne deus munera tue maiestati oblata p intercessionẽ btĩ iuliani ꝯfessoris tui atqꝫ pontificis ad ppetuam fac proficere salutem. P. Postcõ.

s Sacramenta salutis nostre suscipientes. cõcede q̃s omnipotens deus: vt btĩ iuliani confessoris tui atqꝫ pontificis nos vbiqꝫ orõ adiuuet. in cuius veneratione hec tue obtulimus maiestati. Per dñm.

Sancti thome de aquino cõfessoris cuius festũ celebratur septima marcii. Oratio.

d Deus qui ecclesiã tuã btĩ thome cõfessoris tui mira eruditione clarificas et sancta operatione fecundas: da nobis quesumus: et que docuerit intellecta cõspicere: et q̃ egit imitatiõe cõplere. P. Secreta

p Passionis filii tui dñe memoriam recensentes deposcim⁹ vt quod tibi i beati thome cõfessoris tui solẽnitate deferimus: sacrificium sit acceptum Per Postcõm.

h Hec nos q̃s dñe cõmunio sancta letificet: qua beati thome suffragiis virtutes roborentur interius: et actus exterius pie operationis accrescant. Per dñm.

Mauri abbatis cuius festũ celebratur decimaquinta ianuarii. Oratio.

d Deus qui hodiernam diẽ beati mauri confessoris tui atqꝫ abbatis sacro transitu consecrasti cõcede nobis ppicius in ostensis p eius instituta gressibus pergere: vt eiusdem in regione viuentium mereamur gaudiis admisceri P. Sec.

Oblatis dñe ad honorẽ btĩ mauri cõfessoris tui atqꝫ abbatis placare muneribus: et ipsius interuentu famulis tuis cũctorum tribue indulgentiam peccatorũ Per dñm nostrum. Postcõm.

s Sacramenta salutis nostre suscipientes cõcede quesumus misericors de⁹: vt beati mauri abbatis nos vbiqꝫ oratio adiuuet: i cuius veneratione hec tue obtulimus maiestati. Per dñm nostrum

Sebastiani martiris cuius festum celebratur vicesima ianuarii. Introit⁹.

e Egregie martir sebastiane princeps et propagator sãctissimorꝫ preceptorũ ecce nomen tuũ i libro vite celestis ascriptum est et memoriale tuum non derelinquetur in secula. Ps. Ora pro nobis btẽ sebastiane: vt digni efficiamur promissionibus cristi Oratio.

Deus qui beatũ sebastianum
martirem tuum virtute cõ-
stantie in passione roborasti: ex ei⁹
nobis imitatione tribue pro amore
tuo psꝑera mundi despicere: et nul
la eius aduersa formidare. Al. Orõ

Infirmitatem nostram respi-
ce omꝑs deus: et quia pond⁹
proprie actiõis grauat: beati fabia
ni martiris tui atqꝫ pontificis int̃
cessio gloriosa nos protegat Perd.
Et dicũtur iste due collecte ad vnũ ꝑ dñz
Epistola. Ad hebreos Sãcti per fidem
vicerunt regna. querere in cõi plurimo-
rum martirum. R. O sebastiane cristi
athleta gloriose qui ꝓ cristo reliquisti ter-
rene milicie principatum et suscepisti ma
gnũ suppliciũ intercedas ꝓ nobis ad dñz
V. O sebastiane cristi martir egregie cui⁹
meritis tota lõbardia fuit liberata a mor
tifera peste libera nos ab ipsa ⁊ maligno
hoste Allelupa. V. O sancte sebastiane mi
licie presidium exaudi sero ⁊ mane voces
ad te clamantium Prosa

Cantet chorus ex affectu dul-
ce melos in cõspectu supernorum
ciuiũ. Voci mores coequentur san
ctis laudes cõsoluantur in horũ ob
sequiũ. Thema nostri cantus pla-
ni in laudẽ sebastiani vergit. et pre
conia. Qui latentis mũdi vani ob
amorẽ regi magni aspernant̃ mol
lia. Nempe iesũ insequitur illi so-
li obsequitur sed illud vult latere.
Nõ timore passiõis aut iuris amis
sionis virtutis sed opere. Cristũ ge
rit sub clamide vt roboret quos in
fide viderit deficere. Marcho ⁊ mar
celliano volentibus sub ꝓphano iu
dice molestere. Mulierũ blandimẽ
ta transituraqꝫ tormẽta suadet hic
respuere. Dum in fide roborantur
per latera transforantur lanceis
et vomere. Sic aĩas cristo reddunt
dũ a fide non recedũt et viuunt ꝑ
secula. Hec interdũ cũ aguntur et
ꝑ sãctũ perfruuntur celestia pabu
la. Miles cristi accercitur accercit⁹
ꝑducitur ad deoclecianũ. Qui furo
re debacatur quãdo miles cristi fa
tur fore se cristianũ. Ob quod trũ-
co hũc ligari alligatũ sagittari iu
bet a militibus. Martir dulcis fit
inuictus manens victor interitus
cedũt hostes ictibus. Nocte prima
suscitatur et pristine vite datur an
gustiisqꝫ ostentatur ĩ hermi pala-
tio. Ad quos martir cõqueritur sã-
guis cur tantus funditur sanctoꝝ
qꝫ destruitur cristorũ religio. Rur-
sũ iubet hunc ligari ⁊ tandiu fusti
gari donec vident cõmendari spm̃
in dño. Cũ sic martir sagittatur ce
lũ sibi reseratur et ꝓ penis premia
tur sempiterno gaudio. O miles se
bastiane istius vite prophane diri-
ge semitam plane in celi palatio.
Tolle pestẽ morbos mortes lubri-
cos estus et sordes et sãctorũ fac cõ-
sortes post mũdana prelia. Amen.

Militi sebastiano ¶ Alia prosa.
mente mũda corde sano aue
demus in organo cũ omĩ melodia
Per quod aue salutatus suos dul
ces per precatus cristus diluat rea-
tus et nostra cõtagia. Aue consors

angelorum cōcius apostolorū et oīm supernorum socius celestiū Aue miles iesu cristi terre regē qui spreuisti tu celorū meruisti vitam et imperium In hac valle cōstitutos multis malis inuolutos fac a peste fore tutos et ignis mesticia Supplicamus hec cōcede pelle morbos pestē cede et nos iesu cristo redde ī eterna gaudia. Amen dicat plebs fidelis sic vt martir ab his telis nos defende et sucelis reddat vite premia. Amen
Euangeliū. Videns iesus turbas. quere ī cōi plurimorū martirū. Offertorium.
Martir egregie decus milicie ahtleta fidei ornatum dei vt auertat a nobis indignationē nostrā. Martir suffragia effūde pia. Vt epydimia non sit noxia In hac patria aut ī alia Que subsidia poscit tua Audi talia tu preconia. Hic prece pia dantur premia. Miles epa nobis all'a. Secre

Accepta sit in cōspectu tuo nostra deuotio dn̄e et eius nobis fiat supplicatione salutaris pro cuius solēnitate defertur P. al'. Sec.
Hostias tibi dn̄e beati fabiani martiris tui dicatas meritis benign⁹ assume: et ad perpetuū nobis tribue prouenire subsidiū. Per
Cō. Beatus es et bene tibi erit egregie martir sebastiane qr cum sctis gaudebis et cū angelis exultabis ieternum. Postcō.
Sacro munere saciati supplices te dn̄e deprecamur: vt qd debite seruitutis celebramus officio: intercedente beato sebastiano martire tuo saluationis tue sētiamus augmentū: Per do. Al'. Postcō.

Refecti participatione muneris sacri quesumus dn̄e de⁹ noster vt cuius exequimur cultum sentiamus effectū Per dn̄m.

Petri martiris cuius festū celebratur penultima aprilis. Oratio.
Presta quesumus omp̄s deus vt beati petri martiris tui fidē cōgrua deuotione sectemur: q̄ pro eiusdem fidei dilatatione martirii palmā meruit obtinere. P. Sec.
Preces quas tibi dn̄e: offerim⁹ intercedēte beato petro martire tuo clementer intende: et pugiles fidei sub tua protectione custodi. Per dn̄m nostrum Postcōm.
Fideles tuos dn̄e custodiāt sacramenta que sūpsimus: et intercedente beato petro martire tuo cōtra omnes aduersos tueantur incursus. Per dn̄m nostrum.

Eutropi episcopi et martiris cuius festū celebratur vltima aprilis Oratio.
Omp̄s sempiterne deus lux indeficiens immensa pietas q̄ huc diem ī beati eutropii martiris tui atq pontificis honore consecrasti: exaudi populū tibi supplicantē et presta: vt eius intercessione adiuti: valeamus supernis sedibus adiungi Per dominū. Secreta
Hostias tibi dn̄e eutropii martiris tui atq pontificis dicatas. meritis benignus assume: et ad perpetuū nobis tribue prouenire subsidium. Per dn̄m. Postcōm.
Refecti participatione muneris sacri quesumus dn̄e de⁹

noster: vt cuius exequimur cultũ sentiamus effectum. Per dñm.

Desiderii epescopi et martiris. cuius festũ celebratur vicesimatertia maii. Introitus.

Letabitur iustus i dño. qre i cõi vni9 martiris. Oratio.

Deus aiaꝝ et corporũ vera salus qui gloriosũ martirem tuũ atqꝫ pontificem desideriũ innumerabiliũ facis miraculorũ illustratiõe clarescere q̃s. vt sicut multitudo lãguẽtiũ eius meritis p tuã potẽtiã visibiliter liberant̃ i corpore: ita ei9 precib9 nos a cordiũ nostroꝝ lãguoribꝫ misericorditer mũdari cõcede. Per. Le eple bti iacobi apostoli i.

Carissimi. Omne gaudiũ existimate fres mei: cũ i tẽtationes varias incideritis scientes ꝙ pbatio fidei vestre patientiã operatur. Patientia aũt opus pfectũ habeat: vt sitis pfecti et itegri. i nullo deficiẽtes. Si quis aũt vestrũ indiget sapiẽtia: postulet a deo qui dat oibus affluenter. et nõ iproperat: et dabit̃ ei. Postulet aũt i fide nichil hesitans. In cristo iesu: dño nostro

℞. Beatus desiderius bonũ desideriũ adipleuit desiderauit consortiũ martirũ et martiriũ cõsecutus est optatũ. ℣9 In pace reliquit oues pastor desiderius ei9 mors barbaros fugauit pterritos. Alla. ℣. Proprio sãguine redemit gregẽ pastor bonus desiderius aiam suã posuit p ouibus secutus est vestigia cristi. Allelujya. Prosa.

Ad honorẽ sãcti dei referam9 laudes dei deuoto dictamine Quia noster est patronus lingonẽsis pastor bonus desiderius nomiẽ. Vir simplex mitis et castus spreuit modernales fastus statum tenens medium Genuis accepit ortum iuxta quẽdam maris portum de genere ciuiũ. Sede lingonis vacante fit prelatus deo dante diuino miraculo. Ait eni vox de celo desideriuꝫ reuelo vtilẽ pro populo. Gens vvãdalorum iã pridem surrexerũt contra fidẽ deuastãtes galliã. Multas vrbes destruxerunt ad lingonas prexerunt cõburentes patriam Rex crostus cũ suis turbis vi subitrãs fores vrbis. nulli parcẽs sexui. Telis sagittis iuadit cristũ cõfitentes tradit mortifero nexui. Gloriosus episcopus sane precipiẽs opus regẽ monet precibus. Multo magis versa vice obtulit nuda ceruice se mori pro ciuibus. Demũ presul decollatur ferens caput detestatur longe palã oibus. Fugit acies et fremit et pastor oues redemit. mox cessat occisio. Probãt vitam gesta digna scitatẽ mira signa. quoꝝ ẽ cõfusio Subuenit surdis et mutis egris fit via salutis p sua suffragia. Fac nos dei martir sanos. nostros act9 munda vanos ducens ad celestia. Amen. Secundum matheum.

In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Nolite arbitrari: quia venerim pacem mittere in terra. Non veni pacem mittere sed gladium. Veni enim separare hominem aduersus patrem suum: et filiam aduersus matrem suam et

nurum aduersus socrum suam: et inimici homis domestici eius. Qui amat patrem aut matrem plusq̃ me: non ẽ me dignus. Et q̃ amat filium aut filiam plusq̃ me: non est me dignus. Et qui non acceperit crucem suam et sequitur me: non ẽ me dignus. Qui iuenit aĩam suã pdet eam. Et qui perdiderit aĩam suam propter me: inueniet eã. Qui recipit vos: me recipit. Et qui me recipit: recipit eũ qui me misit. Qui recipit prophetam in nomine prophete: mercedem prophete accipiet. Et qui recipit iustum in nomine iusti: mercedem iusti accipiet. Et q̃cunq̃ potũ dederit vni ex minimis istis calicem aque frigide tantum in nomine discipuli. Amen dico vobis non perdet mercedem suam.

Offr. Athleta dei desiderius cum armis virtutum hostes pugnauit nuda ceruice eius lorica firma fides solus deuicit acies et fugauit ictu proprio sue mortis.

Hostias tibi domine Secreta. beati desiderii martiris tui atq̃ pontificis dicatas meritis benignus assume: et ad perpetuum nobis tribue peruenire subsidiũ. Per dominũ nostrum. Cõm. Nunc gloriatur in celis martir dei speculum fidei forma virtutis exemplum salutis desiderius

Sanctus martir Postcõm. desiderius atq̃ põtifex tuus quesumus domine sit nostre fragilitati promptus adiutor: atq̃ tibi pro nobis pie supplicando omniũ bonorum largitor. Per dñm.

Dñici confessoris patris et doctoris fũdatoris ordinis predicatorum. cuius festum celebratur. quinta iulii. Oratio

Deus qui ecclesiam tuam beati dominici confessoris tui illuminare dignatus es meritis et doctrinis: cõcede: vt eius intercessione: temporalibus nõ destituat auxiliis: et spiritualib⁹ semper proficiat incrementis. Per dñm. Secreta

Munera tibi domine dicata sãctifica: et meritis beati dominici confessoris tui nobis proficiant ad medelam. Per dominum

Concede quesumus Postcõ. omnipotens deus: vt qui peccatorum nostrorum põdere premimur: beati dominici confessoris tui patrocinio subleuemur. Per dñm.

Primi et feliciani martirum quorum festum celebratur nono die iunii. Oratio.

Fac nos quesumus dñe sanctorum tuorum primi et feliciani semper festa sectari: et eorum suffragiis protectionis tue dona sentire. Per dñm nostrum Secreta

Fiat nobis dñe quesumus hostia sacrãda placabilis p̃ciosi celebritate martirii: que et peccata nostra purificet: et tuorum tibi vota cõciliet famulorum. P. Postcõ.

Quesum⁹ oĩps de⁹ vt sctõꝝ tuoꝝ primi et feliciani celestib⁹ mysteriis celebrata solẽnitas: indulgẽtiã nobis tue ppiciatiõis acq̃rat p

Explicit sanctorale.



Incipit cōmune sanctorum. Et primo de apostolis. Introitus.

Ego autem sicut oliua fructificaui in domo dñi speraui in misericordia dei mei et expectabo nomen tuū qm̄ bonum est ante conspectum sanctorum tuorum. ps. Quid gloriaris in malicia: qui potens es iniquitate. ¶ Alius.

In medio ecclīe aperuit os eius et impleuit eum dn̄s spiritu sapientie et intellectus stola glorie induit eum. p̄. Iocūditatem et exultationem: thesaurizauit super eum. Gloria. ¶ Alius Introitus.

Michi autem nimis honorati sunt amici tui deus nimis confortatus est principatus eorum. ps Dn̄e probasti me et cognouisti me: tu cognouisti sessionem meam et resurrectionem meam. Oratio.

Concede quesumus omp̄s deus venturam beati apostoli tui N. solenitatem congruo honore preuenire: et venientem digna celebrare deuotione. Per dn̄m. ¶ Secreta.

Accepta tibi sit dn̄e nostre deuotionis oblatio. et ad apostolicam puriores fac nos venire festiuitatem. Per dn̄m. Postcōm.

Benedictionis tue dn̄e gratiarum intercedente beato apostolo tuo. N. supplicamus vt cuius preueniendo celebramus obsequiū eius supplicando sentiamus auxilium. Per. ¶ Plurimorum aplorum. Oratio.

Concede q̄s omp̄s deus: vt sicut apostolorum tuorum. N. et. N. gloriosa natalicia preuenimus: sic ad tua beneficia promerenda maiestatem tuam pro nobis ipsi preueniant. Per dn̄m. Secreta.

Munera dn̄e glorificatoīs offerimus tibi pro nr̄is grata ieiuniis: eorum q̄s precatio quorum solennia preuenimus efficiat. Per. Postcōm.

Sūpto dn̄e sacramento suppliciter deprecamur: vt intercedentibus btīs apostolis. N. et. N. quod tpaliter gerimus. ad vitam capiamus eternam. Per dn̄m: Alia orō.

Quesumus op̄s deus: vt btūs N. apl's. tuū pro nobis imploret auxiliū: et a nr̄is reatibus absoluti a cūctis etiam periculis exuamur. Per dn̄m. ¶ Ad ephesios. ii.

Fratres: Iam nō estis hospites et aduene: sed estis ciues sctōrum et domestici dei. superedificati supra fūda-

mentū apostoloꝝ et pphetarꝝ. Ipso
sūmo angulari lapide xp̄o iesu. In
quo oīs edificatio constructa: crescit
in templum sctm̄ in dn̄o. In quo et
vos coedificamini i habitaculū dei
in spiritu sancto. Ad ephesios. iiii.

Frēs: Vnicuiqꝫ nrm̄ data est
gratia: scdm̄ mensurā dona
tionis xp̄i. Propter qd̄ dicit scriptu
ra. Ascendēs in altū. captiuā duxit
captiuitatē: dedit dona hoībus. Qd̄
aūt ascendit: quid est nisi qꝛ descen
dit primū in inferiores partes terre
Qui descendit ipse est. et qui ascen
dit sup oms̄ celos: vt adipleret oīa:
Et ipe dedit quosdā quidem aplos
quosdam aūt pphetas. Alios vero
euangelistas: alios aūt pastores et
doctores. ad consūmationē sancto
rum in opus misterii: in edificatio
nem corporis xp̄i. Donec occurra
mus oms̄ in vnitatē fidei. et agni
tionem filii dei: in virū perfectum.
In mēsurā etatis: plenitudinis xp̄i

Fratres: Scim⁹ Ad romāos. viii
qm̄ diligentibus deū omnia
cooperantur in bonū: his qui secū
dū propositum vocati sunt sancti.
Nam quos prescivit et predestina
uit conformes fieri imaginis filii
sui: vt ipe primogenitus in multis
fratribus. Quos aūt predestinauit
hos et vocauit. Et quos vocauit:
hos et iustificauit. Quos aūt iusti
ficauit: illos ꝛ magnificauit. Quid
ergo dicemus ad hec: Si deus pro
nobis: quis contra nos: Qui etiam
proprio filio suo non pepercit: sed
pro nobis omnibus tradidit illum
Quomō non etiam cum illo omīa
nobis donauit: Quis accusabit ad
uersus electos dei: Deus qui iusti
ficat: quis est qui condemnet: Cri
stus iesus qui mortuus est pro no
bis: qui ꝛ resurrexit. qui est ad dexte
ram dei: qui etiam interpellat pro
nobis. Ad romanos viii.

Fratres: Quis nos separabit a
caritate xp̄i: Tribulatio. an
angustia. an persecutio. an fames.
an nuditas. an periculū. an gladi
us: Sicut scriptum est. Quia pro
pter te mortificamur tota die: esti
mati sumus sicut oues occisionis.
Sed in his oībus superamus pro
pter eum qui dilexit nos. Certus
sū enī: qꝛ neqꝫ mors. neqꝫ vita. neqꝫ
angeli. neqꝫ pricipatus. neqꝫ ptātes
neqꝫ vtutes. neqꝫ instātia. neqꝫ futu
ra. neqꝫ fortitudo. neqꝫ altitudo. neqꝫ
pfundū: neqꝫ creatura alia poterit
nos separare a caritate dei. Que
est in cristo iesu: domino nostro.

Lectio libri sapientie. quinto.

Stabunt iusti in magna con
stantia: aduersus eos qui se
angustiauerunt: et qui abstulerūt
labores eorum. Videntes turbabū
tur timore horribili: ꝛ mirabuntur
in subitatione insperate salutis Di
centes intra se penitentiam agen
tes. et pre angustia spiritus gemen
tes. Hi sunt quos aliquando habu
imus in derisum: et in similitudi
nem improperii. Nos insensati vi
tam illoꝝ estimabamus insaniam

et finem illorum sine honore. Ecce quomodo computati sunt inter filios dei: et inter sctōs sors illor est.

Ad tymotheum. ii. iiii.

Carissime: Testificor coram deo et cristo iesu: qui iudicaturus est viuos et mortuos: et aduentū ipsius. et regnum eius. Predica verbum iuxta opportune importune. argue. obsecra. increpa. in omni patientia et doctrina. Erit enim tempus cum sanam doctrinam non sustinebūt: sed ad sua desideria coaceruabūt sibi magistros prurientes auribus: et a vitate qdē auertent. ad fabulas autem cōuertentur. Tu vero vigila: in omnib; labora. opus fac euangeliste. ministerium tuum imple. sobrius esto. Ego enim iam delibor: et tempus mee resolutionis instat. Bonū certamen certaui: cursum cōsummaui. fidem seruaui. De reliquo reposita est michi corona iusticie: quam reddet michi dñs in illa die iustus iudex. Non solum autem michi: s; et omnibus qui diligūt aduentum eius.

Ad ephesios. Primo.

Fratres: Benedictus deus et pater dñi nostri iesu cristi: q benedixit nos in omni benedictione spirituali in celestibus in cristo. Sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem: vt essemus sancti et immaculati in conspectu eius in caritate. Qui predestinauit nos in adoptionem filior per ihm xpm in ipsum: scdm propositum voluntatis sue. in laudem glorie et gratie sue. in qua gratificauit nos in dilecto filio suo. In quo habemus redemptionem per sanguinem eius remissionem peccatorū secundum diuitias gratie sue que superabundauit in nobis Per iesum cristum: dominum nostrum. ℟. Nimis honorati sunt amici tui deus nimis confortatus est principatus eorum. ℣. Dinumerabo eos et super arenam multiplicabūtur. ℟. In omnem terram exiuit sonus eorum et in fines orbis terre verba eorū. ℣. Celi enarrant gloriam dei et opera manuum eius annunciat firmamentum. ℟. Constitues eos principes super omnē terram memores erunt nominis tui domine. ℣. Pro patribus tuis nati sunt tibi filii propterea populi confitebuntur tibi. Allelupa. ℣. In omnem terram exiuit sonus eorum et in fines orbis terre verba eorum. Allelupa. ℣. Nimis honorati sunt amici tui deus nimis confortatus est principatus eorum. Allelupa. ℣. Non vos me elegistis sed ego vos elegi et posui vos vt eatis et fructum afferatis et fructus vester maneat. Allelupa. ℣. Primus ad syon dicet ecce adsum et ierusalem euangelistam dabo. Allelupa. ℣. Per manus autem apostolorum fiebant signa et prodigia multa in plebe. Allelupa. ℣. Cum sederit filius hominis in sede maiestatis sue tunc dicet illis qui a dextris eius erunt venite benedicti patris mei percipite regnum cū gaudio magno. Allelupa. ℣. Stabunt iusti in magna constantia aduersus eos qui se angustiauerunt.

Prosa de euangelistis.

Iocundare plebs fidelis cu-
ius pater est in celis recolēs
ezechielis prophete preconia. Est io
hannes testis ipsi dicens in apoca-
lipsi. vere vidi. vere scripsi. vera te-
stimonia. Circa thronū maiestatis
cum spiritibus beatis. quattuor di
uersitatis astant aīalia. Formam
primam aquilinam. et secundam
leoninam. sed humanam et boui-
nam duo gerunt alia. Forme for-
mant figurarum formas euange-
listarum quibus ymber doctrina-
rum stillat in ecclesia. Hi sūt mar
cus et matheus. lucas et quem ze-
bedeus pater misit tibi deus dum
laxaret retia. Formam viri dat ma
theo quia scripsit sic de deo sicut de
scendit ab eo quem plasmauit ho-
mine. Lucas bos est in figura. vt
premonstrat in scriptura hostiarū
tangens iura legis sub velamine.
Marcus leo per desertum clamās
rugit ī apertum iter fiat deo certū
mundum cor a crimine. Sed iohā-
nes ala bina caritatis aquilina for
ma fertur in diuina puriori lumi-
ne. Quattuor describunt isti qua-
driformes artus cristi. et figurant
vt audisti quisqꝫ sua formula. Na
tus homo declaratur. vitulus sa-
crificatur. leo mortem depredatur.
et ascendit aquila. Ecce forma be-
stialis quam scriptura prophetalis
monstrat sed materialis hec est im
positio. Currūt rothis volant alis
visus gressus est equalis rotha sen
sus litteralis. ala contemplatio.
Paradisus his rigatur viret fron-
det fecundatur his abundat his le-
tatur quattuor fluminibus. Fons
est cristus hi sūt riui. fons est altus
hi procliui. vt saporem fontis viui
ministrant fidelibus. Horum riuo
debriatis sitis crescat caritatis. vt
de fonte pietatis satiemur plenius
Horum trahat nos doctrina vicio
rum de sentina. sicqꝫ ducat ad diui
na ab ymo superius. Amen. Prosa (aplōꝝ.

Celi solem imitantes
in occasu triumphātes ortū
solis asserunt. Ortum solis et occa
sum quorū oēs ita casum terre fi
nes referunt. Petrum paulum et
andream. per neronem per egeam
roma patras perimunt. Herodes
gens pharisea. iacobus et in iudea
binis vitam adimunt. Johannes
est segregatus sic manēs vt est vo
catus ad cristi cōuiuia. Mauri tru
cidant matheū. et idi bartholomeū
et philippū siccia. Thomā idi. iudā
perse symonemqꝫ sic diuerse celi ce
los penetrant. Sic ascendunt celi
celos vbi cristo fundunt melos. no
bis vitam impetrant. Amen.

Secundum Johannem. xv

In illo tempore: Dixit iesus
discipulis suis. Hoc est pre-
ceptum meum vt diligatis inuicē:
sicut dilexi vos. Maiorem caritatē
ac dilectionem nemo habet: vt ani
mā suam ponat q̄s pro amicis suis
Vos amici mei estis: si feceritis que
ego precipio vobis. Jam nō dicam
vos seruos: quia seruus nescit quid

faciat dñs eius. Vos autẽ dixi ami cos: quia omnia quecunqȝ audiui a patre meo. nota feci vobis. Non vos me elegistis: sed ego elegi vos. et posui vos vt eatis et fructũ affe ratis.et fructus vester maneat. Et quodcũqȝ petieritis patrem in no mine meo: det vobis.

Secundum matheum. x.

In illo tpe: Dixit iesus disci pulis suis. Ecce ego mitto vos: sicut oues in medio luporum: Estote ergo prudẽtes sicut serpen tes et simplices sicut columbe. Ca uete autem: ab homibus. Tradent enim vos in conciliis: et in synago gis suis flagellabunt vos. Et ante reges et presides ducemini propter me: in testimonium illis et gentibȝ. Cum autem tradent vos: nolite co gitare quomodo aut quid loquami ni. Dabitur enim vobis in illa ho ra quid loquamini. Non enim vos estis qui loquimini: sed spũs patris vestri qui loquitur in vobis. Tra det enim frater fratrem ĩ mortem: et pater filium. Et insurgent filii in parentes: et morte eos afficient. Et eritis odio omnibus hominibȝ propter nomẽ meum. Qui autem perseuerauerit vsqȝ in finem: hic sal uus erit. Secundum lucam. x.

In illo tpe: Designauit dñs et alios septuagintaduos: et misit illos binos añ faciem suã in oẽm ciuitatem ⁊ locũ quo erat ipe venturus. Et dicebat illis. Messis quidem multa: operarii aũt pauci Rogate ergo dñm messis: vt mittat operarios ĩ messem suã. Ite. Ecce ego mitto vos: sicut agnos inter lupos. Nolite portare sacculũ: neqȝ perã. neqȝ calciamenta: et neminem per viã salutaueritis. In quãcunqȝ do mũ intraueritis: primũ dicite. Pax huic domui. Et si ibi fuerit filius pacis: requiescet sup illũ pax vestra Sin aũt: ad vos reuertetur. In ea dem autem domo manete: edentes et bibentes. que apud illos sũt. Di gnꝰ est enĩ operarius: mercede sua.

In illo tpe: Scdm iohẽm. xv Dixit iesus discipulis suis. Ego sum vitis vera: et pater meus agricola est. Omnem palmitem in me non ferentem fructũ: tollet eũ. Et omnem qui fert fructũ purga bit eum: vt fructũ plus afferat. Iã vos mũdi estis: propter sermonem quem locutus sum vobis. Manete in me: et ego ĩ vobis. Sicut palmes non potest ferre fructũ a semetipo nisi manserit in vite: sic nec vos ni si in me mãseritis. Ego sum vitis: vos palmites. Qui manet in me ⁊ ego in eo: hic fert fructũ multũ. qꝛ sĩn me nichil potestis facere. Si qs in me non mãserit: mittetur foras sicut palmes. et arescet et colligent eũ: et in ignem mittent ⁊ ardet. Si mãseritis in me ⁊ verba mea in vo bis manserint: qđcunqȝ volueritis petetis: et fiet vobis.

Secundum iohannem. xv

In illo tpe: Dixit ihũs discipu lis suis. Hec mãdo vobis: vt

diligatis inuicem. Si mundus vos odit: scitote quia me priorem vobis odio habuit. Si de mūdo fuissetis: mundus quod suum erat diligeret. Quia vero de mundo non estis: sꝫ ego elegi vos de mundo. propterea odit vos mundus. Mementote sermonis mei quē ego dixi vobis: nō est seruus maior domino suo. Si me persecuti sunt: et vos persequentur. Si sermonem meum seruauerunt: et vestrū seruabunt. Sed hec omia facient vobis propter nomen meum: quia nesciunt eum qui misit me. Si non venissem ꝛ locutus eis nō fuissem: peccatum non haberent. Nunc autem: excusationem non habent de peccato suo. Qui me odit: et patrem meum odit. Si opera nō fecissem in eis que nemo alius fecit: pctm̄ non haberent. Nunc autem viderunt et oderunt. et me et patrem meum. Sed vt impleat sermo qui in lege eorū scriptus est: quia odio habuerunt me gratis.

Secundum Johannem. xv.

In illo tpe: Dixit iesus discipulis suis. Ego sum vitis vera et vos palmites. Qui manet ī me. et ego in eum: hic fert fructum multū. quia sine me nichil potestis facere. Si quis in me non manserit: mittetur foras sicut palmes. et arescet. et colligent eum: et in ignem mittent. et ardet. Si manseritis in me et verba mea in vobis manserint: quodcunqꝫ volueritis petetis: et fiet vobis. In hoc clarificatus est pater meus: vt fructum plurimū afferatis. et efficiamini mei discipuli. Sicut dilexit me pater: et ego dilexi vos. Manete in dilectione mea. Si precepta mea seruaueritis: manebitis in dilectione mea. Sicut ꝛ ego precepta patris mei seruaui: et maneo in eius dilectione. Hec locutus sum vobis: vt gaudium meum in vobis sit. Et gaudium vestrum impleatur. Offertoꝝ.

Constitues eos principes super omnem terram memores erūt nominis tui in omni progenie et generatione. Offertoriū. Michi autem nimis honorificati sūt amici tui deus nimis confortatus est principatus eorum. Offꝝ. In omnem terram exiuit sonus eorum et i fines orbis terre verba eorum. Secreta.

Sacrandum tibi domine munus offerimus: quo beati. N. apostoli tui solēnia recolentes. purificationem quoqꝫ nostris mentibus imploramus. Per dn̄m. Cōm. Ego vos elegi de mundo vt eatis et fructum afferatis et fructus vester maneat. Cōm. Amen dico vobis ꝙ vos qui reliquistis oīa et secuti estis me centuplū accipietis et vitam eternam possidebitis. Cōm. Vos qui secuti estis me sedebitis super sedes iudicantes duodecim tribus isrł dicit dominus. Postcōm.

Perceptis domine sacramētis suppliciter exoramus: vt intercedente btō. N. aplo tuo. ꝗ pro illiꝰ veneranda gerimus passione nobis proficiant ad medelam. Per dn̄.

In natali vniꝰ martiris. Introitus.

Letabitur iustus in dn̄o et sperabit in eo ⁊ laudabūť oīs recti corde. ps. Exaudi deus orōnem meā cū deprecor: a timore ini‑mici eripe aiam meam. Introitus.

In virtute tua dn̄e letabiť iustus et sup salutare tu‑um exultabit vehemēter desiderium aīe eius tribuisti ei. ps. Dn̄e probasti me et cognouisti me: tu co‑gnouisti sessionē meā ⁊ resurrectionē meā.

Iustus vt palma Alius. florebit sicut cedrus liba‑ni multiplicabiť plantat⁹ in domo dn̄i i atriis domus dei nr̄i ps. Bonū est confiteri dn̄o: et psallere noi tuo altissime. Alius Introitus.

Gloria ⁊ honore coronasti eū et constituisti eū sup opa manuū tuap. ps. Dn̄e dn̄s noster: q̄ admirabile est n. tu. in. v. t. Al'.

Iustus nō conturbabiť q2 dn̄s firmat manū suā to‑ta die misereť et cōmodat et semē eius in benedictione erit ie‑ternū conseruabiť. p. Noli emulari in malignantib3: neq3 zelaueris facientes ii (quitatem. Orō.

Deus qui nos beati. M. martiris tui at3 pō‑tificis ānua solēnitate letificas: cō‑cede ppicius. vt cui⁹ natalicia coli‑mus. de eiusdē etiā ptectione gau‑deamus. Per dn̄m. Secreta.

Munera tibi dn̄e dicata sctifica et itercedēte btō. M. martire tuo at3 pontifice p eadem nos pla‑catus intende. Per. Postcō.

Hec nos cōmunio dn̄e purget a crimine ⁊ intcedente btō. M. mar‑tire tuo at3 pontifice celestis reme‑dii facias esse consortes. Per. Orō.

Infirmitatē nr̄am respice ops deus: et q2 pondus pprie actio‑nis grauat bti. M. martiris tui at3 pontificis intercessio gloriosa nos protegat. Per dn̄m. Secreta

Hostias tibi dn̄e bti. M. marti‑tiris tui at3 pontificis dica‑tas benignus assume: et ad ppetuū nobis tribue conferre subsidiū. p.

Refecti participatione Postcō. muneris sacri q̄s dn̄e deus nr̄ vt cuius exeq̄mur cultū sentiam⁹ effectum. Per dn̄m. Oratio.

Adesto dn̄e supplicatiōib3 no‑stris: vt q̄ ex iiquitate nr̄a re‑os nos esse cognoscim⁹ bti. M. mar‑tiris tui intcessione liberemur. p.

Muneribꝫ nr̄is q̄s dn̄e Secret. pcib3 q3 susceptis: et celestib3 nos mūda misteriis: et intercedēte beato. M. martire tuo clementer ex‑audi. Per dn̄m. Postcōm.

Quesum⁹ ops de⁹. vt q̄ celestia alimenta pcepim⁹ intcedente btō. M. martire tuo p hec cōtra oia aduersa muniamur. Per. Alia orō.

Presta q̄s ops deus. vt qui bti M. martiris tui natalicia co‑limus: a cunctis malis imminenti‑b3 eius intercessionibus liberemur Per dn̄m. Secreta.

Oblatis quesumus dn̄e placa‑re muneribus: et intercedē‑te beato. M. martire tuo: a cunctis nos defende periculis. P. Postcōm.

Sit nobis reparatio mentis et corporis celeste misterium: vt cuius exequimur cultū sentiamus effectum. Per dñm. Oratio.

Letetur ecclesia deus beati. N. martiris tui confisa suffragiis: atq; eius precibus gloriosis et deuota pmaneat. et secura consistat. Per dñm. Secreta.

Suscipe q̄s dñe munera que in eius solēnitate deferimus: cuius confidimus patrocinio liberari. Per dñm. Postcōm.

Satiasti dñe familiam tuā muneribus sacris: eius q̄s interuentione nos refoue cuius solēnia celebramus. P. Lcō libri sapientie. iiii

Iustus si morte preoccupatus fuerit: in refrigerio erit. Senectus enī venerabilis est non diuturna: neq; numero annorū computata. Cani autem sunt sensus hominis: et etas senectutis vita immaculata. Placens deo factus dilectus: et viuens inter pctōres translatus est. Raptꝰ est ne malicia mutaret intellectū illius: aut fictio malicie decipiat aīam illius. Consummatus ī breui: expleuit tēpora multa. Placita autem deo erat aīa illius: propter hoc properauit illū educere de medio iniquitatū. Q̄m gratia dei et mīa est in sanctos eius: et respectus super electos eius.

Lectio libri sapientie. xiiii.

Beatus vir qui in sapientia morabitur: et qui in iusticia meditabitur. et in sensu cogitabit circumspectionem dei. Cibabit illum pane vite et intellectus: et aqua sapientie salutaris potabit illū. Et firmabit in illo ꝛ nō flectet: et continebit illū et non confundet et exaltabit illū apud proximos suos. Et noīe eterno hereditabit illū: dñs deus nr̄. Lcō libri sapientie. xxxi

Beatus vir qui inuentus est sine macula: et qui post aurū non abiit. nec sperauit in thesauris pecunie. Quis est hic ꝛ laudabimꝰ eum: fecit enim mirabilia in vita sua. Qui probatus est in illo et pfectus inuentus est: et erit illi gloria eterna. Qui potuit transgredi et non est transgressus: ꝛ facere mala et non fecit. Ideo stabilita sunt bona illius in domino: et elemosinas illius enarrabit: omnis ecclesia sanctorū. Lcō libri sapie. puerbiorū. 3

Beatus homo qui inuenit sapientiā: et qui affluit prudentia. Melior est acquisitio eius negotiatione auri et argenti: primi ꝛ purissimi fructus eius. Preciosior est cunctis opibus: et omnia que desiderantur: huic non valent comparari. Longitudo dierum in dextera eius: et in sinistra illius diuitie. et gloria. Vie eius vie pulcre: et omnes semite illius pacifice. Lignum vite est his qui apprehenderint eā: et qui tenuerint eam beatus. Dominus sapientia fundauit terram: et stabiliuit celos prudentia. Sapientia illius eruperunt abyssi: et nubes rore concrescunt.

Lectio libri sapientie. xxxix

Iustus cor suū tradet ad vigilandū diluculo ad dn̄m qui fecit illū: ⁊ in conspectu altissimi deprecabitur. Aperiet os suū in orōne ⁊ pro delictis suis deprecabitur. Si enī magnus dn̄s voluerit: spū intelligētie replebit illū. Et ipse tanq̄ ymbres mittet eloquia sapientie sue: ⁊ in oratione confitebitur dn̄o Et ipse diriget consiliū eius et disciplinam: et ī absconditis suis consiliabitur. Et ipse palā faciet disciplinam doctrine sue: ⁊ in lege testamenti dn̄i gloriabitur. Collaudabunt multi sapientiā eius: ⁊ vsq3 in seculū nō delebit̄. Nō recedet meōria ei⁹ ⁊ nomē ei⁹ reqret̄ a gn̄atiōe ī gn̄ationē. R. Posuisti dn̄e super caput ei⁹ coronā de lapide p̄cioso. v⁹. Desideriū anime eius tribuisti ei et voluntate labiorū eius non fraudasti eū. R. Beatus vir qui timet dominum in mandatis eius cupit nimis. v. Potens in terra erit semen eius generatio rectorum benedicetur. R. Iustus non cōturbabitur q2 dn̄s firmat manū eius. v. Tota die miseretur et commodat et semen eius in benedictione erit R. Iustus vt palma florebit sicut cedrus libani multiplicabitur ī domo dn̄i. v. Ad ānunciādum mane miam tuam ⁊ veritatem tuam per noctem. Alleluya. v. Letabitur iustus in dn̄o et sperabit ī eo et laudabuntur omnes r[illegible]c ī corde. Alleluya. v⁹. Beatus vir qui suffert tentationem q̄m cum probatus fuerit accipiet coronā vite Alleluya. v. Beatus vir q̄ timet dominū in mandatis eius cupit nimis Alleluya.

v⁹. Hic est vere martir qui pro cristo sanguinem suum fudit et ideo regnat cū illo Alleluya. v. Iustus nō cōturbabitur quia dominus firmat manum eius. Alleluya. v. Posuisti domine super caput eius coronam de lapide precioso. Alleluya. v. Iust⁹ vt palma florebit ⁊ sicut cedrus mltiplicabitur

Prosa

Mirabilis deus in sanctis mirabilia dās magnifica Qui fide preclara vicerūt mūdi grauia pericula. Iudicū minas verbera et blandicias cōtēnētes mente robusta vero transfuderūt regi animas Ergo triūphant laurea compti capita sequuti recte vestigia agni singularis christi sacrata: Cui assidue melliflua dant cantica eius predulcissima plena gratia. Quorum celebrantes solennia consortia iungi mereamur cristus annuat Qui nostra est gloria Amen.

Secundum iohannem. xii.

In illo tp̄e: Dixit iesus discipulis suis Amē amē dico vobis: nisi granum frumenti cadens in terra mortuum fuerit: ipsum solum manet. Si autem mortuum fuerit: multum fructū affert. Qui amat animā suam: perdet eā. Et qui odit aīam suā ī hoc mūdo: ī vitā eternā custodit eā. Si q̄s michi ministrat: me sequat̄ Et vbi sū ego: illic et minister me⁹ erit. Si q̄s michi ministrauerit honorificabit eū p̄r meus qui est ī celis Scd̄m matheū. xvi.

In illo tempore: dixit iesus discipulis suis. Si q̄s vult post

me venire: abneget semetipsum et tollat crucē suam: et sequatur me. Qui enim voluerit aīam suā salvam facere perdet eam. Qui autē perdiderit animā suam proter me: inveniet eam. Quid enī prodest homini si mundū universū lucretur anime vero sue detrimentū patiatur: Aut quā dabit homo cōmutatione pro aīa sua: Filius quidē hominis venturus est ī gloria patris sui: cū angelis suis: et tunc reddet unicuiqȝ secundū opus suum Amē dico vobis: sūt quidam de hic stantibus qui nō gustabunt mortē: donec videant filiū hominis: venientē ī regno suo

Secundū lucam. xiiii.

